


BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
13
25 A
50





Regalium Fran CIAE LIBRI DVO, IVra omnia & dignitates Christianiss. Galliæ Regum, continentes.

Carolo Degrassalio Carcassonensi authore.

Item tractatus iura seu priuilegia aliqua Regni Franciæ continens, per Ioannem Ferrault V. I. licentiatum editus.



Apud Pōcetum le Preux, in via S. Iacobi, sub intersignio Lupi, è regione Mathurinorum.

1545.



INDEX PRAECIPVA-
rum scitúque dignarum materiarum, quas è duobus hisce Libris, qui Regalia Franciæ meritò inscribuntur, selegimus: selectásq;, in studiosorum gratiã; sic degessimus vt citra longæ inquisitionis laborem, quæ scire voluerit Lector, assequi possit.

Finit Index Libri prioris.

INDEX SINGVLARIum materiarum secundi libri Regalium Franciæ.

TRACTATVS IVRIVM, SEV PRIVILEGIORVM ALIQVORVM regni Franciæ, siue Liliorum, singularium materiarum Index sequitur.



¶INDICIS FINIS.

DIGNISSIMO FRANCIAE Cancellario, Gulielmo Poyet Carolus Degrassalio Carcassonensis S.

EVM HOC OPVS, quantuluncunque sit, Illi dedicauerā in cuius nunc demortui locum subrogatus es, vir æquissime: & quia illius dignitas statim in te refloruit (vt meritis tuis par erat) tibi etiam sacratum hoc esse intelligas volo, quandoquidem decus & honestamenta virorum non priuatas eorum fortunas consectamur. Sed tandē duos visum iri soles dum hæc tam pauca nascerentur (inter excudendum scilicet) nō facilè dixissem. Soles equidem duos iustitiæ ipsius oculos quàm rectè nominauerim illū. Tēque, cuius nunc manu Regni huius habenę moderan-

tur. faxint superi vt quandiu voles, tandiu etiam possis iis præesse: & respublica nostra, quę tua prudentia fulcitur, illustrior & amplior euadat. Habe tibi igitur has meas vigilias, meísque conatibus faue. Maiora his molior.

Vale.

Regalium Franciae iura omnia, et dignitates amplissimas Christianissimorum Galliæ Regum succinctissimè doctissiméque complectentium, liber Primus.

Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos. Psal.ij.



Primum Ius.



Ructauit cor meum verbum, dico ego opera mea Francorum Regi: quoniã magnus est dominus, & laudabilis nimis super omnes reges: vt ex quadraginta eius Iuribus præcipuis, quæ partim in seculo, & partim in Ecclesia sancta Dei vendi-

Frãcorum Rex magnus est dominus, & laudabilis nimis, &c.

cat, per ordinem hîc enarrandis, cunctis patebit nationibus: iuxta illud Psalmistę, Psal. xliii. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Pręmittendo pro primo eius iure alto & præcipuo: quòd primus & maior est inter totius orbis Reges & Principes fideles & infideles: & tanquam dignior primo in loco sedet & collocatur: quia secundum Bald. in c. primo. §. i. de prohi. feu. alie. per Fe-de. in vii. feudo. Rex Fraciæ est inter alios Reges & Principes huius seculi tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis: & super omnes reges mundi, obtinet coronam libertatis & gloriæ: secundum eundem Bald. in consilio ccccxv. primæ partis: & Thom. de Ferra. in cautela. xvi. col. prima. Ita quòd nihil aliud dici potest, quàm quod dicitur de polo Antartico, secundum eundē Bald. in consi. ccxviii. tertiæ partis: super quo, mouetur cælum secundum Albertum relatum per Barba. in consi. i. col. v. in primo volu. vnde idem Bald. in consilio præcedenti sic dicit: Supra vexilla inuictissimi Regis Franciæ, nemo præsumat honorem: sua enim vmbra, totum orbem regit: secundum eundē in ca. i. de renuntia. quia est vicarius Christi in suo regno: teste Bal. in c. significantibus. de offi. delega. Et iura primogenituræ pertinent ei tanquam Christianiss. & ecclesiæ sanctæ matris primogenito: & tanquā antiquior ac dignior, habet prærogatiuā cogendi seu cōuocandi alios reges & principes, quibus præferri debet, & altiori loco sedere: secundū Vin. Syg. in suo tract. de fact. Princ. c. ii. regali: quia dicitur Rex regum secundū Cardin. in cle. i. in prin. de immunita. ecclesiæ. & benemerito, secundum Additionatorem ad Guido. Papę in q. ccxxxix. in addi. incipiente, An Rex Francorum. Et dicitur secundus sol in orbe terrarū: sicut de Imperatore loquens Bald. dicit in consi. cclxxviii. lib. iii. Et ideo Alb. de Rosa. in rubri. ff. de sta. homi. & Corset. in tractatu de potest. & excellē. regia. quæst. xiiii. & xxi. Et Aluaro, in c. i. quis dicatur Dux Mar. vel Co. in vsibus feudo. describendo reges scilicet Franciæ, Angliæ, Siciliæ, Castellæ, Legionis, Aragoniæ, Portugalliæ, Scotiæ, Nauarrę, Coloniæ, Boœmię, Hungariæ, Maioricarum, Minoricarū, Vincestriæ, Cor-

Primus & maior.

R. F. *obtinet coronā gloriæ sup omnes reges mundi.*

Vicarius Christi.

Rex regū.

Secundus sol.

dubiæ, Daciæ, Armeniæ, Cipri, Conachiæ, Minyaniæ, Nauarchiæ, Mamiæ, Voconiæ, Coleñ. Boloegamię, Apuliæ, & Indiæ, Regẽ ipsum Franciæ in ordine præmittunt. Ex quo, prærogatiua honoris & præcellentia dignitatis demonstratur per not. per gl. & doct. in l. ii. versi. & actor. de iura. calum. in c. mandato. de rescrip. lib. vi. per Albe. in l. i. §. quibus. in versi. primis quidẽ. C. de nouo Codi. cõpo. & in l. quoties. ff. de vsufru. Sunt enim ei cæteri reges postponendi: secundũ Nicol. Boerii, in add. ad Io. Mont. de auto. & præmi. sa. ma. con. & Pe. Ia. in sua pra. titu. de cau. ex qui. vasal. feu. priua. sub rubricel. de successi. Reg. Fran. col. viii. vbi dicit, quòd Rex Franciæ consueuit esse pugil ecclesię: & in veritate, est caput & maior totius Christianitatis: ita ꝙ si Imperator ita dictus, quia imperat in vniuersa ditione quæ ascendentẽ videt & descendentẽ solẽ, & ex vtroq; latere Meridie & Septẽtrione: secundũ Bald. in proœ. ff. & Francorũ Rex cõcurrerẽt, puta in generali cõsil. vel alibi: Imperator nõ pręcederet Regẽ: secundũ Guido. Pap. in deci. dalphi. q. ccxxix. vbi refert audiuisse à quodã strenuo milite, ꝙ viderat Imperatorẽ & Carol. vii. Francorũ regem simul per vnã portã transeuntes. Idem refert Guag. lib. ix. c. ii. de Carolo Imperatore, & Carolo quinto Francorum rege lateraliter insedẽtibus. Venerat enim dictus Imperator ad visitandum dictũ Regem: ex quo nedũ paritas: imo prioritas seu præeminentia quædam in rege Francorum deprehenditur. Faciunt notata per Ange. & Ioan. de Imo. in l. qui soluendo. ff. de hære. institu. vbi dicunt, quòd ex ordine ambulationis maioritas aut inferioritas ambulantium arguitur. Idem egit Sigismundus Imperator, qui venerat ad visitandum regem: & assistens in parlamento Pariensi, Anno 1415. & die 15. Ianuarii, pòstquam curia (more solito) causas audiuit, & arresta pronũtiauit, militem creauit, sicut Pares Franciæ soliti sunt facere: (in absentia tamen ipsius regis, quòd ægrè tulit Rex & eius magnum consilium: vt refert Anguer. de Mostrelet in suis cro. vol. i. c. lv.) sed parum fuit hoc, nec magnã arguit iurisditionẽ, cùm miles creet militẽ: secundum Bart. & doct. in l. i. C. de dignit. lib. xii. Aduentus enim domini

R. F. consueuit esse pugil ecclesiæ.

nostri Iesu Christi subiecit Ecclesiæ Romani imperii statum,& in multis etiam contriuit. secũdum Pe. Iaco.in sua practi.titu.de præiu.in rem actio. vnde Nico.Bo.in addi. ad Io.Monta.præalle.infert, quòd si Papa & Rex Franciæ simul concordant,omnia possunt: sicut in simili dicit Bal.in l.i.ff.de constit.princi. Ex quibus patet,prærogatiuam aut præcellentiã Christianis. ipsius regis esse cæteros huius sæculi principes pręcedere:& maximè,quia Hierosolimitanus rex secundum aliquos ex ordine literæ alios præcedit: vnde,Rex Frãciæ magis extollitur,& eius pręrogatiua corroboratur: quia vere est rex Hierusalem, secundum Bart.in l.id quod ab hostibus.de leg.i.licet à Sarracenis occupetur: per nota. in cle. plerisque. de elect. Ita habetur in obseruantia Romæ,vbi fuit aliàs pronunciatũ, quòd Legati regis Franciæ præcedere deberent omnes alios legatos quorũcunq; regum & principũ: quia est Rex excelsus & maximus, secundum Barba. in consi.i.col.xx. lib.i. Et Ludo.Bologni.in suo opusc.de sing. in Gallia repertis,ponentem versus ad laudem Regis & regni,& prędictorum approbationem.

Papa & Rex Franciæ si simul cõcordant, oia possũt.

Rex Hierusalem.

Legati Regis Frãciæ præcedere debẽt. &c.

DE Rege enim Angliæ,etsi dicatur monarcha in suo regno,& præfectus multorum prælatorum secũdum Bal. in c. cùm venissent ii.de eo qui mittitur in posses.caus. rei ser.Feli.in c.causam quæ.col.xx.de rescrip.& Io.Lup. in repet.ru. de dona. inter virum & vxo. tamen inferior est Rege Franciæ:vnde, tanquam talis non potest ei inferre bellum, maximè pro terris & dominationib⁹ quas in feudum ab eo tenet,aut tenere solitus erat:si Rex Frãciæ velit sibi ius facere in sua curia:nec vassalli Regis Angliæ tenentur eum iuuare contra Regem Franciæ:secundum Ioan.Fab.in §.ius autem gentiũ.institu.de iure natu.gen.& ciuili.Corse.in tract.præall.quæst.xci.& Nico.Bo.in §.i. de consuetud.iu.& sta.perso.in glos.i.col. iii.& Vincent. Sy.in c.ii. Regali,præal.tract.sicut nec Vascones obediũt ei absenti.gloss.in l.iii.ff.de offic. præsid. Imò aliàs teste Guagui.Rex Angliæ in sacro Regis Francię astitit, & seruiuit:secundum Guil.Bene.in repe.præalleg.in ver.adiecte impub.nume.55.Hinc dicebat Anguer.de Mostrelet,

Rex Angliæ in sacro regis

in primo volu.Cronic.cap.ccxxxii.in princip.quòd anno domini 1423.cùm Rex Franciæ, & Angliæ simul intrarêt Parisiensem ciuitatem, Rex Franciæ equitabat à dextris, & prior osculatus est reliquias sanctorũ táquam dignior: quia esse in parte dextera: est longè dignius & honorabilius,quàm in sinistra:secundum Bald.in l.decernimus.C. de Episcop.& cleric.in ii.nota. de quo per Innoc.in cap. licet.de vo.& vo.redd.& Lucam de pen.in l.tirones,de tiro.lib.xii.post gl.solen.in c.quàm periculosum.vii.q.i.lata per Feli.in rubri.de maio.& obe.col.iiii. *Franciæ astitit, &c.*

DE Rege autem Hispaniarum posset dubitari, an sit inferior vel ne, propter multiplicata regna, & coronas: quoniam Rex est Aragonum,Castellæ,Legionis,Granatæ,Maioricarum,Cordubiæ,Galiciæ, Dandalosiæ, & insularum latissimarũ, quas terras nouas vocant. Ob quod, videbatur aliis regibus præferendus,per nota.per Bald.in l.sed & milites.in princip.ff.de excusa.tuto. & Ias. in l.re coniuncti.ff.de leg.iii.Panor.Barb.& doct.in c.cler.de iudi.Quod fortè verum est, respectu aliorum regum & principum,non autem respectu Regis Francorum: quoniam illi subest ratione feudorum quæ ab eo prædictus Rex Hispaniæ tenet : vt est regnum Maiorica.quod erat feudum ecclesiæ Magaloñ.seu ab ea dependens.A qua Rex Franciæ acquisiuit ius vassaliticum seu feudale, quod habebat in dictum regem : secundum Pe.Iac.in dicta pra.sub rub. de succes.reg.versi.Item non aduertunt. & comitatus Flãdriæ à Carolo Austriæ Archiducæ,& Hispaniarum Rege tentus & possessus, qui semper fuit & est subiectus Francorum Regi:secundum Guagui.lib.v.c.i.& est de ressortu parlamenti Parisieñ. secundũ Bal. in autent.statuimus, versi.iuxta hoc quero.C.de episcop.& cler.& est vnus ex Paribus Franciæ,& primus inter comites. Sunt enim tres Duces,scilicet Burgundiæ,Normandiæ,& Aquitaniæ.& tres comites,scilicet Flandrensis,Tholosanus, & Campanus:secundum eundem Guagui.lib.iiii.ca.i. Quiquidem Ducatus & Comitatus sunt hodie vniti coronæ, excepto Comitatu Flandriæ ab ea dependente de iure:de facto autem,fortè secus:secundum Bartho.Chassa. in catha. par- *Rex Hispaniarum subest regi Franciæ.* *Comes Flandriæ est unus ex paribus Frãciæ.*

Remißio te quinta, superiori-tatis comi-tatus Flan-dria à re-ge, &c.

Remißio te quinta, consideratio. xlii. Nec valuit remisio superioritatis à rege facta, quamuis postea eo liberato, eius filiis tamen apud Hispanos detétis, ratificata fuerit: quia suberat eadem causa timoris, vt in simili casu scribit Cardi. de Rege Cypri, in consi. cxxxvii. incipiente redemptor omniũ: & Mar. Sozi. in cõsi. liii. Est & alia ratio, quia vltimus ressortus alienari aut remitti nõ potuit, secundum Lucam de Pen. in l. quicunque. ii. de om. agro deser. libr. xi. vt infrà in secũda parte, iure xiiii. latius dicetur. Et pariter de feudo prædicti regis Franciæ est Comitatus de Rossilhon, à prędicto rege Hispaniæ tẽtus & possessus, qui est sub Ducatu Nerbonæ ciuitatis vetustissimæ. De qua in lege ii. ff. de origine iur. & in l. final. ff. de censi. Legitur enim ordo Ducum & Comitum Regni Franciæ, in quo sub prædicto Ducatu Narbonæ, notantur Comites scilicet de Rossilhon, Nemausi, Castrarum, de Leon, & Carcassonæ: secundum eundem Chassa. vbi suprà, conside. xlvi. De qua vltima ciuitate, quę Carcassona dicitur patrię Occitane in antiquis ipsius ciuitatis scripturis reperitur, quòd ante Troiam, temporibus exitus filiorum Israel de Aegypto, & ante Romam quingentis & quinquaginta annis, viribus & opibus abũdans, amœnissimo loco condita fuit, cuius incolas, vetustas temporis, situs regionis, & conflictus finitimorum, (quibus sanguine & moribus diu perempti sunt) ex magna parte mutarunt. Pariter facit quod de Rege Hispaniæ & Aragoniæ dicunt Cardi. Flo. & Ioan. de Imol. in c. super eo. de vsu. & in clement. i. eod. titul. quòd est excommunicatus à iure, quia permittit Iudæis & Sarracenis, quòd vsuras exerceant inter Christianos: & pro hoc, tributum ab eis iniustè capit. De quo per Ias. in l. i. C. de summa trinit. & fide cathol. Vnde absurdum esset dicere, Regem excommunicatum, & vassallum, Christianissimum Regem eius dominum, à Deo & summis Pontificibus benedictum, (vt in iii. & iiii. Iuri dicetur) præcedere debere: maximè, cùm dictus Aragoniæ Rex sit de recognoscentibus superiorem, secundum Imol. & Geminia. in cap. grandi. de supplen. negl. præla. Alexan. & Iason in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu.

Carcasso-næ urbis antiqtas.

DE Rege Siciliȩ, quòd sit inferior, nemini venit in dubium, cùm sit de directo dominio seu patrimonio sedis aposto. & per consequens, illi in temporalibus subditus: secūdum Panor. in ca. cùm inter vniuersas. de elect. per tex. in cle. pasto. de re iudi. Secus autem in Frācorum Regno, quod à solo Deo dependet: vt infrà in sexto iure clarè demonstrabitur. Imò, Rex Franciæ optimum ius habet in Regno Siciliæ: secundum Pet. Iaco. in loco prælle. versi. Item quasi. & Nico. Boe. in cōmen. consue. Biturig. tit. de test. §. ii. quia Clemens quartus, iiii. Calen. Iunii, Pontificatus sui anno primo, qui erat annus Domini 1265. concessit perpetuò Regnum Siciliæ, domino Carolo Comiti Andegauensi, filio fœlicis memoriæ Ludouici viii. Regis Francorum, fratris diui Ludouici Regis, & hæredibus ipsius Caroli: secundum Bald. in l. cùm antiquioribus. C. de iure delibe. & Bertachi. de fir. in suo tracta. de Episco. in secunda parte, lib. iiii. quæsti. xvi. licet glos. in clement. prima, de reli. & venera. sanct. in ver. vrbano. dicat quòd hoc fecit Vrbanus quartus natione Gallus, qui, Manfredū certis de causis Regno Siciliæ priuauit, & prædicto Carolo contulit. Quo vltimatè Carolus octauus filius Ludouici vndecimi gauisus est aliquo tempore, vt est notorium, simul de Ducatu Mediolanensi, qui iusto titulo ad Regem Franciæ pertinet: secundum Philipp. Decium, in consil. cxci. in princ. & nume. 5. in fi. & Vincent. Signo. in dicto tract. ca. ii. Rega. vbi dicit, quòd Veneti & Maurus, gallico sermone *le Maure* vulgò nūcupatus, qui in Frācia mortuus est sine titulo, occupātes dictū ducatū Mediolanēsem inciderunt in crimen lęsæ maiestatis, per iura ibi allegata.

Frācorum regnū à solo Deo dependet.

Vrbanus quartus Manfredū regno Siciliæ priuauit, &c.

Ducatus Mediolanēsis iusto titulo ad regē Franciæ ptinet.

DE Rege autem Scotiæ, dicit Alberi. in dictio. suo, in verbo Rex, quòd impropriè dicitur Rex: xxxi. q. ii. capi. Lotarius. Imò eum Regulū appellat Bartho. Brixi. in reper. suo. per nota. in c. vene. de ele.

ET idem de Rege Boœmię, qui olim Dux fuit tātùm, quia non habet nisi episcopum Pragensem, vnde potest dici Rex sine regno, quia caret prouincia competente, vt patet vi. quęstio. iii. c. scitote. Abundat tamen militibus strenuis, & redditibus, plusquam aliqui reges, qui pluribus ci

Rex Hungariæ de iure subest Imperio, &c.

Rex Iuetoti propriè nõ est rex, & quare: &c.

uitatibus dominantur: vt notat Hostien. in ca. consti. ii. & ibi Panor. post eum de testi. & Io. Bapt. de casteli. in addi. ad Albe. in verbo Rex. præalle. Rex autem Hungariæ de iure subest Imperio: secundũ Pari. de Puteo, in trac. de re milit. li. vii. c. iii. Ob quod, Francorũ Regi non est æquãdus: vt latius infrà in sexto Iure regio demonstrabitur.

DE Rege Iuetoti, rectè dicitur quòd propriè non est Rex, cùm nõ habeat decem diœceses, & vnum Metropolitanum, prout debet habere regnum, secundum Panor. in c. consti. præalle. & glos. in tit. *des droictz des Chastellenies.* articu. iii. in consuet. Turonen. & titul. *des droictz des Baronnies.* arti. ii. vbi dicit, quòd Rex debet saltem habere sub se duos Duces: Dux, duos Comites: Comes, duos Barones. Baro, duos Castellanos: Castellanus verò, duos altos Iusticiarios. de quo regno Iuetoti, fit mẽtio apud Guagui. libr. ii. Ibi fuit inter familiarissimos Clotarii Aulicos Galterius Iuetotus Caletus, agri Rothomagen. apprimè nobilis, & qui regii cubiculi primus cultor esset. Huic, pro sua integritate, de Clotario cùm melius meliúsque indies ꝓmereretur, reliqui Aulici inuidebãt, deprauãtes quodlibet ab eo gestum, nec destitérunt, donec iratum illi Clotarium pessimis susurris afficiũt. Quamobrem, iurat Rex se hominem necaturum: percepta Clotarii indignatione, Galterius illustris pugnator cedere Regi irato constituit. Igitur derelicta Francia, in militiã aduersus religionis catholicæ inimicos pergit, vbi decem annos, multis prosperè gestis rebus, ratus Clotarium simul cum tẽpore mitiorem effectum, Romam imprimis ad Agapitum Pontificẽ se contulit, à quo, ad Clotarium literis impetratis, ad eum Suessioni agẽtem se protinus confert, veneris die, qui parasceue dicitur: cogitans religiosum Christianis diem ad pietatem profuturum. Verùm, literis Pontificis exceptis, cùm Galterium Clotarius agnouit, veteri ira, tãquam recenti liuore percitus, rapto à proximo sibi equite gladio, hominem statim interemit. Tam indignam insignis atq; innocentis hominis necem, religioso loco & die ad Christi passionem recolendam celebri, Põtifex inæquanimiter ferens, confestim Clotarium reprehendit, monétque ini-

quifsimi facinoris rationem habere,ſe alioqui excommunicationis ſententiam ſubiturum. Agapiti monita reueritus Rex, capto cum prudentibus conſilio, Galterii hæredes,& qui Iuetotum deinceps poſsiderent, ab omni Frãcorum Regũ ditione atque fide liberauit, liberóſq; prorſus fore ſuo ſingrapho & Regiis ſceptris cõfirmat. Ex quo factum eſt,vt eius pagi & terræ poſſeſſor, Regem ſe Iuetoti hactenus ſine controuerſia nominaret. Id autem anno Chriſtianæ gratiæ 536. geſtum eſſe indubia fide inuenio. Hæc Guaguinus in loco hîc antè allegato.

reges quot & qui unguntur, &c.

E T idem de cæteris Regibus ſupranominatis,ex quibus quatuor tantùm vnguũtur ſcilicet Hieroſolimitanus, Francorum, Anglorũ & Siculorum, vt legitur in Cẽſuario Romanæ Eccleſiæ: ſecũdum Albe. in rubri.ff. de ſta. hominum. Corſe. & Aluarotus.in locis prææallegatis:vbi idem dicunt de Imperatore : ſed aliqui reges hoc habent ex priuilegio:ſecundum Hoſtienſ. & Doct.in rubri.de ſa. vnctio.Sed nullus vngitur oleo cælitus miſſo,ſicut Francorum Rex:cui, à Deo miſſa eſt phiala odoratiſsimo liquore plena:teſte Guaguino lib.primo.quæ in monaſterio diui Remigii in Remẽſi ciuitate oſtẽditur , in qua apparet oleum eo tempore ſolùm quo ſunt ſacrandi Francorũ reges,vt inferius latius dicetur.De ordine tamẽ & prærogatiua cæterorũ Regum,dicendũ eſt eos eſſe collandos ſecundum ordinem poſitum in Martiniana, de qua fit mẽtio per Albe.in loco prææalleg.

Regi Frãcorũ miſſa eſt à Deo phiala odoratiſsimo liquore plena.

E T ſicut Francorum Rex,ex cauſis præmiſsis & iuribus ſuis præcipuis infrà per diſcurſum ſubiiciẽdis, omnes Chriſtianos principes & reges præcedit: ſic etiam & multò magis infideles , ſcilicet magnũ Soldanum & Turcam ſpurciſsimũ , qui, licet imperium Conſtantinopolitanum & Trapeſondæ & regna quamplurima occupet, tamẽ de veritate iuris imperialis aut regalis dignitatis,non cadit in ipſos infideles tanquam incapaces,quia per aduentũ Domini noſtri Ieſu Chriſti tranſita fuit in Chriſtianos:ſecundũ Ioan. Andrçæ,Hoſt.& Io. de Ligna.in c.quòd ſuper. de voto. & Ant.de But.in c.fin.de cau.poſſeſ.& proprieta.per tex.in c. venerabilem,ibi hæreti. vel pagãnum. de

elect. & in Clemẽ. Romani. vbi Card. in ii. nota. de iureiuran. per Bar. in l. fi. C. de postu. & doct. in princ. ff. & C. Ibi, in nomine Domini. Latè per Iaso. in rubri. ff. de iusti. & iure. & facit gl. in c. in apib⁹. vii. q. i. & in c. si de rebus. xxiii. q. fi. ibi, trãsfertur enim regnũ de gẽte in gẽtẽ, propter iniustitias & dolos &c. multò ergo magis ꝓpter infidelitatẽ. Ideo licet Hierosolimita. prius nominetur per Corsetũ & alios de quibus suprà, tamen quia ab infidelibus solũ Hierosolimorũ est occupatũ, hodie cessat dubiũ pręcedẽtiæ illius per prædicta: imò aliàs Rex seu Regina Hierusalem, tãquam inferior & Imperio Francię subdita, respondit in parlamento Parisiensi in actione personali: secundũ dominum Stepha. Aufredum in tracta. arrest. arti. clvii. inci. Item per arrestum fuerunt Regina Hierusalem & eius filii cõdemnati ad recognoscẽdum &c. Vnde. tẽpore Ludouici duodecimi Francorum regis, anno 1511. dictus Soldanus Regem Frãciæ in superiorem quodammodo recognouit per suas patẽtes literas, quarum suprascriptio, facta recta translatione, sequitur:

Regnum trãsfertur de gente in gentẽ, &c.

Soldanus Franciæ regẽ Ludouicum xij. &c.

A LA *presence du Roy exalté & magnifique, combatteur treffort & tresnoble Loys de Valoys, defendeur des royaumes de la Chrestienté, nobilitateur de la loy Chrestienne, exaltateur du peuple Chrestien, saige en ses Royaumes, defendeur de ses nassaulx, gardien de la terre, & de la mer, & des citéz & portz, seigneur du Royaume de Frãce, & de Bretaigne & autres prouinces qui sont soubz son domaine, iustificateur de la loy & du baptesme, sanctifié pardessus tous les Roys & Souldans &c.* prout de iis literis testatur Ioannes le Mayre in vlt. partẽ Illu. Galliæ. Ex quibus, restat hoc ius altum & præcipuũ prioritatis & præcedentiæ serenissimi regis Franciæ satis comprobatum. Quod, primũ pro primo Rege est positum, concludẽdo cum Sapiente, Prouer. xxx. c. Gallus succinctus lumbos suos, non est Rex qui resistat ei.

Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Psal.cxix.

Ius secundum.



SECVNDVM ius altũ & præcipuũ sacrę coronę Frãciæ, diuinũ est insigne: scilicet, arma regalia trium liliorum Clodoueo Regi à cælo demissa, trium bufonum seu ranarum siluestrium quibus prius pro nobilitatis insigni vtebatur, loco: & vt aliqui asserũt, potuit esse ratio: quia natura bufonis est, pinguiorem & meliorem terrã sibi eligere. Quare, cùm illust. Rex Francorum, meliorem terram de mundo, vt inferius probabitur in vlti. iure, teneat & possideat: pèr quandam conformitatem naturalem, bufonibus pro scuto vtebatur. Nunc equidem post fidem catholicam assumptam, tria lilia aurea, quibus subest cæli sereni color, pro scuto regio gestat. De quo, Gagui. tit. i. c. viii. sic dicit: Nec præteribo huic loco adiicere, quod perseuerante ad hanc vsque ætatem fama, vulgatum accepi, fuisse Gallorum regibus bufones tres, nobilitatis quidẽ insigne, Clodouæo Christianis sacris initiato demissum è cælo esse: hoc, quod nunc reges gestant, lilia aurea: quia subest cæli sereni color, quẽ azureũ dicunt. In cuius rei testimoniũ, in monasterio diui Bartholomæi, quod Gaudiũ vallis appellatur, fons ab incolis ostenditur: in quo scuto regio, quælibet est res considerãda: sed prius vnde Franci descendant, videndũ est per. l. i. ff. de iusti. & iure. Ibi, iuri operam daturum: prius noscere oportet, vnde nomen iuris descendat. Et primò, Albe. de Rosa. in dictio. suo, in verbo Francia. dicit, quòd Francorum regnũ incoauit à Carolo Magno: credo quòd voluit dicere Martello patre Pepini, qui fuit tẽpore Leonis tertii Imperatoris: cui Carolo, successit Ludouicus, aliàs Sildericus: & quia inutilis erat, fuit depositus per Za-

Insigne sacræ coronæ Franciæ, &c.

Reges Frãciæ pro nobilitatis insigni quõdã tres buffones gestare solebãt, & quare.

Frãciæ regnũ à quo originẽ cœpit, &c.

chariam papam,& Pepinus eius loco substitutus.c. aliud. xv.quæst. v. & defecit regnũ in isto genere: anno domini 989. Et transiuit in progeniem Comitum Parisiensium: quorum primus fuit Hugo Capuccius,aliàs Zapeta. Quæ opinio,videtur falsa, sicut alia opinio cuiusdam Bartholo. Angli, in lib.de proprie.re.in hac re notoriè suspecti:qui, fatuisando:de quodã Franco carnifice in regem promoto, mẽtionem facit. Quorundã aliorum sententia est à Valẽtiniano Imperatore sic dictos, quia eos Frãcos appellauit, id est feroces & fortes: iuxta illud Isido.libro ix.ethimo. Roma,graues generat,Græcia,leues: Africa, versipelles: Gallia, natura fortes ingenioque acres producit: vel eos Francos vocauit, id est liberos: quia propter opem quam Valentino aduersus Alanos præstiterunt, meriti fuerunt libertatis priuilegium: vt Vincentius histo.scribit. Quę opinio,caret veritate.vt per plures docet rationes & authoritates Ioan. le Maire,in lib.iii.Illustra.Galliæ. Tenenda est ergò aliorum in hac recensura, dicentium, Francos à Franco Hectoris Priami regis Troiæ filii,filio dictos esse. glos.in ver.Francorũ.in proœ.pragma. sanct.& Iac.Bergo.in li.supple.chroni.iii.sic dicens: Frãcus quidẽ ex Hectoris Troiani filiis,à quo Francorũ nomen tractum est iis temporibus: vt Vincen.scribit vnà cum Antenore, aliisq; fratribus propriis fugatus, tota prius Asia peruagata, in Danubii ripas tandem peruenit,&c. Cum quo concordat Guaguin.lib.i.c.iii.vbi dicit: Primus omnium Marcomirus dominationem in Francos accepit,quem à Priamo rege Troiano prognatum,in summa veneratione habebant Franci. Hic,præterquam vallo muroq; munire vrbes, nihil illustre gessit: sed erat illi filius Pharamundus corporis & animi præstantia insignis: hunc, ex consilio patris, sibi primum regem constituunt, regendi sibi permissa potestate: anno salutis 420. De hoc in fasciculo tẽporũ sic scriptũ reperitur: Priamus quidẽ nobilis de semine Troianorũ,&c. Ibi,cuius filii fugientes,regnũ Frãciæ incoauerunt inuitis Romanis,& Coloniã extruxerunt: ibiq;, vt coloni habitare cœperunt: quorũ Marcomirus dicti Priami filius Dux fuit: sed Pharamundus eius filius, primus rex Fran-

Frãnci à Frãco Hectoris filio dicti.

Marcomirus Dux omnium primus in frãcos dñatione accepit.

Pharamundus primus rex Frãciæ fuit.

ciç fuit:à quo,si denumeremus iam octo & quinquaginta diuinum magis quàm terrenum Francorum principatum fidelissimi Reges, idque per mille ac nonagintaquatuor annos,vsque ad postremi Ludouici fatum tenuere. Quam gloriam,exteris nationibus prædicãdam relinquo. Quorum ordinem & successionem,ac personarum qualitatem describit Pirrus,in c.intitulato,Sermo de fortuna:in Plutar. & de fortuna Gallorum post commenta. ad consuetu. Aurelia. Faciunt etiam versus incipientes,

Aspice quo Franci regnarunt tempore reges:
Quis prior & Regum,Gallica sceptra tulit.

Quos ad longum refert Bartho. Chassa. in prima parte cathalo. glor. mundi.

NVNC ad propositum reuertendo: Est primò considerandum, quòd in præfato scuto, lilia depinguntur ea de causa:quia sicut lilium plerunque de spinis oritur,sic Frãcorum Reges,licet ab infidelibus originem traxerint vsq; ad Clodouæum: tamen postquam fides catholica illis nota fuit,nil dulcius habuerũt,quàm illam tueri & protegere. Secũdò,quia sicut lilium plantã habet rectam, sic Rex rectitudinẽ habere debet. De quo dici poterit, Iustus germinabit sicut lilium,& florebit in æternum ante Dominũ. Tertiò, quia sicut Christ[us] cõuersari inter lilia delectatur, iuxta illud Cãti. Ego flos campi & liliũ cõualium, & illud Canti.ii. Dilectus meus mihi,& ego illi,qui pascitur inter lilia:sic,Rex delectari debet in liliis,id est,viris peritis veritatem sectantibus:& non in adulatoribus, qui eum decipiunt,sicut Sirenes nautas. Vltimò cæteris rationibus à lilii proprietate elicitis omissis,data sunt Regi lilia: quia & ipsa,& ipsorum folia,sua natura,morsum serpentis, vexationémque venenosæ cuiusuis viperæ curant: eiúsque radices,vt testatur Plinius lib.xxi. c.xix. valent contra serpentis ictus: & secundum Auicennã, lilium confert puncturæ vermium venenosorum atque scorpionis:& semen eius,vt inquit Dioscorides,potui datum, ad serpentũ morsus facit. Ideo, Reges Francorum ter rempubli. Christianam à morsu Machometi serpentis venenosi sanauerũt & restaurauerũt,prout latè dicit infrà,in iiii. iure. vbi etiã de

Lilia quare depinguntur i scuto regum Franciæ &c.

Reges Frãcorum ter rẽpub. christianam à morsu Machometi sanauerũt.

morsu venenosi serpentis Lutheri hæretici, fiet mentio.

Lilia in scuto regis cur aurea & nõ argẽtea figurantur, &c.

SECVNDO principaliter, Lilia in scuto regis figurantur aurea, & nõ argẽtea aut alterius metalli: quod quidem aurum, in armis significat quatuor virtutes, quæ debent esse in Rege: scilicet, nobilitatem, bonam voluntatẽ, charitatem & magnanimitatẽ: de lapidibus pretiosis, scarbunculum: de planetis, solem: de quatuor elementis, ignẽ: de complexionibus, sanguineam: de signis zodiaci, Arietem, leonem & sagittarium: de diebus, dominicum: in rebus mundanis, diuitias: in ætatibus, adolescentiam: in virtutibus theologalibus, fidem. vt refert Celius lib. antiquarum lectionũ iiii. & xxiiii. Auri nomine, Christianæ veritatis assertores, diuinorum cognitionem intellgunt: vt argentum symbolicę scientiam rerum à Deo conditarum significare tradunt. vnde in Apoc. dicitur, Aurum ignitum esse emendum, & magicum aurũ Christo oblatum est. de quo in c. legimus. versi. Magi quoq;. xxxvii. dist. vbi Arch. dicit, quòd in auro ostenditur regia potẽtia: & vlterius, quia aurũ puritatem quandam ac fulgorẽ eximium præ cæteris metallis habet: & indè dicitur aurũ ab aura id est splẽdore, secundũ Isido. vnde in lib. de natu. rerum dicitur, quod aurũ est in corporibus, sicut sol inter stellas. Sol autẽ, dicitur rex stellarum & lumen earũ: sic aurum, est rex corporalium rerũ, & mensura omnium. Et quantò rubicundius fuerit, tantò melius est: quale est aurum quod in Iudęa & terra Eiulath nascitur, quam fluuius Piso, alio nomine dictus Gãges, circuit: vt dicitur Gen. ii. c. Ex hoc auro prouocatur Rex Christianis. ad sapiẽtiã acquirendam, quæ auro purior est & splendidior: imò, omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentũ in conspectu illius: Sapien. vii. Ob quod testante Policra. lib. vi. Traianus hortabatur regem Francorũ, vt filios suos in artibus liberalibus erudire iuberet. Rex enim insipiẽs, perdet populũ suũ. Eccl. x. Et sapiens, multiplicabit eum. Vnde, consideret rex Christianis. lilia aurea sapiẽtiam denotantia, intuendo illud Platonis, qui, tunc demum beatũ orbẽ terrarũ prædicauit, cùm aut sapientes regnare, aut reges sapere cœpissent: vt refert Boętius

lib.i. de consola. & Valer. Maxi.lib.vii.de sapiēter dictis. Hanc sapientiā habuerunt beatus Ludouicus & Carolus Magnus,qui etiam studium sapientiæ Parisiis fundauit,vt alibi dicetur: & Carolus quintus dictus sapiens. Secundò,aurum habet proprietatem lætificandi, quam non habet aurum per alchimiam sophisticatum: secūdùm Thomam: vnde,leniatura auri,secundum Auicennam,ingreditur medicinas melencoliæ & alopicie: & confert doloribus cordis, & tremori ipsius: & data cum succo boraginis, auxiliatur sincopizantibus. Ex quo, instruitur Rex Chistianissimus, quòd gaudens sit & lætus: quia animi lætitia, interdum corporis dolores mitigat: tristitia verò, humanæ vitæ æmula est, & passio mortifera: Iuxta illud Prouerb.xvii. Animus gaudens, floridam ætatem facit: & spiritus tristis,desiccat ossa: secundum Bartol. in princip. trium librorum Codicis. Tertiò, quia aurum soliditatem habet,dicente Arnaldo de villa noua,lib. de vino. Vinum extinctionis, auri sua soliditate confortat:& in lib.de natu.re.dicitur, quòd in duplo ponderosius est argento, ære, & stanno: habetque super omnia metalla generositatem & puritatem. Ideo, Rex Christianissimus tanquam aureus, debet esse solidus, maturus, secretus, & grauis in decidendis causis. Quinque aliæ rationes,& auri proprietates significationésque,per scribentes assignantur: quæ, breuitatis causa,omittuntur.

Beatus Ludouic⁹, & Carol⁹ magnus sapiētiā consequuti sunt, &c.

TERTIO principaliter, in hoc scuto Francorū regū,aurea lilia in ternario numero figurantur: quia hic numerus,habet rationē totalitatis: puta,principiū,mediū,& finē.vnde beatus Thomas ait: Sicut natura perficit omnia in ternario numero, ita Gētiles qui diuinū instituerūt cultū,volētes Deo tribuere omne quod perfectū est,attribuūt ei ternariū numerū in sacrificiis & laudib⁹ ipsorū: vt habet lib.i.de cælo & mūdo. Hæc ergo tria lilia,odoramenta catholicę fidei in beatissima Trinitate afferūt: scilicet, quòd patri in diuinis attribuitur potētia: filio,sapientia: spiritui-sancto,clementia: vt sit Rex strenuus potentia ad debellādos Tirannos & Barbaras nationes: & sapientia ornatus, in decisione causarum: & clementia plenus, quæ omnino

Quare aurea lilia in scuto Francorū regū, &c.

decet principem.l.imperialem.C.de nup.quę,quantò in eo maior fuerit,tantò in conspectu Dei & hominum mirabilior & gratior apparebit. Hæc autem tria lilia, tres substantias in persona Christi denotant,quę sunt,deitas,anima,& caro. Tres etiã Christi natiuitates ostendunt: scilicet,æternálem,temporalem, & spiritualem siue mentalē. Et sicut hæc trinitas essentiarum est in Christo, ita trinitas pręceptorum iuris,debet esse in Rege,pro iustitiæ cõplemento:prout tria sunt hæc iuris præcepta:scilicet, honestè viuere,alterum non ledere,& ius suum vnicuiq; reddere.§.iuris præcepta.insti.de iusti.& iu.& l.i.§.iuris præcepta.ff.illo titu.ex quibus Bal.in proœ.Gre.facit turrim iustitiæ triangularem: quã dicit esse tutelã Maiestatis Regum. Aut aliter,per illorum trium liliorum medium,fides Christiana:per dextrum,clericatus:& per sinistrũ,militia significantur. Ex hoc enim ternario numero,amplissimè laudantur insignia regis Franciæ,per Io.Ludo.Vinaldũ, in tract.de triumphis ac laudibus trium liliorum Franciæ.

Quare trialilia ponuntur in scuto saphirino regũ Franciæ.

QVARTO principaliter,tria lilia ponuntur in hoc scuto saphirino, quod est cælo sereno simile: qa sicut ipse Deus qui est Rex Regum,& dominus dominantiũ,Apo- cap.xix. quodammodo pro scuto habet cælum sidereum astris ornatum:sic,Rex Frãcorum Ecclesię paranimphus, pro gloria Christi scutũ fert nobilissimum:in quo, aurea lilia quasi astra in sereno cælo fulgere videntur: vt etiam ex cęli altitudine suæ dignitatis regalis sublimitas dignoscatur. Secundò, campus scuti regii nedũ cælo sed saphiro lapidi in colore assimilatur:quia saphirus,colore videtur trahere Regem ad cælestia desideria per rectam fidẽ: cùm nihil sit,quod lumine clarius pręfulgeat,quàm recta fide in principe.epist.inter claras.C.de summa trini.& fide catho.Nã dicit Greg.lib.xviii.moralium.c.viii. quòd Saphirus colore suo æreo,designat appetitum languentis animæ tendentis ad cælestia:vnde dicit Helinãdus, quòd castè portari vult, & gemma gemmarum & lapis sanctus dicitur.Ideo,in libro de natura re.dicitur, Qui saphirum portat, oportet vt summopere custodiat castitatem: quoniam hic lapis tantò dicitur pretiosior,quantò colore cæleſt

lesti est sublimior. Sic, Rex Christianissi. tantò magis erit Deo gratior & charior, quantò magis in contemplatione rerum diuinarum fuerit sublimior: quia quantò magis alios reges vniuersi orbis excedit honore & dignitate, vt probatum est in præcedenti iure: ita conuenit, vt cæteros transcendat mentis sublimitate, & totus sydereus fulgeat maiestate. Tertiò, lilia in campo saphirino depinguuntur, quia Saphirus animum hominis pium & deuotum efficit erga Deum, pacem conciliat, & in bono confirmat: Necnon, secundum Arnaldum de villa noua, corpus vegetat & membra integra cõseruat, curat dolorem frontis, & sudorẽ restringit, torsiones ventris tollit, & omnia vlcera cũ lacte sanat. Præterea, in libro de nat. re. & in horto sanitatis, in tracta. de lapidibus. c. cix. dicitur quòd saphirus illũ morbum qui, noli me tangere, appellatur, fugat: ex quo instruitur Rex, vt vigilans sit & solicitus ad corpus mysticum, id est ecclesiam & membra illius, protegendũ & conseruandum. Quartò, saphirus est gemma, quæ, percussa à radiis solaribus, ardentem emittit fulgorem: habens pulueres aureos: secũdum Isidorum lib. ethi. xvi. c. ix. Estque gemma delectabilis, læta & pulchra, de qua in Lapidario dicitur,

Saphiri species, digitis aptißima regum:
Aegregia & fulgens, puróque simillima cælo:
Vilior est nullo &c.

Ex quo mouetur regia maiestas, vt plura à sole iustitię, scilicet Deo suscepisse beneficia cogitet: Necnon, vt delectabiliter & cum gaudio decentiam Christianę religionis conseruare velit. Quintò, saphirus suo valore vires acuit regis, ad cogitandam sumptuositatem & magnificentiam ædificiorum superiorum, & gloriam æternam. Nam Tobiæ xvi. dicitur, portas patriæ cælestis esse ex saphiro constructas: & idem dicitur Apocalip. xxi. vnde Psal. lxxxvi. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Suo enim colore ad cælestia inclinat, quia cùm omne simile, appetat naturaliter suum simile, & saphirus sit cœlo similis, Rex non conueniret saphiro, nisi ad cælestia inclinaret, & superna appeteret. Ex istis ergo duobus coloribus, aureo & azureo, *Insignia*

duobus coloribus, du reo, scilicet, & azureo cōponuntur.

insigna regia componuntur: qui colores, secundum Bartol. in tracta. de insigniis & armis. dicuntur nobiliores, ratione eius quod representant. Per colorem enim aureum, repræsentantur lux & radii solis, qui non possent melius figurari, quàm per radios aureos. Sed nihil est, quod lumine clarius præfulgeat. l. inter claras. C. de summa trini. & fide catholi. & Daniel. xii. Fulgebunt iusti sicut sol & stellę. & Matth. vii. & xxiii. cap. Resplenduit facies eius, sicut sol. Et propterea, nemini permissum est nisi principi, vestes portare deauratas, l. i. & ii. de vesti. Olo. libr. xi. & habetur Psal. xiiii. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato &c. vnde Cantic. v. dicitur, Dilectus meus candidus & rubicundus, & caput eius, aurum optimum: quasi aurum debeat in superiori loco, per caput designato, collocari. Per colorem autem azureum, qui fortè ceruleus dicitur, figuratur nobilis aer, qui est corpus transparens & diaphanum: sine quo, nullum viuens stare potest: & est elementum, primum post ignem locum obtinens: quod cō paratur saphiro: de cuius proprietatibus, suprà dictum est. In virtutibus verò, denotat iustitiam, castitatem, humilitatem, sanctitatem & deuotionem: puerilitatem, à quindecim annis vsq; ad vigintiquinq;: in complexionibus, sanguineam: in planetis, Iouem: & latius describit Ioan. Ludo. Vialdus in suo tract. de pugna. animæ sensitiuę. arti. de laudibus ac triumphis liliorum Franciæ. & Gulielmus Benedicti, in sua repet. c. Rainutius. in verbo duas habens filias. vbi concludunt prædictos colores esse in armis & insigniis nobiliores: in quibus, voluit Deus non sine magno misterio arma regis Christianis. depingi, vt dictū est.

Deus nō si ne magno mysterio voluit arma siue ingnia regis Christia. duobus coloribus depingi.

EX alio etiam capite, Arma Christianiss. Regis sunt excellentissima, scilicet ex parte concedentis summi Dei, cùm fuerint cœlitus demissa: ex doctrina Barto. in suo tractatu de insignibus & armis, dicentis, quòd quantò quis à maiori arma consequitur, tantò sunt nobiliora & excellentiora. Et ideo, gloriatur in hoc, quòd fuit sibi concessum à Carolo quarto Imperatore, vt posset pro armis Leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo deferre. Et ideo, præfertur habens arma à principe excellentissi-

mo, alteri, l. fina. ff. de alb. scriben. & l. prima, C. de consu. libr. xii. c. per tuas. de maior. & obedien. & l. si duas. ff. de excu. tuto. Facit lex restituendæ. C. de aduoca. diuer. iudi. Meritò præferuntur insignia hæc trium liliorum, cæteris aliorum Regum & Principum: quia à maiori, scilicet Deo summo, fuerunt concessa. Hinc est, quòd violator armorum Christianissi. regis, tenetur pœna criminis læsæ maiestatis, sicut violator statuæ seu imaginis principis, l. qui statuas. ff. ad legem Iuliam maiesta. & Lucam de pena. in l. si qua. de specta. & in l. prædia. C. de loca. prædiorum ciui. libr. xii. Sunt enim arma subrogata loco imaginum, vt inquit Budæus, in l. fina. ff. de orig. iur. Quare, subrogatum sapere debet naturam illius, in cuius locum subrogatur: vt amplè legitur & notatur in lege, si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Facit glo. singularis in clement. & si principalis. de rescript. Quæ dicit, statutum debere extendi ad subrogatum. Latius per Anto. de Butrio in capit. fina. de consuetud. & Iacobum Butriga. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. Et ideo infertur, quòd sicut iuxta imagines principis non licet sordida signa apponere, in dicta lege, si qua. ita iuxta arma Christianissi. regis, non licet arma vilium personarum apponere: secus autem de armis nobilium, dum tamen cum depressione & subtus domini regis ponantur. Et de hoc est vniuersalis obseruantia in Gallia: vt per Ioan. Sanso. in consuetu. Turonen. titulo, *Des droictz des chastellenies.*

Violator armorum Christia. R. tenetur pœna criminis læsæ maiestatis, &c.

INSVPER, vltra tria lilia in insigniis, & armis Christianiss. Regis, circũponuntur cerui ab vtraque parte, alas habentes, & coronã auream. Nam recitat Guagui. in sua Cronica de gestis Francorum in vita regis Caroli sexti. quòd accidit, vt Carolus ad siluam venandi causa se contulerit, & canum latratibus, ceruus in fugam versus, æneum torquem collo gerens visus sit, & in retiis captus. In torque, Latinis erat literis scriptum hoc: Me Cęsar donauit. Ex eo tempore, Carolus ceruum auream coronam collo gestantem, pro insigni habuit, & regiis insignibus, quæ liliis aureis tribus constant, hinc atque hinc cerui duo apponi consueuerunt. Item, Carolus

Cerui ab vtraq; parte alas habentes & auream coronã, &c.

vii. Ludoui.xi.& Caro.viii.reges Francorum, scutum & vela regia seu vexilla ceruis duobus circundata portarūt: & meritò, cùm ceruus Gallis regibus prosper & fortunatus semper fuerit. Nam legitur in prædictis cronicis Francorum, quòd ceruus Clodouæo cōtra Alarium Gottū decertare volenti, vadum inundati fluminis mōstrauit, quē Rex ipse cum exercitu sequutus, flumine transuecto, Gottum superauit. Atque multùm confert ipsius cerui natura: quæ est, vt serpentibus contrarietur, adeò quòd odore cornu excissi, eos fuget: cuius coagulum, omnium anguium sanat morsus, vt dicit diuus Hieronymus parte ii. epistola quadragesimasecūda. de quo dicit Aristo. libro viii. de animalib⁹. quòd inter omnia siluestra est discretissimus, quia quando aufugit, retrocedendo ambulat, vt canes venatici iuxta pedum vestigia, eum vnde aufugit, & non quò tendit, prosequantur: diutissimè viuit, & plusquam centum annis, secūdum Plinium libro viii. cap. xxxiiii. vbi de eius natura & proprietate, & in libro xviii. de proprie.re. Hoc enim scutum ceruis circundatum, in locis antiquis adhuc videri potest: vt in ciuitate Tholosana, in porta castri Narbonensis ab extra: & alibi. Ludo. verò xii. Francorū Rex, scutum regium Hystricibus ab vtróque latere ornabat, vel scuto Hystricem supponebat, id est porcum pungentem seu spinosum: vnde Carsurmius, Venit & hirsuta spinosior Hystrice barba. Franciscus verò Rex nunc imperans fœliciter, de Salamādris duabus scutum ornat, & etiā aliquando ornātur aliter, puta torque aureo cum coclearibus, *coquilles* gallicè dictis. Et in infima parte imago sancti Michaelis aurea est apposita. Et isto modo, omnes milites ordinis (qui in Frācia dicūtur, *les Cheualiers de l'ordre*) arma eorū circundant. Quemquidē ordinē militarem, in honorem Michaelis archangeli protectoris regni sui Rex Ludouicus xi. fundauit. Milites verò ordinis velleris aurei, dicti gallicè *de la thoyson d'or*, à Philippo secundo, Duce Burgundiæ instituti, gestant torquem aureum: in quo, Aries lanam auream ferens, pendet. Angliæ verò reges, ordinem militum dictorum, *dela Iarretiere*, instituerunt. Supra verò dictum scutum, est apposita corona Imperia-


Ludo. xij. scutū regiū ab utraque parte hystricib⁹ ornabat.

Franci. rex duab⁹ salamādris scutum gestat.

Insignia regalia quot sint.

lis. Nam sicut Dux, Comes, vel Marchio, Timbrum ex pileo dignitatis suæ, vel Papa ex Tiara, Cardinalis ex pileo rubeo, Patriarcha ex cruce, Episcopus ex mitra & baculo pastorali, Protonotarius ex pileo nigro duplicato viridi colore, & milites galeas supra eorum arma addunt: sic Francorum Rex timbrat arma sua corona erecta. Quarum coronarum, varia sunt genera. Est enim quædam dicta triumphalis, qua donabantur Imperatores in triumphis: quę ex Lauro fiebat, quia est arbor lætitiæ & victoriæ, quædam muralis, castrensis, vallaris, olæagina, oualis seu mirtea, obsidionalis, ciuica, hæredalis & populea. De quibus per Lucam de penna. in rubric. C. de aureo coronario, libr. decimo. Legitur enim in histor. scholastic. quòd quatuor sunt insignia regalia: purpura, fibula aurea, sceptrum & diadema: vel secundum Hugo. libr. secundo de sacramēt. Sex sunt insignia, scilicet anulus, per quem designatur fides, armilla, per quam bona operatio, sceptrum, quo iustitia, gladius, quo vindicta, purpura, per quam reuerētia, & diadema, per quod designatur in rege gloria. Nec debet Rex esse sine diademate, id est corona: vt dicit Luc. de peñ. in lege vnica, de reis postulat. libro decimo. vbi dicit, quòd corona non tribuit regnum, sed est signum honoris, & designat plenitudinem Imperii. Honorantur enim in hoc Principes, quia coronantur pro gloria seu victoria. Notatur in lege prima, C. de athletis, libr. decimo. De hac corona Christianiss. Regis, loquitur Guagui. libr. septimo, dicens, fecerat Philippus pulcher Francorum Rex aureas coronas gemmis multi pretii ornatas, quas Ludouicus vltimus eius primogenitus post illius mortem regnū adeptus, in cœnobium diui Dionysii transtulit: vt ad coronandos deinceps reges reginásque, deponerentur: quas Matthæus Abbas & eius monasterii Cœnobite receptas seruare, chyrographis datis compromiserunt. Quæ quidem corona aurea esse debet, vt sicut aurum pretiosius & splendidius cæteris metallis est, sic Rex grauitate morum, & splendore vitæ, cunctos homines tenetur excellere: vt habetur viii. Aethico. Ex quo infertur, quòd corona Regi virtutis studioso tantùm debetur, l. fi.

Quatuor sunt insignia regalia.



Corona cur aurea debeat esse, & quod soli regi uirtutis studioso debeatur.

C. de statuis & imaginibus. & l. prima, de metropoli. Ber. libr. xi. In cuius rei significationem, in corona regis debent apponi duodecim lapides pretiosi, quos ad plura ipsius regis documenta, inducit & latè prosequitur Lucas de penna. in rubric. C. de auro coronario. libr. decimo. Per lapides enim pretiosos in corona regis infixos, figurantur virtutes, iuxta illud, Alii ædificant aurum, & argentum & lapides pretiosos. Ita notat Archid. in cano. qui ecclesiasticis. xxxvi. distinctio. & habetur Exodi xxviii. Tale enim diadema regi cùm constituitur, imponendum est: necnon liber legis in manu eius, 2. Paralipo. xxiii. capit. Rex enim in coronatione prius examinatur, demum vngitur, benedicitur, consecratur, & coronatur: secundum Innocen. & alios in capit. venerabilem. de electio. per hæc potestatem regiam à Christo descendere demonstratur: vt regnet in Christo: secundum sanc. Tho. in iii. parte suę summæ, quæst. cviii. arti. iii.

Insigniorũ regis F. ab aliis differentia.

EX his enim apparet, quanta sit differentia inter arma seu insignia Francorum regis, & insignia aliorũ principum: quoniam excedunt non modicum arma Imperatorum Romanorum, in quibus est aquila nigra habens duo capita in campo aureo. Et primò, fuerunt arma Iulii Cæsaris, quia aquila in caput eius residens, duos coruos illi molestos morte affecit. A quo tẽpore, Imperatores Romani pro armis aquila nigra vsi sunt. Pariter, excedunt arma Anglorum regis, qui gestat tres leopardos aureos in campo rubeo: & arma Aragonum regis, qui vtitur pro armis quatuor palis rubeis, & aliis quatuor aureis: necnon Castellę regis, qui vtitur duobus leonibus azureis, in duabus partibus campi argentei: & in aliis duabus partibus, duobus castellis aureis in campo rubeo: excedunt pariter arma Cipri regis, qui portat in parte superiori dextra, vnam crucem potentiatam auream, cum quatuor paruis crucibus aureis in campo argenteo: & in sinistra, vnum leonem rubeum in campo argenteo cotisato quatuor coticiis azureis: & in duabus partibus inferioribus, in campo argenteo duos Leones rubeos. Rex autem Nauarchiæ, vtitur tribus leopardis azureis in campo au-

reo: Rex autem Scotiæ, vtitur Leone rubeo in campo aureo cum bordatura azurea circũdata liliis aureis: Rex verò Portugalliæ, vtitur quinque paruis scutis argenteis in campo azureo bordato bordatura rubea & seminata turribus: Rex Phrigiæ, vtitur pro scuto campo argenteo seminato pluribus cordibus rubeis, & bendato ex benda azurea quatuor petiarum: Rex verò Siciliꝗ & Hierusalem, vtitur cruce aurea potentiata cum quatuor crucibus aureis in campo argenteo: in parte superiori dextra, liliis seminatis inter partem superiorem & inferiorem: & ex latere sinistro partis superioris, campo argenteo fessato tribus fessis rubeis in parte inferiori: ex parte dextra, tigno, seu quod gallico sermone vulgò dicitur, *Cheuron*, rubeo, in campo rubeo: quibus hodie vtuntur Duces Lothoringiæ: Rex verò Nouergiæ, vtitur tribus coronis aureis in campo rubeo: Rex Nauarrę, habet in campo rubeo excarbunculum pometatum ex auro: & à tempore quo descenderunt à Regibus Franciæ, vtuntur liliis aureis dispersis in campo azureo cum benda argentea: Rex Maioricarum, vtitur quatuor palis rubeis, & quatuor aureis: Rex Poloniæ, habet scutum rubeum quadripertitum, & duas Aquilas argenteas, & vnum hominem argenteum super equo argenteo: Rex Hungariæ, in campo argenteo habet quatuor gemellas rubeas: Rex Irlandiæ, in campo rubeo habet leonem argenteum: Rex Hiberniæ, habet Regem aureum tenentem lilium, sedentem in maiestate in campo nigro: Soldanus vtitur in armis & vexillis, tribus crescentibus lunæ argenteis in campo azureo: Presbyter Ioannes autem princeps Indiæ maioris & minoris, pro insigni gestat Crucifixum cum duobus flagellis nigris hinc & hinc, in campo aureo: quæ sunt primo loco tanquam digniora collocãda, & excellentiora existimanda, ratione eius qui in illis repręsentatur, scilicet Domini nostri Iesu Christi. Sed post illa constat ex prædictis arma Christianissimi regis, alia cæterorum principum tam fidelium quàm infidelium excellere tanquã cœlitus demissa, & plura diuina misteria continentia: vt suprà latius deductum extitit. Et talia arma alteri non li-

Arma regis Frãciæ sũt aliorũ regũ signibus præstantiora.

cet deferre seu assumere: secundum Bal. in l. prima, C. quę res ven. nō possint. quia vt ibi dicit, propter hoc videret se parem facere, sicut Lucifer à paradiso deiectus: aut videretur se velle dicere regem. Quapropter, Regi contradiceret: iuxta illud Ioan. xxii. Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Necnō arma Christianissi. regis assumēs, si est regnicola aut subditus, incurrit crimen lęsæ maiestatis, sicut de vsurpāte magistratum propria authoritate: vt dicitur in l. ii. ff. ad legē Iuliam maiesta. Per signū enim, cognoscitur signatū. l. prima. §. si intelligatur. ff. de edili. edic. & l. stigmata. & ibi Io. de pla. de Fabricē. libr. xi. imò, non licet suis rebus hæc tria lilia depingere. l. prima, C. de his quæ pœnæ nomi. & in autent. de mandatis Princ. §. penultimo, collatio. iii. & in l. prima, C. vt nemo priuatus. quamuis quotidie seruetur contrarium: secundum Albericū ibi. Ideo Bar. in tracta. de insigniis & armis. dicit ꝙ hoc intelligendum est principaliter: sed accessoriè potest in signum subiectionis suprà ponendo arma regis armis propriis, secundum Bonum de Curtili in suo tracta. nobilitates, in ii. patre: dummodò nō sit vilis persona, vt dictum est suprà. Si quis enim tolleret arma Christianissimi regis à castris suis & villis, diceretur subiectionem tollere, & puniretur tanquàm rebellis, nisi de alia caussa delendi appareret, vt dicunt Geminia. & Cardi. in cano. quęcunq;. xxx. distinct. sicut nouissimè euenit in loco Azillano Comitali. taceo, quia sub iudice lis est. Sed cū sint multi nobiles in Franciæ regno, qui ex concessione principis, aut aliàs, vtuntur tribus liliis pro armis: est videndum, an Rex possit hoc concedere. Et videbatur dicendum quòd non, per ea quæ ponunt Ioannes Andr. & Innocent. in c. inquisitioni. de senten. excom. vbi dicunt nō esse obediēdū Principi, quando sequitur turbatio reipublicæ: de quo per Feli. in c. quę in ecclesiarū. col. xvii. de constitutionibus. Sed si Princeps concederet alteri portū suorū armorū, turbari posset status regni, quia talis reputaretur Rex propter signū quod repræsentat signatum. l. decernimus. de aquæduc. lib. xi. cum similibus. Et possessio dignitatis probatur per insignia: secundum Bald. in l. si quam. C. de

Dignitatis possessio

ſeruituti. & aqua. Item videtur cõtra vniuerſalem Regni ſtatum & eius decolorationem: gloſ. in verbo diſpenſare. in c. literas. de reſtitutio. ſpoliatorum. & in ca. propoſuit. de conceſsio. præben. & Innocen. in cap. innotuit. de electio. & Panor. in c. ad hoc. de reſcrip. Facit gloſ. in ca. fina. in verbo ad nos. ix. quæſtio. vltima, & glo. in ca. apoſtolica. viii. quæſtio. prima: quæ ſingulariter dicit Papam non poſſe ſibi facere ſucceſſorem, quia ſic immutaret ſtatum ecclesiæ. Ideò dicebat Bald. in cap. cùm cauſſam. de proba. quòd non licet Principi exuiſcerare viſcera Imperii: & ibi Barbatias dicens, quod Rex non poteſt ſubuertere regni maieſtatem, ne dicatur homicida ſuæ dignitatis Regalis. Faciunt dicta Oldradi conſi. 231. Inſuper arma ad honorem dignitatis regalis deputata, ſunt tantùm ſoli Principi ordinata. Rex enim ſuper omnia præcellit. iii. Eſdræ, c. iiii. Cùm ergo non habeat parem, arma, quæ ſunt ſigna ſuperexcellentiæ, alteri concedere non debet: iuxta illud Apoſtoli, Gloriam meam alteri non dabo. Facit l. prima, cũ tribus ſequẽtibus, C. de veſtibus Olobro. libr. xi. Faciunt etiam quæ amplisſimè traduntur per Luc. de pen. in l. contra publicam. de re mili. vbi decidit, regem non poſſe concedere Regalia, & in hoc videtur reſidere Gulielmus de Monteferrato in tracta. de ſucceſsio. Reg. in concluſio. ſecundi dubii. Sed rationes iſtæ ſunt tantùm perſuaſiuæ, quòd Rex Franciæ arma ſua alteri cõcedere non debeat, ex quo fuerunt cælitus demiſſa Clodouæo in excellentiã regalis dignitatis: quare nõ videtur alteri licere ea portare, niſi ſit capax illius, nempe de ſanguine Regio, & talis qui ad dictam coronam per ſucceſsionẽ deuenire poſſet, quia quantumcũque eſſet remotus in gradu etiam milleſimo (aliis deficiẽtibus) vt ſunt illi de Borbonio, ſuccederet in Regno Francorum: ſecundum Bal. in ca. primo. de feudo. Mar. & Iaſo in lege fina. c. vnde legi. Ideo talibus non incongruenter conceduntur inſignia Regia. Aliis verò concedi non deberent per rationes prællegatas, quæ nõ cõcludunt quòd Rex non poſsit, quia imò hoc poteſt per rationes ſequentes. Primò, quia de Principis poteſtate diſputare, ſacrilegium eſt. l. ii. C. de crimi. ſacrile. & cano.

probatur per inſignia.

Arma F. alteri quã R. an portare liceat.

in capi.memoriam.decimanona distinctione. Quod enim vult fieri, habetur pro facto.l.apud eũ. ff.de manumissionibus.& l.prima, ff.de constitu. Principum. Secundò, facit expressa decisio Andręæ de Isernia in titu.quæ sint regalia. vbi tenet, quòd Rex potest iura regalia concedere, ergo & delationem armorum. Est tamen ad vnum singulariter aduertendum, quòd si Rex vendidit terram aliquam cum quibusdam iuribus regalibus expressis, adiecta clausula vniuersali, & quibuscunque aliis iuribus regalibus, non tamen veniunt iura regalia maiora expressis: secundum Ludo.ponta.in consi.cclxxi.incipiente vix tota. quia clausula generalis restringitur per specialitatem precedentem, l.fin.§.fina.ff.de vino, tri.& oleo lega. Latè per Iaso.in lege, si de certa.C.de trãsac.Decur.cõsi.cclxxix. numero 12.& Cornæum Peru.in consi.ix.col.penulti.& fi.libro primo. Tertiò facit, quia licet propriũ sit regis leges condere in regno, lege.fina.C.de legi.tamen senatus & præfecti prætorio eius authoritate & concessione, legem faciunt, l.non ambigitur.ff.de legi.&l. secunda. C. de officio præfecti præto.orien. Et idem de parlamentis, quæ ad instar senatus, arresta quæ pro legibus habentur, faciunt: vt infrà latius dicetur. Tertiò facit tex.cap. antiqua.de priuilegiis. vbi summus Pontifex cõcedit Legato, quòd vtatur insigniis Pontificalibus, scilicet veste rubea, parafreno, calcarib⁹, & freno deauratis. Hinc scribitur Ester sexto c.quòd Mardochęus ex regis Assueri pręcepto, regium diadema super caput suum accepit. Quartò, facit dictum Bald.in cap.quanto. de iureiuran. vbi dicit, quòd nemo potest portare arma principis, nisi speciali priuilegio hoc possit. Quintò, probatur arguẽdo de nominibus ad arma: secundum Barto. in tract.de insigniis & armis. Sed sic est, quòd quis potest nomẽ alterius portare ex ei⁹ concessione, l.hoc iure. §.fina.ff. de dona.l.sed sciendum in fine.ff.ad Trebellia.ergo & arma cùm vtraq; sint ad recognoscendos homines adinuenta, lege, ad recognoscendos.C. de ingenuis & manumissis, cum similibus. Sextò, facit quod dicit Hostiens. in summa de censi. quòd princeps cõcedere potest Comiti vel Duci facultatem mone-

Arma pricipis nemo portare potest nisi ex speciali priuilegio.

tæ fabricandæ, in qua sæpe reperiuntur arma principis, iuxta illud euangelii, cuius est imago hæc, &c. Ergo & arma concedere potest, quod est minus, lege, cui pacto. de seruis expor. & cap. cui licet. de regu. iur. in sexto. Finaliter facit communis obseruantia, quia vsque nunc communiter in Gallia obseruatum extitit, regem tales concessiones facere posse, sicut fecit Ludouicus vndecimus, qui suo tempore multis concessit, quòd deferrent lilia in armis: ab his enim quæ solita sunt fieri, bonum est argumẽtum, lege, ꝙ si nolit. §. assidua. ff. de ædil. edict. De quo latissimè per Iaso. in lege, certi conditio. §. si nummos. ff. si certũ peta. Barba. & Feli. in c. cùm Martinus Ferrariensis. de constitu. Imò illud quod est in obseruantia seu moribus vtentium, est tantæ efficaciæ, quòd tollit legem seu statutum contrarium: secundum Ias. in lege, rem nõ nouam. C. de iudi. Nec patitur Rex Christianissi. detrimẽtum honoris & gloriæ ex huiusmodi concessionibus arma trium liliorũ deferendi: quia nihil minus à se abdicat, & sic nõ priuatiuè cõcedit, sed accumulatiuè, sicut de aliis iuribus regalibus dicitur in dicta rubri. quæ sint regalia. Si enim Rex concederet arma sua sibi aut eius prædecessoribus cælitus demissa, alteri, ita quòd amplius illa deferre non posset, esset contra honorem regni & coronæ suę, quare non valeret: capit. intellecto. de iureiuran. sicut enim Rex Franciæ non posset alienare vnam de ciuitatibus regni sui inuitis ciuibus: secundum Baldum in capi. in generali. si de feu. defunc. conten. fue. inter domi. & agna. vassal. Hostiensem in cap. dilecti filii. de maioritate & obedientia, & Ioannem Andrææ in nouella: quos sequitur Iason in §. itẽ seruiana. insti. de actioni. Ideo à fortiori, nec arma Regni inuitis principibus alienare poterit, maximè in præiudicium successoris in regno: secundum Bal. in titu. de pace cõnstantiæ, in vsibus feudorum. & eũdem in lege, digna vox. C. de legi. & Alexã. in additionibus ad Barto. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Quiquidẽ successor tales cõcessiones reuocare potest, maximè factas subditis: secundum Felinum & alios Doct. in cap. nouit. de iudi,

Ludouicus undecimus multis cõcessit ut lilia deffer-rẽt i armis

R. F. alienare unã ciuitatẽ sui regni inuitis ciuibus an possit.

RESTAT ex præmiſsis, inſignia Chriſtianiſsi. Regis Francorũ fuiſſe à Deo trãſmiſſa, in quo Franci coæquã tur Romanis. Eertur enim regnãte Numa Pompilio, ſcutum de cælo miſſum in peſtilentiæ remedium, de quo Ouidius libro iiii. Faſtorum,

Ecce leui ſcutum uerſatum leniter aura.
Decidit, à populo clamor ad aſtra uênit.

De quo Aruſpices ibi futurum imperium, vbi ſcutum illud ſeruaretur, reſponderunt. Ob quod, vt tutius ſeruaretur, duodena alia ſimilia facta fuerũt, & in templo Martis repoſita, quæ à ſacerdotibus per vrbẽ cum ſaltu atq; carminibus portabantur: vnde Ouidius,

Iam dederat Saliis à ſaltu nomina dicta,
Armáque & ad certos uerba canenda modos.

Frãc. Re. vexillũ militare à deo transmiſſum fuit. Habent inſuper Frãcorum Reges aliud munus diuinum vltra arma prædicta, hoc eſt, militare à Deo per Angelum ſuum Francorum Regibus tranſmiſſum: de quo Guagu. vbi ſuprà dicit, Traditum quoque eſt, pannum ſericeum rubeum inſtar ſigni militaris quadratũ, miro fulgore ſplẽdens, diuinitus eſſe exceptum, quo in expeditionibus cõtra fidei Chriſtianę hoſtes pro ſigno Franci Reges vterentur, huícque vexillo nomen auriflammam hactenus permãſiſſe, diúque à Dionyſianis cœnobitis ſeruatũ eſſe &c. *Quid ĩ vexillo ſiue auriflãma ſcriptũ erat.* Erat enim ſcriptum in dicto vexillo ſiue auriflamma, In hoc ſigno vinces: vbi erat ſignum crucis, quod quidem dicunt Conſtãtinum vidiſſe in ſomniis, ſed verius eſt quòd aurea flamma Frãcorum Regibus cœlitus demiſſa fuerit, prout ſentire videtur Lucas de penna. in rub. C. de præpoſitis laborum. lib. xii. In cuius vexilli laudem, dicit Bal. in conſi. 217. Supra vexilla Francorum Regis, nemo prę ſumat honorem. Et nimirum ſi à cœlo deſcendit in Francos hoc vexillum, cùm olim Troiani de quorum ſanguine & genere deſcendunt, palladium habuerint, quod de cœlo in ſummã arcem Troiæ cecidit tempore Iulii Regis Troianorum, qui fuit quartus à Dardano: de quo Apollo conſultus quandiu Troia haberet palladium, tandiu eius ſtaret imperium, reſpondit: ſecundum Ouidium, libro ſexto, de faſtis: & Vergil. libro ſecundo Aeneid. ibi,

Palladium cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem &c.

Et Augu. de ciuitate Dei.li.i c.ii. Vltra illa duo arma scilicet & vexillum, habent Francorũ reges munus aliud, hoc est, sanctã ampullã, siue phialã, in qua est odoratissimus liquor, quo vnguũtur & sacrantur Francorũ Reges, in brachio scilicet vel humeris: capitu. primo, de sac. vnctio. Iuxta illud Esaiæ nono, Factus est principatus super humerum eius. De qua Guagui. libro primo, sic dicit, Crotildis credenti Clodouæo gratulata, Remigium Pontificem introducit, quem ad se admissum, Rex diligenter audit de fide Christi & religione differentem. Abluendo Regi dies indicitur, & cùm ingenti ornato lauacro, sacrosanctum oleum, quo liniri ritu Christiano qui abluũtur, solent, siue ministrorum incuria, siue hoc agente Deo, oblatum nõ esset: Ecce de superis delapsa columba, phialam odoratissimi liquoris oppletam, ad manus Remigii detulit: hinc dictum est, spiritus Dei ministerio id perpetratum esse: Eo liquore hic Clodouæus primus, posteri deinceps Francorum Reges hactenus regnũ administraturi sacrantur &c. Vnde, in baptismo Clodouęi, sicut in baptismo Christi columba apparuit, quæ sacrum oleum obtulit, quo reges vnguũtur in virtute spiritussancti, iux. illud Esa. & euãgelii, Spiritus domini super me, eò quòd vnxit me. Quæ quidẽ ãpulla adhuc est in monasterio sancti Remigii in ciuitate Remẽsi, in qua apparet oleũ eo solùm tempore, quo sunt coronandi reges Franciæ, & nõ alio tẽpore: vt est notoriũ in tota Francia, in quo consistit ius præcipuum & singulare ipsius regis, quia licet sint alii reges, scilicet Hierosolymitanus, Anglorum & Siculorum qui vnguantur, tamen nõ oleo diuinitus & miraculosè trãsmisso, sicut Rex christianissi. de quo per Alua. in capitulo primo, quis dicatur Dux, Marchio, vel Comes, columna decima. & Alberi. de Rota. in rubri. ff. de sta. hominum. Goffre. & Hostien. in rubri. de sacra vnctio. & Archidia. in capitu. quoniam. decima distinctio. De hac sanctissima ampulla quam colũba rostro suo de cælo attulit, testãtur Guido Papæ in decisio. suis parlamenti Dalphina. quæstion. cxiiii. incipiente, In

Franc. Reges sanctã ampullam obtinent quam cœlitus colũba delapsa ad manus diui Remigii detulit.

Sol⁹ Rex Frãc. oleo cœlit⁹ trãsmisso ungitur.

hac ciuitate,& Henric. Ferran. in additio. ad Albericum, in suo dictionario, in verbo Rex. quæ pro nunc ad huius secundi iuris regii comprobationem fortè sufficient, concludendo cum Psalmista, Psal. 44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.

Admirabile est nomen tuum, in vniuersa terra. Psalm. viii.

Tertium Ius.

Fr̄acorum Rex super alios reges excellentissimo Christianißimi nomine decoretur.



ERTIVM Ius altum & præcipuum illustrissimi Francorum Regis est, vt Christianissimi, nomine excellentissimo decoretur, vt in extraua. prodiēs. Io. xxii. & gl. in verbo libertatis. in proœ. pragma. sanc. ibi, cùm Rex Franciæ sit pugil Ecclesiæ, & inter omnes Christianos Christianiss. &c. Quod parū non est, quia scriptum est per sapientem: Melius est nomen bonum, quàm diuitię multę. l. facta. §. si in dāna. ff. ad Treb. de quo per Io. Fab. in §. ex diuerso. de rerum diui. & Ioan. And. in c. cùm secundum Apostolum. de pręben. & in ca. primo, de depo. vbi refert vxorem suam sæpius dixisse, quòd si pulchra nomina venderentur, essent caro pretio emenda. Notatur latius per Sali. Iaso. & doct. in lege prima. C. de summa trini. & fide cath. & in rub. ff. soluto matrimo. quod ostendit Scipio Africanus, referente Valerio, libro tertio, titul. de fidu. sui. capitulo cccx. quòd cùm fratrem suum defenderet, dixit, si Africam totam potestati vestrę subiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter nomen retuli. Et idem de Pau. Aemilio, & Scipione Aemiliano habetur apud eundem Valerium, libr. quarto, titul. de abstinentia. Vnde, etsi de regibus fiat aliquando mentio in iure, vt de rege Angliæ, in capitul. nouit. de iudicis. de rege Hungariæ, in capitul. non est. & capitul. li-

cet.de vo. & vo.redempt.de Rege Gottorum,in centesimo consilio.xvii. distinct. de rege Scithiæ,in capit.Charissimus. de conuersione coniugatorum. de rege Nauarræ,in capitul.nostram. de iureiur.de rege Apuliæ & Siciliæ,in capit.veritatis.illo & eodem titu.de rege Castellæ, siue Hispaniæ,in capitu. quanto. de iureiuran. & de rege Britanniæ, in capit. non est.de spon. tamen non tam excellentibus nominibus seu epithetis decorantur, quàm Francorũ Rex Christianissimus cognominatus: vt in dicta extrauagan.prodiens:hinc est,quod Papa Sixtus Regem Franciæ Christianissimum & validissimum ecclesiæ filium declarauit:secundum Vincen.Sig.in tract.de fact. princ.cap.secundo regali.& cap. tertio. circa principium. vbi dicit,quòd Rex francię potest exigere à Romano Pontifice,vt fidem suam ponat in scriptis,per textum in capi. satagẽdum.xxv.quęst.prima. Quare dicit Nicolaus Boerii,in addition.ad Ioan.Monta.in tracta.de authorita.sacri magni consilii.post Guaguinum in cronica Caroli magni,quòd nihil mirum inuidis & detractoribus videri debet,si Reges Franciæ propter sua bene merita Christianissimi appellati sint,operante gratia Dei propter feruorem deuotionis, famæ claritatem, & fidei catholicæ sinceritatem, quæ qualiter in Regibus Franciæ viguit, patet ex historiis dictorum regum, quibus etiam ostenditur non esse verum id quod scribit Aegidius de bello mere.in consil.xxiii.quòd Prælati Franciæ regem ad communionem in paragium admiserunt, qui iura societatis leoninæ in totum vsurpauit. Nam Clodouæus de hæretico Gotto sumpsit vltionem: Clotarius secũdus strẽnuus pietatem colebat,&religionem venerabatur:Dagobertus ob diui Dionysii venerationem, immensas auri & gemmarum diuitias Deo & Zenobio obtulit,cuius filius Sigibertus,cùm baptizaretur à sancto Amando Traiecten. Episcopo, respondit, Amen: infans adhuc quadraginta dierum,vt legitur in fasciculo temporum, folio lviii. & apud Guaguinum libro tertio. capit.tertio. Pipinus Stephano Pontifici contra Astulphum Romanorum Regem succursum præstitit, Bononiam & Romandiolam donauit:

Rex Frãc. potest exigere à Romano Pontifice. &c.

Reges Fr. ppter ferrorẽ deuotionis & merita, christianissimi appellantur.

Reges Fr. pietatis sũmi cultores, &c.

ſecundum Speculatorem in titulo, de reſcriptis .§. nono, verſicul. item quia. cui Pipino & eius poſteritati ſummus Pontifex priuilegium cum benedictione conceſsit: vt qui temeritate aliqua contra Francos bella moueret, communione Chriſtiana eſſet interdictus: ſecundum eundẽ Guaguinum, lib. iii. cap. iii. hic Aſtulphus tandem fulgure percuſſus, obiit. Quam hiſtoriam præuidit Euãgeliſta Apoc. xiiii. c. ibi, Et vidi, & ecce nubem candidam: per quam, ſecundum Nicol. de Lira, intelligitur regnum Franciæ moribus & fide præ cæteris candidatum: & ſuper nubem ſedentem, ſcilicet Pipinum Franciæ regem habentem in capite coronam auream, prout habent reges Frãciæ: de qua in ſecundo iure fit mentio. Et in manu ſua, id eſt poteſtate, falcem acutam, nempe id eſt exercitum bellicoſum. Et alius Angelus: ſcilicet Papa Stephanus, exiuit de templo, ſcilicet Romanæ eccleſiæ, clamans ad ſedentem ſuper nubem, ſcilicet Pipinum regem, Mitte falcem tuam contra Aſtulphum tyrannizantem &c. vt latius per dictũ de Lira ibi. Iſte idem Pipinus Chriſtianiſsimus, pro ſancto ſacerdotio ſuſtinendo, bellum contra Gayfirum Ducem Aquitaniæ beneficiorum prouentus ſibi vſurpantem, mouit & proſequutus eſt: ſecundum eundem Guaguinũ vbi ſuprà. Carolus Magnus (propter magnitudinem operum & virtutum) dictus, Adrianum primum & Leonem tertium ſummos Pontifices à ſede apoſtolica per Deſiderium Regem Longobardorum expulſos, reſtituit, & ab omni moleſtia liberauit: capit. Adrianus, & Canon. in ſynodo, lxiii. diſtinct. quare, vt imperium de Græcis ad Francos transferretur, primus promeruit, & deinde ad Germanos, vbi adhuc eſt: ſecundum glo. in capitulo. ego Ludouicus, lxiii. diſtinct. & in capi. venerabilem, de electio. Eccleſias & monaſteria ferè innumerabilia conſtruxit & fundauit, cultúmq; quoad potuit auxit, & triennio, priuſquam moreretur, teſtamentum condidit, in quo prætulit Eccleſias liberis ſuis, quia duas partes eius pretioſę ſupellectilis prelatis eccleſiarum, & tertiam partem liberis & familiæ reliquit: vt adhuc ocularitèr videntur plura aurea & pretioſa iocalia in diuerſis Eccleſiis, maximè in deuoto monaſterio

Pipinus F. rex bellum contra ducẽ Aquitaniæ mouit.

craſſẽ

Crassé per eum in diœcesi. Carcassoné. fundato, & amplissimis redditibus & dominationibus dotato: in quo stát, in libro antiquo & intra Chorum, gesta prędicti Caroli magni mirabilia: Legitur enim solem tribus diebus stetisse in eodem loco, vt infideles vinceret. Ob quæ, est descriptus in cathalogo sanctorum, seu inter sanctos connumeratus: quem idem Ioannes euangelista præuidit in Apoca. eodē cap. xiiii. ibi, Et alius angelus, scilicet Carolus magnus: secundum Nico. de Lira ibi, de quo Guagui. libro iiii. capi. i. recepta (inquit) vtraque prouincia Aquitaniæ & Vasconiæ, Carolus cùm in Fráciam venisset, &c. Cuius magnitudo & statura describitur per Vincentium, in suo Speculo histo. libro xv. cap. primo. Et de seruitiis per eum ecclesiæ impensis, latè per Benedict. in repe. cap. Rainutius, in verbo & vxorum, in secunda decisione. De cuius prudentia in iudicando, refert factum memorabile Andræ. de Iser. in cap. primo, §. publici latrones. de pac. tenen. & Paris de put. in tracta. sindica. & Hippo. de Mag. in l. prima, in princip. ff. de quæstio. & in l. inauditum. ff. ad legem Corn. de sica. Qualiter autem Machometum falsum prophetam, orbis deceptorem, Antichristi præcursorem, & cultores eius exterminauit, aut coercuit: habetur in dicto fasciculo temporum, folio lviii. vers. Machometus, de quo plura scripsit Zabarella, in clement. i. de Iude. & Sarrace. Ludouicus cognomento Pius, Lotharium filium suum ecclesiarum libertatem & prouentus violentem, ad restitutionem coegit, & Papæ authoritatem ac iurisdictioné seruare iuramento astrinxit: qui, per dies quadraginta, nullum, præter corpus & sanguinem Domini, alimentum accepit: Ludouicus Iunior dictus, signo crucis assumpto, Turcas inuasit & superauit: Ludouicus, sanctus, vt continua eius miracula proclamant & vita sanctissima, dictus est. Philippus septimus dictus Valesius, ecclesię libertatum protector, non modò, non auferre ecclesiis sua iura, sed ea ampliare in animo habuit. Ioannes, Vrbano Papę filiali reuerentia se optulit, & eundem cruce signauit. Ludouicus xi. ex summa ad virginem Mariam deuotione, cōsuetudinem, campanam hora meridiana pulsandi, teste Guagui.

Caroli magni mirabilia.

Carol' magnus inter sanctos cōnumeratus est.

Ludouicus Iunior dictus Turcas uicit.

Philippus 7. dict' Valesius ecclesiæ libertatū protector fuit.

Vnde con-

suetudo cā panā pul- sandi hora meridiana.

introduxit, qua populus genu flexo, salutationē Angelicā Mariæ exhibet reuerenter. Robertus Rex composuit sequentia Sancti spiritus &c. & Responsorium, O Iuda & Hierusalem &c. vt in fasciculo temporum, fol. lxxi. Carolus viii. Alexandrum pontificem Romæ visitauit, & ei in missarum solenniis personaliter seruiuit. Ludouicus xii. Bononiam à Bentiuoglio, & Romandiolā à Venetis prędonibus occupatas, Iulio ii. restituit. Frācíscus primus nūc regnās, Clemētem à sua sede reiectū reintegrauit, quē Carol⁹ Borbonius in vrbe obsederat, anno 1527. die 6. Maii: in qua obsidiōe, Carolus interfectus est diuina fortè dispo nēte iustitia: & alii plures reges, multa pro ecclesia Dei & eius ministris tutādis fecerūt, vt patet per discursum cronicarū prædictarū: ob quod, tres habet domus Frācię reges sanctos in sanctorum cathalogo descriptos, Dagobertum, Carolum Magnum, & Ludouicum Deo adstātes, & continuè pro pace & salute reipublicæ regni orantes. Quod nullus principum huius seculi de se dicere potest. Constat ergo, nullius gentis labore per orbem terrarū Dei ministris fuisse subuentum: nihilque antiquius ab initio Reges Francorum duxisse, quàm Christi fidem dilatare, & Christianorū ampliare terminos: Dicit enim Platina cùm de Ioā. xxi. meminit, quòd quorumdam abbatum sanctitate & vita, monastica religio præcipuè in Gallia floruit. Fertur etiam Gallos tempore Siluestri Papæ, nuntios ad Benedictum misisse, vt aliquos de suis discipulis in Galliā mitteret: quare Maurum sanctitate vitæ & morum præditum misit, qui Gallis rationem bene viuendi & Deo religiosissimè seruandi dedit. Quare, plura illius ordinis fuerunt in Francia monasteria constructa. Vnde, secundū Titum Liuium, nutrix religionis dicta est Frācia. Quis enim Aquitanos & Normanos Christianos prosequentes domuit, nisi Franci? Quis Bohœmos ac Polones coercuit, nisi Franci? Quis Grçcos ex Apullia & Campania expulit, nisi Frāci? Quis Anthiocheniam Ptolomaydem, Hierosolimā ex Barbaricæ Gentis ditione extrahere aliquando præsumpsit, nisi Franci? Qui ad Eufratem & Tigrim signum crucis portare, & ædissam Mesopotamiæ vrbē insignem

Franciscus primus, pōtificem Clementem, in sedem restituit.

Dom⁹ Frāciæ tres habet sanctos in cathalogo sāctorū descriptos.

Religionis nutrix dicta est Frācia.

Frāci ī uariis orbis partibus infideles uicerunt.

Christiano nomini restituere ausi sunt, nisi Fráci? Qui Albigenses hæreticos ab Auinione expulerunt, nisi (duce Ludoui. vii.) Franci? Quis Arrianos à linguæ Occitane patria & aliis regni partibus fugauit, nisi Franci, duce Comite Montis fortis, & Guidone de Leuis eius Marescallo: à quo successores & insignis domus Myrapissen. hæredes Marescalli fidei nomen & titulum decorum acceperunt, si antiquis credamus scripturis? vnde habetur Psal. 134. Domus Leui benedic. dño. &c. Non omittam quomodo Asiã Duce Gotifredo, Franci peruenerunt, & Sarracenos apud Damascum expugnauerunt, apud Antiochiam Persas & Turcas contriuerũt, Mesopotomiã omnem recuperarũt, ac Sarracenis in Siria profligatis, Marrha atq; Barrha populosissimis vrbibus expugnatis, sanctam ciuitatem vniuersámque Palæstimam, Henrico iii. imperante ab infidelium seruitute liberarunt, & possederunt: secundũ Philel. lib. viii. vnde de hoc regno vaticinatum fuit Esaiæ v. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei: Et sepiuit eã, & lapides elegit ex ea, &c. Per quã intelligitur regnũ Frãciæ: secundũ de Lira ibi, & Ioannẽ de terra rub. in princi. tractatus, in tit. Vinea ecclesiæ. & potest etiam dici ciuitas quã præuidit Io. in apoc. xxi. c. vbi dicit, Et vidi sanctã ciuitatem nouã descendentem de cœlo, à Deo paratã, sicut sponsam ornatã viro suo &c. Et quãuis frequentibus caussis & rationibus præmissis, Rex Francorũ Christianiss. cognominetur, aliis tamen decoratur nominibus: agnominatur enim, quasi quidã corporalis Deus in regno suo: per Bal. de ꝓhi. feu. alie. per Fed. & Dei minister delegatus & vicarius: vt ꝓximo iure sequenti dicetur: vocatur etiã gloriosissimus, c. hoc quippe. iii. q. vi. & excellẽtissimus, c. excellẽtissimus. xi. q. viii. Magnificus, secundũ Lucã de Pen. in l. ii. de peti. bon. subla. lib. x. & Illustris, c. nouit. de iud. vbi Papa loquitur tanquam pater spiritualis correctiuè. c. quàm graui. de crimine fal. Ideo non vocat eum superillustrem, aut illustrisimum, prout meretur: quia quamuis secundum communem opinionem, Papa & Imperator sint superillustres, & reges & cardinales illustres, tantùm secundum Bartol. Bald. & Roma. in lege ii. ff. de orig. iu.

Frãnci ciuitatẽ sanctã uniuersámq; palæstinã ab istideliũ seruitute liberarunt.

Rex Francie aliis nominib⁹ seu excellentissimis epithetis uocatur quã Christianissimus.

Ange.in proœ.institut.§.Cúmque,& in autent. vt ab illu striss.& qui super eam dignitatem sunt.collatio.v. de quo plenissimè per Iaso.& alios,in lege prima,ff.de offic. eius cui est mandata iurisditio.tamen hoc cessat in dicto Rege Franciæ,qui est Imperator & Monarcha in suo regno,neminem in temporalibus in superiorem recognoscens: capitu.per venera.qui filii sint legi. vt amplè dicetur & clarissimè probabitur in sexto iure.Meritò,illustrissimus aut superillustris tanquam Imperator dicēdus est:capitulo solite.de maiori.& obedien.in suprascriptione,secundū Purpuratum in lege prima,de offic.eius cui est manda.iur. habet enim in regno suo duodecim Archiepiscopatus: secūdum Bald.in lege prima,ff.de offic.præfec.præto. scilicet Remen.Senonen.Rothomagen.Turonen.Bituricē.Lingonen. Narbonen. Tholosan.Auxitan. Burdegalen. Bisuntin.& Viennen.Et cōprehensis Episcopatibus eis subditis, sunt centum & quatuor ciuitates in regno Franciæ episcopales aut metropolitanæ,secundum Albe.de Rosa. in rubri.ff.de stat.homin.Sunt tamē vltra prædictas,quinque sedes Archiepiscopales in prouincia prouinciæ, scilicet Ebrodunen.Aquenen.Arelatenen.Auinionen.Viennen.quæ vltima inter alias est connumerata: vt latius descripsit Nicolaus Boe.in additio. ad tract. Ioannes Montanhe de author.& excellen.sacri mag.consi.circa finem. vbi allegat librum qui prouincialis ecclesiæ Romanæ intitulatur. Habet pariter ecclesias collegiatas conuentuales,abbatiales,parochiales : monachorum & mendicantium conuentus ferè infinitos : vt facilè in hoc alios principes huius seculi excedat, meritò ergo Christianissi. cognominatur.

Quare R. F. nō pmittit Iudæos aut Sarracenos habitare in suo regno.

HINC est, quòd Iudæos aut Sarracenos non permittit habitare in regno,minúsque bona acquirere:quia facti sunt serui per Christi mortem.cap.si Iudæos.& cap. constituit. de Iude.Si ergo Rex Christianissimus eorum dominus potest illos vendere,multò magis potest eos expellere : lege prima & secunda,C.si seruus export.venie. Ita voluit Archi.in capitu.qui sincera.xlv.distinctione. & in capitul.fraternitatem.liiii. distinct. vbi dicit,quòd Iudæi

retinent bona, vt peculium. Facit text. in capit. sicut. de Iu de. à contrario sensu, quæ argumentatio est valida in iure: vt latè per docto. in lege prima, ff. de offi. eius cui est manda. iurisdi. Et nimirum, si expellantur à regno & prouinciis regi subditis, atteta nequitia eorum, quia quotidie moliuntur opprobria facere Christianis in contemptum fidei, vt pueros Christianorum rapere, & eos crucifigere: sicut aliàs visum fuit, secundum Corse. in tract. de potest. & excel. Reg. quæst. lxxxiiii. circa finem. Quo casu, quando imminet periculum scandali, omnes doct. in cap. quod super. de voto. conueniunt & dicunt eos esse omnino expellendos, prout fecit Philip. ii. Francorum Rex (*dict le Conquerant, autrement le Courageux*) teste Vincentio, libro xxix. capit. xxv. & Guagui. libro sexto, capitulo quarto. De quo latè per doctor. in dicto capit. quod super. & Oldra. in consil. xxxvii. quamuis in Delphinatu habeant Iudæi priuilegium, vt possint acquirere immobilia à quodam Delphino Viennen. concessum: secundum Guido. Pap. in suis deci. quæsti. cccxcv. quod hodie indubitanter cessat: & meritò, quia Iudæo non est seruanda æquitas, sed rigor, glo. in capit. secũdo, in glo. fina. de Iude. quam ad plures decisiones notat Iaso. in lege quòd si Ephesi. §. primo, ff. de eo quod certo loco. nisi efficeretur Christianus: quia baptismus est tantæ efficaciæ, quòd non solùm liberat à pœna spirituali, verũ etiam ab omni pœna corporali. gloss. in cap. fine pœnitentia. de conse. distinct. iiii. & in capitul. quod autem. xxxii. quæstio. prima, & quadragesimanona distinctione, in princip. Ita tenẽt Calde. Anto. Imol. & Felinus in capitul. de his. de accusa. & Archi. in summ. l. dist. & communiter sacri Theologi, videlicet sanctus Thomas in iiii. dist. iiii. quæsti. ii. arti. i. & in tertia parte suæ summæ, q. lxviii. arti. v. & q. lxix. arti. ii. Sanctus Bonauentura, in iiii. dist. iiii. arti. Richardus in iiii. distin. iiii. arti. ii. Alexan. des Ales. q. xx. numero 2. artic. i. & Archiep. Flo. in ii. parte suæ summæ, sub rubri. de baptismo. de quo per Philip. Dec. in consi. cxxx. incipiente, Ex facto proponitur &c. Ideo, si Iudæus commiserit aliquod delictum exigens pœnam corporalem etiam mortis, cautela

est, quòd transeat ad religionem Christianam, & liberabitur. Ita fuit obtentum Paduæ in caussa cuiusdam Iudæi, qui commiserat vnum enorme furtum: secũdum Doctores præallegatos.

Iubet Rex Fr. ut usurarii puniantur. HINC est secundò, quòd vsurarios punit, & officiariis omnibus iniunxit sub certis pœnis, quòd diligẽter de vsurariis manifestis inquirant, contra eos procedendo iuxta iuris determinationem, vt patet ex ordinatione Ludouici xii. & aliorum regum cõtra dictos vsurarios ædita, incipiente, *Item pour obuier à ce que aucunes usures ne se commettent en nostre royaume &c.* In vim cuius ordinatiõis regię, Iudices seculares regii indistinctè cognitionem de vsuris capiunt: licet sit crimem merè ecclesiasticum, glos. & doctores in capit. cùm sit generale. de fo. compe. in cap. i. de offi. ordi. & xi. q. i. in summa in cap. ex literis. in glo. fi. de iureiuran. & notat. in cle. dispendiosam. de iudi. tradit Lapus alleg. x. lvi. & lxx. incip. Sępe vidi dubitari. Coldc. in consi. iii. in fi. de foro compe. Bal. in lege prima. in fin. C. de vsu. in lege in contractibus. §. in omni. C de non nume. pecu. Bar, Bal. & docto. in lege quoties. C. de iudi. Panor. & doct. in rub. de vsu. maximè quãdo nõ est quæstio super facto, sed super iure, an sit vsura vel non: quo casu, omnes concludunt ad iudicem ecclesiasticum hoc pertinere: secundum Barto. & Alexand. in lege, titia. ff. soluto matrimo. & in lege ii. vbi Ias. ff. de iurisf. omn. iud. & eundem Alexand. in consi. ix. lib. iiii. Et ideo videbatur, quòd Rex Christianissimus non posset de illis vsurariis vel vsuris aliquid statuere vel ordinare, quia à pari procedunt potestas cognoscendi, iudicandi, & statuendi. Ita Fede. concludit in consi. xcvi. & sequitur Pau. de Cast. in cõsi. lxxi. incip. visis & ponderatis. columna prima. Facit quod notat Dominicus in consi. lxxii. incipiẽ. quia super. colum. i. in fi. Sed impugnatio hęc cessat propter verbum, manifestes, in dicta ordinatione positum, quasi tunc non sit quæstio super iure, sed super facto, an fuerint per aliquem cõmissę: quo casu, ad secularem potest punitio pertinere: secundum doct. præalle. Et dicitur manifestus, qui est notorius notorietate iuris, quia conuictus, confessus, vel cõ-

demnatus esset: aut notorietate facti, quia tenet altare paratum omnibus capere volentibus sub vsuris: secundũ Panor. in cap. quia in omnibus. in fin. de vsu. Præterea cõtra dictam ordinationẽ obstat dictum Bal. & Sali. in lege improbum. C. ex quibus cau. infa. irro. vbi concludũt, quòd vsurarii non veniunt aliqua pœna vltra vsurarum restitutionem puniendi, quia lege cautum non reperitur. ca. illa. ne sede vacan. c. his qui. de sent. excom. in vi. & l. dissentientis. C. de repud. Sed quicquid dicant, in cõtrarium est veritas, quia vsurarius cõmittit dolum in exigendo vsuras contra iuris prohibitionem: ideo, tenetur crimine stellionatus, secundum Ia. But. in dicta l. improbũ. quem sequitur Ioan. Bapti. Caccialupus, in repet. l. i. C. de sum. tri. & fide cathol. in decima char. Cornæus in consil. xix. incipi. videtur prima frõte. lib. iii. & Sig. de Home. in cõsi. cclix. inci. in quæstione. in princ. vbi dicunt, ꝙ pro crimine vsurarum agi potest criminaliter, & extraordinariè puniri: & hoc videtur sentire Archi. Io. And. & Domini. in c. i. de vsu. in princ. dum concludũt, ꝙ pro tali crimine punitus in foro ecclesiast. puniri potest in foro seculari in odiũ criminis, quod potest dici peccatũ contra naturã: cùm pecunia naturaliter non germinet pecuniam, sicut vsurarii faciunt germinare, secũdum Pan. in rub. circa finem. de vsu. Facit, quia pro quolibet delicto etiam priuato, ratione interesse reipu. ad pœnam extraordinariã proceditur. l. fi. ff. de fur. & l. fi. ff. de extraor. crimi. facit l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. ibi, dum dicitur ꝙ vigor publicæ disciplinæ ita postulat. Nec est verum quod dicunt iure cautum non esse, vsurarios vltra vsurarũm restitutionem puniendos aliqua pœna, per textũ, quia in omnibus. alleg. & in capi. quanq̃ de vsu. in vi. & notata per modernos in dicta l. i. de summa trin. & fide catho. nimirum ergo, si per ordinationes regias fuit contra eos prouisum.

Vsurarius tenetur crimine stellionatus.

HINC est etiam, quòd Reges Francorum tanquam Christianissimi plures cõtra blasphematores & maledicos ediderũt ll. sanctissimas, varias pœnas corporales & pecuniarias in eos indicendo. Teste enim Guaguino libr. vi. Philippus ii. vocatus Augustus adhuc adolescens, memor

Reges Fr. contra blasphematores edide-runt leges.

quàm impiè plerique per Franciam deierarent,& execrabili blasphemia Deũ prouocarẽt:legem tulit,quòd si quis eius impietatis reus compertus esset,in fluuium seu paludẽ(citra mortem)demitteretur:quod Tholosæ adhuc seruatur,vbi ter in Garonę flumen proiiciuntur blasphematores:secundum Guliel.Bene. in repe.c.Rainutius.in verbo,duas habens filias. nuñ. 95.de test. Sed Philippus vi.& Carol. vi. Reges, tales blasphemos esse pillorisandos per vnum mensem statuerunt,ita quòd ab hora prima, vsq; ad horam nonã,cuilibet permissum esset,sputum,lutũ & immunditias in faciem eorum proiicere,citra lapidem vel aliud valde lædens. Vbi etiam per ordinationem Ludouici xii.Anno Millesimo quingentesimo decimo, & die nono Martii cõditam,tenentur ac coguntur rei,omnes iniurias & opprobria quæ quisque in eorum contumeliam proferre voluerit,pati, cum mulcta in tres partes diuidenda : vt habetur in tractatu ordi.reg.tit.de malefi.& blasphe. Sed de iure communi,pro tali crimine atrocior est pœna,cùm sit capitalis.§.i.in auten.vt non luxur. homines contra natu.quod est verum in assueto,aliàs autem, arbitrio iudicis venit puniendus , & fortè ad cathenam seu collarium ligandus:secundum Cy.Bald.Sali.& Docto,in l.ii.C.de rebus cre.Latè per Ang.Are.& Ias. in §.itẽ si quis postulãte.colum.xix.insti.de actio.& canonistas in cap.ii.de maledi. Quæstio est nunc videre,an per illam pœnam per regias ordinationes statutam,sit hæc capitalis sublata. Aliq dicunt ꝙ non,ex quo expressum nõ est statuto vel constitut.arg.l.quoties.ff.de actio.& obli.& in l,qui sepulchra, C.de sepul.viola.cum multis similibus alle.per Cepol. in consi.xiiii.col.ii.& Nico.Boe.in commen.consu.bitu.tit. de iurisf.om.iudi.§.xvi.in glo.i.in fi.ita tenẽt Bart.in lege senatus.in princip.ff.de accu.Sali.latè in lege,qui de crimine.versi. oppono tertiò. C.de accu. per tex. in lege,in eũ.C.de furtis.In contrarium tamen sunt plures authoritates & doctrinæ,quòd imò per hanc nouam pœnam sublata sit,aut saltem cesset pœna capitalis à iure communi introducta:per le.qui cum vno.§.qui post.ff. de re milit. Sic tenent Hubertus de Bobio relatus per Ioan. Andr.in

addi. Spe. in titu. de pœn. teme. litig. & Pet. de Ancha. in cap. Canonum statuta. de consti. versi. quęro etiam vtrùm statuta. vbi dicunt ita fuisse iudicatum Ianuæ. Idem tenet Bal. in lege fi. C. de ædifi. pri. & in lege data opera. C. qui accu. non pos. & in lege non est nouum. ff. de legi. in quibus locis dicit, quòd fatuus esset Iudex, qui pœnam iuris communis imponeret, cũ iurauerit seruare statuta. Quod iuramentum, obligat in forma specifica, & ad vnguem est seruandum, per illam gloss. singu. licet vulgatam in lege, si pecuniam. ff. de condi. ob cau. idem Bal. in lege ii. de rebus cre. in fi. vbi dicit, quòd quando per statutũ minuitur pœna, videtur esse recessum ab alia pœna capitali. Idem vult Guid. Pa. in quæstio. ccvi. in addi. signata per Boe. & Albe. de Ro. in prima parte statutorum, quæstio. viii. vbi, post allegationes multas prò & cõtrà per eum diffusè deductas: concludit, quòd totus mundus obseruat, quòd per pœnam statuti, derogatum esset pœnæ iuris communis. Hãc partem tenet Augu st. de Ari. in addi. ad Ange. in tracta. maleficiorũ. super verb. & sibi caput à spatulis amputet. nume. 9. De quo latè per Io. And. Domi. & Pe. de Ancha. in capi. fœlicis. de pœ. libro vi. Nico. Boe. in addi. ad Dy. in regu. generi. de reg. iur. libro sexto. & aliquid per Philip. Deci. in consi. cx. in practica. Ergo non esset discedendum à pœna ordinationum regiarũ, quas Iudices seruare iurauerunt, sicut de statutis dicit Bald. vbi suprà, nisi ex caussa, puta si enormis esset blasphemia, per Bal. in l. quicunque. de ser. fugit. & in lege, & si sæuerior. C. de his qui notã. infa. per nota. in lege, quid ergo. §. qui pœna grauior. ff. illo eodem tit. & in capi. i. de consti. Ideo, hoc anno Millesimo quingentesimo trigesimoquinto, fuerunt ꝑ arrestum parlamenti Tholosæ combusti duo ribaldi, vnus Tholosæ & alter Carcassonæ, post abscusṡionem & combustionem linguæ, pro eo quòd in carcere tedio vel ira affecti, eorum linguam maledicam contra deum & beatam virginem turpisṡimè laxare præsumpserant, nefandisṡima verba proferendo. Et meritò sic puniti fuerunt, quia tales enormes blasphemiæ sapiebant hęresim, sicut dicit Bal. in lege accusationẽ. C. qui accu. non pos. de iurante per mẽ-

bra verecunda Christi, quod est species heresis. De his enim scriptum est Daniel. iii. Quicũque dixerint blasphemiam in Deũ Sydrach, Misach, & Abdenago, in interitu erunt, & domus eorum in dispersione. cap. quando vult. vicesimaquarta quæstio. quarta.

R. F. tãnquã Christianißim⁹ virtutũ reginã iustitiã adeo colit, & cũctis ministrat, ut fulgeat in orbe sicut sol

HINC est etiam, quòd Rex Franciæ tanquam Christianissimus iustitiam virtutum reginam teste Aristo. in v. Aethic. adeò colit & cunctis ministrat, vt fulgeat in orbe terrarum sicut Sol. iuxta illud Malachiæ iiii. Vobis tenentibus nomen meum oritur Sol iustitiæ, vt in tantum vireat, quòd aspicientes subditos potissimè magistratus, faciat esse iustos: quoniam teste Aristo. ad Alexandrũ, Iustitia regnantis vtilior est subditis, quàm fertilitas temporis. Hæc est, quę de cœlo prospexit, Psal. 84. vnde legitur Esaię xxxi. Ecce in iustitia regnabit, Rex & princeps eius præerunt. & iii. Regum x. Constitui te regem, vt faceres iudicium & iustitiam, & honor regis, iudicium diligit. & Sapien. vi. Audite reges & intelligite &c. Hęc est, per quã reges regnant: vt in epistola inter claras. C. de summa trini. & fide cath. per quam, respublica seruatur & regitur: secundum Augusti. lib. vii. de ciuitate Dei, capi. xii. Latè per Lucam de pen. in lege, iudices. de dignita. libro xii. & Docto. in proœ. insti. per quam mali terrentur, & boni conseruantur. l. capitalium. §. famosos. & lege, aut facta. §. fin. ff. de pœnis. & notatur in rubri. ff. de publi. iudi. per quam Traianus infidelis, orante beato Gregorio, liberat⁹ fuit ab inferno, secundum Luc. de pen. in lege ii. de exact. tribu. lib. x. Vnde dicit Cypri. lib. de duodecim abusionibus, quòd iustitia regis, est pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, nutrimentum Gentis, & gaudium hominum. quod satis ostendit Homerus dicens reges summi Iouis esse discipulos, à quo, iustitiam imprimis ediscãt, quam deinde inter mortales obseruent, & eam omni studio tueãtur. Ideo, Hieronymus super Hieremiam sic scribit, regum proprium est, facere iudicium & iustitiam & liberare de manu calumniantium vi oppressos. ca. Regum. xxxiii. quæstio. v. Et Cypria. in nono genere abusionis. Rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios de ter

ra perdere, parricidas & periuros non sinere viuere. Quæ quidē authoritates maximę locū vendicant in rege Christianissimo: apud quem, tantum viguit iustitiæ cultus, vt eius iudicio, exterę nationes se submiserint, teste Guagui. libro tertio, capitulo tertio, & Bald. in consilio 318. tertiæ partis, incipiente, petita venia, flexisque genibus, loquar. In quo, de submissione Ducis Sabaudiæ erga regem Franciæ agitur. Vnde Gregor. Papa, Brunechildæ Francorum Reginæ sic scribit, Si quos igitur violentos, si quos adulteros, si quos fures, vel aliis prauis actib⁹ studere cognoscitis, Deum Deorum correctione placare festinate. & cap. xxiii. quæst. iiii. cap. si quos. Habent enim Galli ab antiquo, vt in facinorosos homines diligenter animaduertant, & gladium iustitię exerceant, iuxta legem imperium. ff. de iur. om. iud. Nec enim teste Cæsare, lib. vi. Diis gratiora alia esse arbitrabātur, quam supplicia eorum, qui in latrocinio vel alia noxa erant deprehensi: quia non potest maior victima offerri Deo, quā de homine criminoso: secūdum Pau. de Cast. in. l. iii. C. de epis. au. Nec maior æquitas in natura, quàm hominem exterminare criminosum, cùm nō sit homo, sed belua quæ se armat contra naturam, secundum Bald. in capi. super hoc. in fi. de renun. facit. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & secundum eundem, Mali homines sine conscientia viuētes, & Diabolo seruientes, expellendi sunt ab omni honore & administratione, imò grauibus pœnis affligendi: quia magna ratio suadet pœnas aut maleficia solui. lege, si reo. in fine. ff. de fideiusso. Sunt profectò delinquentes, veluti pecora seu bruta. §. primo. in autentic. de incestis nuptiis. collat. ii. vnde Danie. iiii. Nabuchodonosor propter peccatum, in beluam conuersus legitur, iuxta illud Psalmistæ, Nolite fieri sicut equus & mulus &c. & sequitur. Multa flagella &c. Psalm. 31. Nunquid Licaonem Arcadiæ regem aduenas & subditos opprimentem, ac Ioui de rapinis offerentem, thalamo flamma consumpto, rabidum transformatūm fuisse in lupum fingit Ouidius in Metamorphosi? sic Io, luxuriata in vaccam ilicò conuersa fingitur: secūdum eundē ibi. Nec influētia astrorū excusat delicta reo-

Habēt galli ab antiquo, ut ī facinorosos homines diligēter animaduertant.

rum, nisi carerent omnino intellectu: secundũ Bal. in cap. i. vt lit. pen. vnde, non potest Rex maius in republica facere, quàm delicta punire: iuxta illud ii. Machab. vi. Etenim non multo tẽpore sinere peccatoribus agere, sed statim vltionem adhibere magni beneficii est indicium. Ideo ad tuitionem bonorum, & punitionẽ malorum, factæ sunt leges regiæ quas ordinationes Galli vocant, vt earum metu, humana coerceantur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia & nocendi facultas. capi. factæ. iiii. distinct. verùm, quia vbi sana fides non est, nec charitas, ibi nec potest esse iustitia. capi. vbi sana. xiiii. q. i. Ideo, contra infideles & hæreticos, & nouissimè contra Lutheranos, Reges Christianissimi iustitiam maximè exercuerunt, & continuè exercent diligẽter. Quomodo enim inualuisset in regno pestifera Lutheri hæresiarchæ secta, nisi parlamenta Franciæ & Inquisitores hęreticę prauitatis validè obstitissent, omnibus notum est, maximè Parisiẽsibus & Tholosanis: apud quos, aliqui hoc veneno infecti viui combusti, alii exbanniti cum bonorum publicatione & mulcta personali seu honoraria fuerunt, in grande & salutiferum totius plebis exemplum, iuxta illud Ioannis xv. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, quæ arescens, in ignem mittitur. Ex quo dicto, sumpta est practica, vt hæretici pœna ignis afficiantur, cùm de iure, capite plecti debeant. l. Arriani. C. de hæret. not. latè in lege prima. C. de sum. trin. & fide catho. Sunt etiam de villis banniendi. l. nullus. C. eod. titu. vbi Guliel. de Cug. & Docto. idẽ dicunt in leprosis, lenonibus, meretricibus, & pestilentiæ morbo contaminatis: secundum Ioan. de Pla. in l. cùm supra virentes. de re mili. libro xii. Ideo, beatus Ludouicus Rex Christianissimus nomine & re, catholicè decreuit anno 1254. quòd publicæ meretrices expellãtur tam de villis quàm de campis. Quam ordinem posuit Aufre. sub. tit. de adult. & sub titu. de vi. & hone. offi. quæ est conformis legi diuinæ Deutero. xxiii. Non erit meretrix de filiabus Israel. & Exod. xx. Non mœchaberis. Et exclamauit Dominus contra Hierusalem, eò quòd lupanar ædificauerat

& prostibula in plateis, Ezech. xvi. quamuis glo. Hostien. & Panormit. in capitu. inter opera. de sponsalibus. dicant, quòd lupanaria Ecclesia pertranseat sub dissimulatione, vt maius malum & scandalum euitetur. Idem dicit Præpositus in capitu. priuilegia. §. officium. tertia distinct. & Iaso. in l. i. C. de summa tri. in lectura Paduana, col. antepenul. De quo quid sentiát Theologi, scribit beatus Tho. in iiii. senten. distinct. xxxiii. quæst. i. articulo iii. Ex quibus constat, hoc nomen Christianissimi reges Frãciæ promeruisse, tanquam rebus & factis eorum conueniens.

Minuisti eum paulo minus ab Angelis: Gloria & honore coronasti eum. Psal. viii.

Ius quartum.



VARTVM Ius altum & præcipuum Francorum Regum, ne prædictum nomen dicantur habere in vanum, magnũ quidẽ est, miracula in vita facere. A Deo enim summo acceperũt, vt morbũ Gallico sermone (*Les escrouelles*) vulgò nũcupatum, sola manus impositione sanent & curent: secũdum Ioan. Mona. & Domini. in capi. secundo, de præben. lib. sexto. glossam in verbo Dei. in procemio pragmaticæ sanctionis. Vincen. Sig. in allegationibus suis super bello Italico, capitulo vltimo. & Ioan. de Selua, in tracta. beneficiali. secunda parte, quæst. xxiii. Nam videmus, quòd vnus, succedendo alteri, iure hæreditario succedit in tali potestate faciendi miracula. vnde, Rex de suo titulo respondens, dicere potest, illud Euangelii Ioan. x. Si mihi nõ vultis credere, operibus credite. cap. quòd Dei timorẽ. de statu Mona. & cap. ex studiis. de præsumpt. secundum Guliel. Bene. in repe. sua. cap. Rainutius. de testa. in verbo & vxorẽ nomine Adeleziam. in v. decisio. Quare, dicebat Feli. in ca. venerabili. col. i. de testi. quòd aliqui faciunt

R. Frãcorum in vita miracula faciunt, &c.

miracula iure parentelæ, & exemplificat de rege Franciæ, qui sanat de prædicto morbo, in quo est verum miraculũ: quia quod non potest fieri per hominem virtute humana, efficitur tamen Regis ministerio: secundum Bald. & Feli. in dicto capitu. venerabili. Ob quod, congruenter Bal. de ipso rege Francorum loquens in auten. hoc amplius. versi. quæro an filii regis. C. de fideicommis. & in capit. i. §. fin. de prohi. feud. alie. per Fede. dicit, quòd Rex Franciæ est in regno suo tanquam quidam corporalis Deus: pro quo dicto, est glo. in verbo cœleste. in l. iubemus. C. de sacrosanctis eccles. Nam quod Rex facit, non tanquam ipse, sed vt Deus facit: secundum Baldum de noua for. fideli. §. inuestitura. circa finem. & in autentic. de hære. & falci. col. i. in princip. vbi est glo. singula. dicens, quòd per Principis os, Deus loquitur: & quæ facit, Deo inspirante facit: nec fallit aut fallitur: secundum Nico. Boe. in additionibus dicti tracta. de author. sacri magn. con. Et est lex animata in terris. §. i. in autentic. de instrumento. caute. & fide. & §. illud quoque. in autenti. constitutio quæ de dignitatibus. & in autentic. de consulibus. §. fina. collat. iiii. Item minister Dei in terris: secundum Doctor. in capi. licet. de foro competen. & Angelus magni consilii: secundum glos. singularem in verbo Regum. in clementi. i. de baptismo. & Martinum Laudensem in tractatu de Principibus, quæst. prima. Item Rex, est delegatus Dei: secundũ Bald. in titu. de pace cõstantiæ. in princ. & Vicarius Iesu Christi in suo regno: secundum eundem Bal. in capi. significantibus. de offi. deleg. & Feli. in cap. cùm non liceat. col. v. de præscriptionibus. & Nico. Boe. in additionib. ad dic. tracta. Alibi nuncupatur Apollo: secundum Ioan. Montanhe, in dicto tracta. circa fin. cùm ergo Dei aut sanctorum eius sit proprium miracula facere, capit. si quis. de pœniten. distin. ii. & Delegatus præeminẽtiis & iuribus delegantis gaudeat: capi. sanè. de offic. delega. ergo sequitur, Regem Franciæ posse miraculis fulgere, cùm sit delegatus subrogatusque Dei in terris, vt dictũ est: debet enim sapere naturam eius, in cuius locũ subrogatur, iurib⁹ vulgatis: secũdũ Barbatiã in cap. clerici. col. xii. de iudi. Ita de Imperatore dicit glo.

Rex Frã. est tanquã corporalis Deus in regno suo.

super verbo Iesu Christi.in prin.volu. Hinc est,quòd dictus morbus ab aliquibus appellatur gallicè loquendo, *Le mal du Roy*, à potestate sanandi à Deo ei concessa: prout videmus de aliis morbis, puta beatæ Mariæ,diui Ioannis, vel Antonii,qui de aliquibus morbis, apud Deum intercedendo,adiuuant, cuius occasione affati sancti,à mortalibus exorantur,& ab illis morbis aliquando & sæpius nomen accipiunt. In hac potestate hunc morbum curandi, sunt reges Francorum similes tribus Regibus Magis, qui venerunt ab Oriente in Beth-leem Iudæ adorare Dominum nostrum Iesum Christũ, qui miraculosè de illo morbo sanant in locis in quibus eorum corpora venerantur: vt dicit Chassa.in quinta parte sui cathalogi.Alii dicũt,quòd hanc potestatem capiũt in visitatione corporis beati Marcolphi,quam post coronationem facere consueuerunt reges. Et alibi dicit glo.in verbo excoluerunt.in proœ. pragma.sancti.quòd tempore Roberti Francorum regis filii Hugonis Capet. fuit factum aliud miraculum, quia cùm oraret pro pace coram imagine Crucifixi: fuit ei responsum per Crucifixum, quòd pacem non haberet, nisi blasphemias puniret in suo regno,& notoria crimina extirparet. Ex quibus, restat hoc diuinum potius quàm humanũ ius quartum Christianissimi Regis satis comprobatũ, cõcludendo cum Psalmista,Psal.xlv.Annuntiabo inter Gentes gloriam eius,in omnibus populis mirabilia eius.

Francorũ Reges trib⁹ Regib⁹ Magis similes sũt.

Voluntas regum,labia iusta: qui recta loquitur,dirigetur. Prouerb. xvi.c.

Ius quintum.

QVINTVM Ius altum & præcipuũ Christianissimi Regis Francorum est, quòd quicunque orat pro eo, decem dies indulgẽtiarum ab Innocent.iiii. & centum dies à Clemente consequitur: secundum sanctũ Tho-

Decẽ dies indulgẽtiarũ conseqtur qcunq̃ ꝓ rege Fr. orat.

mam,in iiii.ſenten.q.xix.arti.iii. in ſolu.vltimi argum.& gloſſam in verbo teneretur. in proœ. pragma.ſanctio. de quo dicit vidiſſe bullam in libr.liliorum,fol.xxxiii. Ioan. Ferran.in tracta.de inſign.peculii regni Franc. Et à Leone x.datus eſt annus indulgētiarum ann.1514.ſecundum Do. Guliel.Benedi.in repe.capi.Rainutius,in verbo ſed abſque liberis.ii.nume.44.iuxta illud Baruch 1.ibi,Et orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babilonis,& pro vita Balthaſar filii eius:vt ſint dies eorum, ſicut dies cœli ſuper terram. Et nimirum, quia regnum ipſum, vinea dicitur eccleſiæ, Eſaiæ.v.Vinea facta eſt dilecto meo &c. per quam intelligitur regnum Franciæ:ſecundum Nico.de Lira,ibi,Et econtra,maledicuntur omnes, qui Chriſtianiſſ. regem bellis aut aliàs proſequuntur ,per Stephanum Papam,qui Zachariæ ſucceſsit,& Pipino poſteriſq; ſuis Frācorum regibus benedixit: ſecundum Rober.Guaguin.in cronica dicti Pipini, & Vincen. Sy. in allegationibus ſuis de bello Italico.capi.fi. Quæ quidem benedictio Papalis, effectum remiſsionis peccatorū,& abſolutionis à cenſuris eccleſiaſticis & alios multos habet:ſecundum Pan.Calde. & Feli.in rubrica proœ. decreta.ſuper verbo & Apoſtoli. Benedi.glo.& doct.in proœ.Sexti.Nec eſt mirum,ſi domus Franciæ hæc & alia meruit priuilegia:quia ſancta,fide & opere,vocari poteſt, cùm Deus in hoc regno magis colatur & timeatur:ſecundum Hoſtien.in ſua ſumma, & Vincen.Sy.in tracta.de factis Princip.cap.fin. intitulato, capitulum ſententiæ excōmunicationis.vbi ſic dicit, Nūquid columba cœlitus ampullā cum chriſmate,de quo omnes Reges Franciæ vnguuntur in ſignū victoriæ & perpetuæ dotis, primo regi Clodouæo Chriſtiano diuinitus attulit? certè ſic,cōtra inimicos: prout in floribus ſanctorum & in legenda ſancti Remigii legitur. Et pòſt, regnū creuit in immenſum , cui Anaſtaſius Imperator coronam auream capiti inſtructam cum tunica & baltheo ex Conſtantinopoli,in Galliam trāſmiſit : vt traditur libro nono ſupplementi cronicarum. Quid plus ? Nōne omni die claret miraculis ipſe Rex, Deo iuuāte ab infirmitate incurabili ſolo tactu ſanando,vt in iure præcedenti? Quid plus? Nōnne

Cur dom⁹ Franciæ ſide & opere ſancta uocetur.

Nónne Romanos pōtifices à sancta sede expulsos reintegrauit, vt Papam Stephanum, qui post Zachariam fuit eiectus, & à cathedra Petri per Longobardos expulsus crudeliter, sed tandem Parisios accedens, per regem Pipinum fuit honorabiliter remissus, reddens Longobardos tributarios ecclesiæ? Qua de re, Pipino posterísque suis Francorum regibus benedictionē dedit, vt dictum est. Quid plus? Nónne sanctus Carolus Magnus ipsius Pipini filius, Papam Leonem desolatum in sancta sede restaurauit, iniurias ecclesiæ virtutosè vlciscendo? Quot & quantas ecclesias fundauerit, & in quàm grandi numero, & opera catholica quæ peregit, eius cronica attestatur, & dictū est suprà in tertio iure. Philippus primus vendidit ciuitatem de Metz ipsis ciuibus, ad fines conquirendi Hierusalē contra infideles, & tandē eā acquisiuit. Ludouicus v. iuuamen maximum ecclesiæ dedit, Innocentio regnante. Ludouic. vi. protinus Franciæ regno relicto, vltra mare contra Soldanum accessit, vnde varia pericula & damna tunc prouenerunt in regno. Ludo. vii. hæreticos existentes in Auinione Albigenses ad fidem reduxit, conuocato concilio in Montepessulano, vbi legebat tunc quidam doctor Italus vocatus de sancto Angelo corde tenus, bis in hebdomada in pane & aqua ieiunans, qui Bartol. allegando, eum sanctum vocabat: ex quo, scholares valde gaudebant: secundū eundem Vincen. Sy. vbi suprà, quamuis Bald. in quodam consilio suo incipien. quanquam. allegata sint multa, & Hippo. de Marsi. in singula. clxiiii. dicāt Bartoli animam propter quoddam suum dictum in lege, vtrum. ff. ad leg. Pompe. de parricid. esse sepultam in inferno, quod iusto dei iudicio est relinquendum. De domi. Bertrando de mōte Fauentino doctore dictæ vniuersitatis Montipessulan̄. qui, propter eius eminentem sciētiam, fuit effectus Cardinalis, testantur Barto. Albe. & Iaso. in lege diem func. colū. vii. ff. de offic. asse. Sāctus Ludouicus, bis vltra mare fuit, & prima vice damna grandissima infidelibus dedit: secunda verò, pro fide catholica regnum pecunia desolatum reliquit. Sed vnà cùm Carolo magno thesaurum Franciæ restaurauit, cùm ferè omnia instrumēta passionis Christi in

Regū Frācorū i summos pōtifices collata beneficia, & fortia ī augmētum religionis christianæ eorundem facta.

Franciam asportarint. De cuius Ludouici vita & morte, meminit Baptista Fulgosius, sub tit. de religionis cultu. in hæc verba, par religionis affectus, Ludouicum Gallorum regem impulit, vt cum exercitu Aegyptum traiiceret &c. Postea in fine subdit, denuo Aphricam reparatis copiis traiecit, vbi Tunete vrbe obsessa, peste vnà cum filio decessit: de quo latius apud Guagui. lib. iii. Ludoui. xi. viuus & mortuus, flexis genibus, aperto capite, ante imaginem virginis matris Dei stare voluit, ecclesias ipsius Anicii & Cleri decorando, vnde, grandia miracula tam in victoria quàm in cibo assumēdo ei ostensa sunt. Carolus viii. validus triumphator, obedientiā & humilitatem sedi apostolicę attribuit, necnon die illo sancto de Fornoua, ex Neapoli redeundo, victoriam belli obtinuit: quia fortitudo de cœlo est, Machab. i. & tandem liberatus, Lōgobardos dissipauit. Ludo. xii. & Frāciscus primus victoriosissimi triumphatores, erga populum clementissimi floruerunt & florent, fructus parturiunt validissimos, pro ecclesia induti sunt vestimentis vltionis. Exhibuítque ipse Rex Frāciscus Leoni x. & Cle. vii. Pontificibus benignissimis, filialē reuerentiam: à quibus, benedictionem recepit: secundū eundem Vincent. Sig. in prolo. sui tractatus præalleg. De quo rege illustrissimo, scriptum reperitur in fasciculo tempor. fol. vlt. vbiq; præfert forma regia maiestate digna, formę, cui accedūt magnanimitas, robur, & religio. Qui, superatis Suæuis & Maximiliano Sfortia in Galliam adducto, rediens: Claudiam Ludouici & Annę filiam eius consortem ad Dionysianū Cœnobium coronam suscepturam adduxit. sicque corona, Parisios factu admirando ingressa est: quæ se fœcundam ternis æditis pignoribus exhibuit. Ex quibus caussis, reges prædicti hoc priuilegium indulgentiarum, & alia multa per discursum huius operis describēda, meruerunt: ne sit labor sine fructu. vbi enim maior est pœna, ibi maior corona, quæ ipsis regibus conuenit, eósq; decet, teste glo. in cap. Baptismus. de consecratio. distinct. iiii. Concludendo cum beato Thoma de regimine principum. lib. ii. in fine dicente, quòd reges qui soliciti fuerunt ad reuerentiam Dei, fœlices: qui autem neglexerūt, infœ-

lices ſemper fuerũt. Conſyderate ergo lilia quomodo creſcunt, neque Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur, ſicut vnum ex iſtis. Lucæ xii. cap.

Manus fortium dominabitur: quæ autem remiſſa eſt, tributis ſeruiet. Prouer. xii.

Ius ſextum.



EXTVM Ius altum illuſtriſsimi regis Francorum, in hoc, quòd neminé in temporalibus ſuperiorem recognoſcit de iure neque de facto, conſiſtit: de quo, variæ ſunt ſcribentium opiniones, qui niſi ſunt proprium principem in hóc arduo poſſe defendere, præuidentes illud Terentii in Andria, Namq; hoc tempore, obſequium amicos, veritas odium parit: & illud Apoſt. ad Gala. iiii. Ego inimicus factus ſum vobis, verum dicens: vbi Hierony. ait, Hæc eſt conditio veritatis, vt eam ſemper inimicitiæ perſequãtur, ſicut per adulationem perniciosa animæ conquiruntur. Libẽter enim quod delectat audimus, & offendit omne quod nolumus, & ii. epiſto. ad Marcellam, Ita ſe habet natura, vt veritas amara ſit. Quod tamen facere non debebant: quia veritas, ſecundum Augu. ſuper Ioan. eſt incommutabilis panis mentis, qui reficit, & nõ deficit. Hęc valet, & vincit. c. conſuetudo viii. diſtin. de frigi. & male. c. fraternitatis. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. Præſ. & l. in reb. C. de iu. do. quam celare, peccatum eſt. c. i. & c. dilectorũ. de teſt. cogen. Ideo, eã pro poſſe meo ſequar: duo tantũ, in quibus faciunt fundamentum doctores, pro vtraque parte diſcutiendo. Fundamentum enim regis Francorum illuſtriſsimi, ſumitur ex textu in c. per venerabilẽ. qui filii ſint legiti. quando dicit, quòd Rex Francorum nullum in temporalibus ſuperiorem recognoſcit &c. Fundamentum verò Imperatoris eſt, quia

R. Francorũ neminẽ in tẽporalibus recognoſcit ſuperiorem.

dicitur dominus totius orbis, & Monarcha suprem⁹. l. deprecatio. ad legem Rhodi. de iactu. &. l. bene à Zenone, de quadrien. præscrip. cum simili. Istis duobus fundamentis examinatis, remanebit dubium vacuatum. Imprimis, pro Rege Francorū est ille tex. cap. per venerabilem. clarus: nisi esset glossa, quæ illum intelligit, de facto Regem superiorem non recognoscere, secus de iure: & est glo. Aurelianeñ. quæ destruit tex. secūdum commune adagium. Et nimirum, quia est gl. Io. Theuto. Imperatori tunc subiecti, & per consequens, notoriè in hac re suspecti: secundum Cardina. Alexan. in cap. ius Quiritum. prima distin. huic dicūt Gulie l. de Monte Laud. & Cardi. in clemē. prima, de iureiuran. quòd fauore patriæ, caro, & sanguis reuelauerunt ei, argu. c. accedens. ii. vt lite non contest. Et ꝙ illa glo. malè dixerit, patet: quia Papa in dubio non loquitur de facto, sed de iure. glo. est singula. & valde notanda, in cap. consultationi. de tempo. ordi. in glo. fin. secundum Feli. in ca. cùm non liceat. de præscrip. Sed alia est similis in verbo neque. in l. i. §. si cui vētrem. ff. de ven. inspicien. Facit tex. in l. mora. ff. de vsu. & in l. eum quem. in fi. ibi, de facto autem consulentius. ff. de iud. & in simili de iureconsulto, quòd loquatur in dubio de iure, & nō de facto, tenet Bart. in repe. l. barbarius. col. iii. ff. de offi. præto. vbi Iaso. col. iiii. nu. 15. Ad quod demonstrandum, ponderandus est tex. ibi, sine iuris alterius læsione iurisditioni nostræ se subiicere potuit, quod esse non posset, si de iure esset subiectus Imperatori, quia cùm ageretur de legitimatione filiorum, & consequutiuè de successione regni, læderetur Imperator, ad quem & eius authoritatē talia spectarent, cùm sit de feudis maioribus: per tex. in cap. naturalis, si de feud. fue. controuer. & ibi per gl. & omnes feudistas. Itē, Papa de talibus non se intromittit, quia læderentur Imperatoris authoritas & iurisditio, secūdum Doc. in ca. cæterùm. de iudi. Bald. & Pau. de Castr. in l. i. C. de iu. aure. anulo. quod intelligendum est, nisi in concernentibus peccatum: secundum Feli. latè, in capi. primo, de constitutio. Item, illa verba secūdò ponderantur, quòd ibi nedum de caussa matrimoniali, sed etiam de legitimatione

agebatur, quia si fuisset tantùm quæstio de validitate matrimonii, non fuisset opus, quòd Rex se subiecisset Papæ, cùm omnes mortales, in hoc sint subditi sedi apostolicæ. Nota. in cap. lator. & per Bart. in lege titia. ff. soluto matrimo. Panor. & Docto. in rubri. de sponsa. & matri. Ponderantur tertiò illa verba, quòd potuit tanquam Princeps &c. ergo de iure, cùm verba dirigantur ad ea quæ de iure fieri possunt. l. ex facto. de vulga. substi. l. fina. C. de testa. mili. & cap. eam te. de rescrip. aliàs, sequeretur absurdum, quòd Papa, quem nemo sanctum dubitat, vt notat. in capitu. cuncta per mundum. ix. q. iii. & in cap. in apibus. vii. q. prima. voluisset Regem Franciæ in suis excessibus & viis facti sustinere: quod non est dicendum, ne nascantur iniuriæ, vnde iura debent procedere. l. meminerint. capi. vii. & vi. cũ similibus. Quartò ponderandus est tex. in ca. nouit. de iudi. ibi, non intẽdimus de feudo cuius ad ipsum spectat iudicium &c. loquendo de Rege Franciẹ. Si enim Rex habuisset superiorẽ Imperatorẽ, ad ipsum spectasset tale iudicium, cap. i. apud quem vel quos quæstio feu. terminetur: secundum Bald. & Iac. de bello visu, & alios in cap. de inuesti. in matri. fac. & Bal. in lege prima, ff. de rerum diuisio. vbi dicunt, quòd quando est questio inter maiores valuasores, puta Reges, Duces aut Comites, inter quos cum difficultate reperitur iudicium, Imperator est eorum Iudex. Ideo, per illum tex. patet, quòd ad regem, tanquam superiorem non recognoscentem, de iure pertinuit talis feudi cognitio. Per quæ & alia iura, Innocen. Abb. Feli. & alii Moderniores, in dicto capit. nouit. reprobant illam glo. Ioannis Theutonici, in dicto capi. per venerabilem. qua reprobata, remanet textus apertus, quòd Rex Franciæ neminem recognoscit in temporalibus superiorẽ de iure neq; de facto. Ita tenent Iaco. de Ra. Pe. de bella pertica, Cy. Nicol. de Matisco. Ioan. Faber, Fulgo, Pau. de Castro. Christoph. de Castellione, & Iason in leg. prima. C. de summa trinitate & fide cath. Idem Iason in l. gallus. §. & quid si tantũ. num. 95. ff. de liberis & posthum. Salicet.⁹ in l. vectigalia. C. noua vecti. impo. nõ posse Oldra. cõsilio lxix. Aegidius de Roma. in tract. de potest.

R. F. *non est subiectus imperatori.*

ecclesiæ, Cardinalis Alexādrinus, in cap. ius Quiritū. i. distin. Speculator in tit. de appel. §. nūc tractemus. Abbas & Feli. in c. nouit. de iud. Guliel. de monte Lau. & Cardinalis in clemen. ii. de iureiurā. Panor. in capi. tua. ii de deci. & in cap. quæ in ecclesiarū. de constit. Aluar. & Præpo. in cap. i. de pace tenen. & iura. firmanda. dicens, quòd Rex Frāciæ nunquā fuit subiectus Imperatori, nec est spes quòd obediat. Idem tenent Bald. & Guliel. de Cug. in l. i. ff. de offic. Præfec. prętor. dicētes, quòd omnia regna mundi sunt sub Cæsare, excepto Francorū regno, quod nullū recognoscit superiorem. Et idem Bal. in cap. i. de inuest. in matri. facta. & in l. Barbarius. col. xi. dicit populum Gallicum esse liberum, sicut Romanum, & absolutum ab omni seruitute: secundū eundem Bal. in cap. i. circa finem. de Capitaneo qui cur. vendi. versi. alia quæstio, in vsibus feu. & in i. consti. C. nume. 6. vbi Celsus Cabilonēsis in addi. super verbo Gallia. cum eo cōcordat post Iaco. Rabuf. in ru. C. de stu. lib. vrb. Ro. lib. xii. Idem tenet Luc. de Penna. in l. omnem. de pet. bo. sub lib. x. & in le. viii. de colo. palest. dicens, quòd sunt aliqui reges exempti ab imperio, qui nunquam iugū susceperunt, vel susceptum reiecerunt, vt Rex Francię. Ita etiam tenent Ioan. Monta. & eius additionator, in trac. de autho. sa. mag. consi. & Io. Igneus doctor Aurelianensis, in quæst. per eū latè disputata, an Rex Franciæ recognoscat &c. Ioan. Ferral. in tract. de insig. pecu. regn. in i. iure. Et Petrus Anto. in repeti. legis imperium. ff. de iurisditio. omniū iudic. Cosma Guinner, in cōmento pragma. sanct. in proœ. super verbo Dei, & Cha. in commen. consuetudinum Burgundiæ, in proœ. super verbo *du sainct empire*, & titul. *des successions des bastardz*. §. iii. Vincen. Siga. in alle. suis super bello Italico, in quæsti. an sit licitum Papæ bellum inferre regibus Christianis. Stepha. Aufr. in addi. capellæ Tholosañ. quæst. cccxlviii. & in repeti. clemen. primæ. de offic. ordi. Guido Papæ, quæst. ccxxxix. Pirrhus in glo. suis, ad consuetudines Aurelianenses, tit. de feu. i. allegans Franciscquinum in consil. i. colum. xiiii. Petrus Iaco. in sua practi. titul. de præiud. in rem actio. Ioann. de ter. ru. in tractatu, intitulato Vinea eccle. arti. i. secūdi tra-

ctatus. Et ibi latè Iac. Bonaudi, in apost. super verbo recognoscit, & Guliel. Benedi. in sua repet. cap. Rainutius. in verb. & vxo. no. adea. in v. decisione. & in verbo si absque libe. in secunda parte. Corsetus in tract. de pote. regi. q. ciiii. & quæsti. xxi. Et Philippus Decius, in consil. lxxxv. colum. ii. dicens, quòd Rex Franciæ bona habet libera: quia neminem recognoscit, facit glo. in §. fina. institutio. de pa. pot. in verbo Romanorum. singularis valde: secundum Bald. in cap. i. §. i. de duobus fratribus. de no. benefi. inuesti. & in capi. i. circa finem, an mari. succe. vxo. in benefi. Et Alexāder in additio. ad Barto. in lege placet. ff. de acquiren. hæredi. & in lege fina. C. de inoffic. testa. Et sic, sunt multi docto. solennes, testimonium facientes pro libertate serenissimæ coronæ Frāciæ, & de iusto titulo possessionis regni, absque alicuius recognitione: quod habet Rex ex diuina gratia, quam, vnctio sacra, tria lilia, & auriflamma cœlitus demissa, & aperta eius miracula in toto orbe terrarum notoria, demōstrant. de quibus, suprà. Per quæ, regnum à solo Deo dependere ostenditur, quicquid dixerit Bonifacius viii. in extrauagan. vnam sanctam. quā Clemens v. declarauit in nihilo prçiudicare, per aliam extrauagan. meruit. secundum Paul. de Lea. in clemen. quoniam. de immunitate ecclesiæ. & glos. in procе. pragmati. sanct. quæ in hoc euidentem rationem assignat, respondendo illis, qui dicunt regem Franciæ peccare, recognitionem Imperatoris denegando: quia non est verisimile, Beatum Ludouicum in sanctum canonizatum ab ecclesia, & in cathalogo sanctorum descriptum fuisse, si in peccato tam graui vixisset, atque obiisset: per text. in cap. i. de reli. & venera. sanct. licet non alleget alios reges Francorum, scilicet Dagobertum & Carolum Magnum etiam in cathalogo sanctorum descriptos, vt dictum est suprà, in tertio iure, qui pariter sine recognitione aliqua, regnum tenuerunt lōgissimo, imò immemorabili tempore: pro qua longæua possessione, faciunt amplè notata per Alexand. & Iaso. in l. qui in aliena. de acquiren. hæredi. & verè sine peccato: secundum Cardi. in cap. cùm P. Tabellio. de fide instru. & Anton. Corse. de potesta. regia. quæstio. ciiii. &

Stepha. Aufre.in dicta repet.clement.i.de offici. ordina. vbi dicit, quòd cùm Philippus Pulcher Francorum Rex parum curaret dictam extrauagantem, Bonifacius tunc temporis Pontifex Maxi.vnam sanctam bullam in eius odium per eum æditam,ad eundem Philippum regē transmisit,hui⁹ tenoris: Bonifacius episcopus &c. De qua,iuncta responsione regis Philippi infrà in primo iure secundæ partis,latius dicetur. Pro Imperatore verò, extat illud quod præmissum est in principio,quòd totius orbis est dominus.l.deprecatio, allegata. & ei subsunt omnes nationes:capit. Adrianus.lxiii.distinct.& cap.quo iure.viii.distinct.cum similibus. Alibi dicebat Bald.in proœ.ffdorum, quòd Imperator imperat in vniuersa ditione, quæ ascendentem videt & descendentem solem: & ex vtroque latere, meridie videlicet, & Septentrione. §. & hoc consyderantes.in autent. vt omnes obediant pręsi. prouinciarum. & in omnibus insulis dominatur, vsque ad Oceani recessum: cuius potestas, nullis est circunclusa limitibus: & in autent.habita.C. ne filius pro patre dicitur. quòd Imperator dicitur possidere omnem terram, tanquam vicarius Dei in temporalibus:secundū eundē Bald. in l.i.C.de iur. aure.anulo. Ideo,ad eū spectat coronare omnes reges. gl. in c.in apibus. vii.q.i.& tollere ius ciuile, si velit: secūdum Inno.in c.quæ in eccle.de consti.quem refert Pau.de Castro,in consi.ccxxvii.col.viii. Et potest mundū ab alio occupatum vendicare,secundum Bar.in tracta.ad reprimendum.in verbo,totius orbis. Ex quo dicit Bald.in l.fina.de eunuchis, quòd Imperator potest punire delinquentem, de delicto vbique terrarum commisso. Alibi dicebat Bart. in l.hostes.de capti.quòd contrarium tenere,est hæreticū: quia contra illud euangel.Luc.ii. Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Alia habet fundamenta in specie contra regem Francorum,ad quę sigillatim respondebitur. Sed istud est principale & generale ad omnes principes huius seculi. Ad quod & alia, si bene respondeatur, remanebit ius istud altum Christianissimi regis luce meridiana clarius. Imprimis, lex deprecatio, nihil pro Imperatore probat: secundum Igneum & alios:

quia Labeo iuriſconſultus & author illius legis, non dicit Imperatorem eſſe totius mundi dominum, ſed refert Antonium Imperatorem hoc reſpondiſſe Eudemoni, cui non creditur in propria cauſſa. l. nullus. ff. de teſtib. & l. omnibus. C. eod. Abſurdum enim eſſet dicere, quòd regi Hiſpaniæ aut Angliæ aſſerentibus regnum Franciæ ad eos pertinere, credatur in propria cauſſa: quia contra omne ius diuinum aut humanum: vt latè per Barto. Ludo. Ro. & Iaſo. in repeti. legis admonendi. ff. de iureiur. & maximè, quia ex cronicis apparet de contrario. Nam tempore Antonini, Parthi non erãt ſubditi imperio, nec Britones, nec Arabes, imò in Anglia tunc regnabat Lucius Rex Anglorũ: vt in regiſtro cronicorum. Ideo, dicitur in §. ſi ab hoſtibus. inſtitu. qui. mod. ius pat. poteſta. ſolui. quòd imperium habet limites ſeu limina, à quibus dictum eſt poſtliminium, l. à poſtliminio. §. à Piratis. ff. de capti. quod eſſe non poſſet, ſi eſſet dominus totius orbis. Et quòd illa reſponſio Antonini nõ ſit vera, patet per legem poſtliminiũ. ff. de capt. ibi, Inter nos & omnes liberos populos regéſque, legibus & moribus conſtitutum: quæ, iuncta legi non dubito eodem titul. fuit ab Vlpi. & Paulo iuriſconſul. facta tempore Alexãdri, qui imperauit immediatè poſt Antoninos: & ſic patet, quòd ille Antoninus nõ erat dominus totius mũdi, cùm eſſent populi & reges liberi, non ſubiecti alicuius poteſtati. d. l. non dubito. & pariter, habet hoſtes Imperator. l. i. C. de offic. præfec. præto. Aphrica. & l. hoſtes. de cap. aliquando fœderatos, aliquando amicos: vt dicta lege poſtliminium: ergo non omnes ſubditos habet, etiam de iure: quia ſi deberent ei hoſtes ſubiici, honorem, reuerentiam & obedientiam ei præſtãdo: non licitè interficerent eum in bello, vel caperent aut ſeruum facerent, prout faciunt. d. l. hoſtes. §. fi. & §. ſerui. inſtit. de iure perſona. vbi non excipitur Imperator, ſecundũ Pet. Iac. in ſua pactica, tit. de preiud. in rem actione. Et ad melius demonſtrandũ, quòd reſponſio ſeu dictum Antonini Imperatoris, de quo in d. l. deprecatio. non cõtineat veritatẽ, conſiderãdæ ſunt quatuor Monarchiæ, de quibus per Bar. in extrauagan. ad reprimẽ. Prima enim fuit Aſsiriorum, Nino in Babilonia

regnante, secundum alios, Belo aut Nembroth regnantibus. Et habetur Gene.x.capi.de qua nō est verum dicere, quòd habuerit dominium aut iurisditionem in toto orbe: nam teste Philip. Bergomen. in supplemento Croni.lib.ii. tempore Nini, Egilaus regnabat in Siconia: de quo regno meminit Augustinus de ciuita. Dei.lib.xviii. & iis temporibus, etiam regnū Hispaniarū ortum habuit à Tubal Iapheht, testante Isido. hoc etiam tempore, erat regnū Gallorum in esse: secūdum Philip. Bergomen. lib. iiii. & plura alia regna vt Bohœmorum, Scitharū, Thessalorū, AEgyptiorum, Amasonum, Archadiæ, Lidiæ, & Iudęorū: & durauit illa monarchia, secundū Augustinū, lib. iiii. de ciuita. Dei, 1240. annis. Secunda verò monarchia fuit Persarum: vt habetur Danie.vii. quæ non fuit vniuersalis, cùm tunc essent regna Romanorum, Atheniēsium, Iudæorū, Chaldæorum, Mœdorum, & alia de quibus per eūdem. Philip. Bergomen. lib. v. Tertia verò fuit Gręcorum seu Alexandri, qui dominus totius orbis dicebatur, sed contra veritatem: quia eius tempore, regnabat Pirrhus Rex Epirotarum, Brutus Rex Anglorum, & Suardus Rex Francorum: secundum eundem Philip. Bergo. lib. vi. artic. i. erat etiam regnum Aegyptiorum, Siriorum, Tarantinorum, Carthaginensium, Parthorum, & Iudæorum, & alia plura regna & dominationes, quæ nulli obediebāt, nisi ipsis deuictis per bellorum exitum. Et durauit hæc, annos 644.

QVARTA verò Monarchia fuit Romanorum, quę nunquam fuit vniuersalis, siue incipiamus à Iulio Cæsare, qui Imperio Europæ potius est: secundum Philippum Beroal. sed nō integraliter, quia imò vt ipse testatur in suis Commentariis, Aluernia, & Britannia nunquam paruerunt Romanis, & plures erant dominationes in Gallia: nec reperitur, quòd subegerit Hispanias, nec Græciā, aut alia regna, de quibus suprà: quia quinq; annis tantùm tenuit imperiū: siue incipiamus ab Octauiano: pariter, non fuit vniuersalis: quia eius tēpore, Marcus Antonius Asiā, Ponthum, & Oriētem tenuit: in Germania etiā Iulianā & Varianam cladem perpessus est: pugnabat etiā tunc Hærodes Rex Hebræorum, qui Mariannem vxorem suam

(eò quòd effigiem suam ad Octouianum transmiserat, vt in sui desyderium prouocaret) occidi fecit: & alia plura eius tempore erant regna, vt cronicis & libris hystoriarum deprehendi potest, quibus est etiam in iudicio credẽdum: secũdum Bal. in l. prima. ff. de offi. quæsto. Anto. de Butr. & Feli. in. c. inter dilectos. de fide instrumẽ. de quo latissimè per Iaso. in. l. i. ff. si certum peta. attentò quòd agitur de facto antiquo: secundum Feli. in. c. cùm caussam. de probatio. & Geminia. in. c. quamuis. xxi. distin. Et maximè, cronicæ regis Franciæ probant: secundum Vincen. Sy. in trac. de factis principũ. c. tertio regali. in fi. Et vltra Cronicas nónne Iustinianus Imperator, qui fuit super omnes excellẽtissimus, semper restringit se p relatiuũ quos, quando dicit, qui sub Imperio nostro sunt, in auten. vt prę ponatur nomen Imper. vel, quos clementiæ nostræ regit Imperiũ. l. i. C. de summa trinitate & fide catho. cũ simi. quod enim, est de sua natura restrictiuum. l. ea tamẽ adiectio. ff. de legatis tertio. quãuis cauillãdo aliqui voluerint aliter illud relatiuũ interpretari, vt extet demõstratiuè, vt latè per Docto. in dicta. l. i. & in. l. omnes populi. ff. de legi. contra regulam legis non aliter. ff. de legatis secũdo. & legis quod constitutum est. ff. de testa. mili. Et etiam Honorius & Theodosius Imperatores, in. l. mercatores. capitu. de commer. & mercatores fatentur, quòd plures erant patriæ & nationes non subditæ imperio. Facit text. apertus in. l. finali. C. de eunuchis. ibi, extra loca Imperio nostro subiecta: & pariter tempore Alexand. iiii. lege, omnibus ciuitatibus quæ sub imperio nostro sunt. ff. ad senatusconsul. Trebell. Temporibus etiam Antonini, & Marci Antonii, plures erãt nationes nõ subditæ imperio, quicquid responderit Eudemoni in illa lege deprecatio, vt dictũ est suprà. Vnde, restat cõclusio verissima, quòd nunquam Imperatores fuerũt in vera possessione orbis: secundum Oldra. in consilio. lxix. incipien. consueuit dubitari. Et si prædicta nõ sufficiant, quãuis sufficere deberẽt, possemus aliter respondere ad illud quòd Imperator dicitur dominus totius mũdi, scilicet aptitudine, nõ in actu. Quia si subiugaret omnes nationes & omnia regna mundi, ha-

beret iurisditionem supremã vniuersalẽ,vt notatur in rubrica procœmii.insti. & in auten.de hęre. & fal.vel spe,sed non re.l.diuortio.§.si fundum. & l.si gustãte.§.si maritus. ff.soluto matrimo.vel dominatur omnibus,scilicet subditis:gl.in l.i.C.sine cen.vel reli.secũdum Pe. Iaco.in loco. prællegato: vel aliter & melius potest respõderi secundũ Barto.in lege. i.§.fina.ff.de rei vendi.& Iaso.in.l.i.C. de summa trinitate & fide catholi.quòd mũdus est quid vniuersale,quare nõ sequitur,est dominus mundi, ergo & cu iuslibet partis:quia potest esse dominus vniuersalis, quãuis aliquæ regiones particulariter ad alios spectent, per textum in dicto §.fi.Et vlterius, ad demonstrãdum quòd Rex Franciæ verè habet istud ius altum, vt Imperatorem in superiorem nõ recognoscat de iure:cõsyderandum est, quòd Romani Imperium aut dominationem quæ prætẽdunt,per vim & rapinã vsurparunt,sedes alienas & regna occupando sine aliquo iusto titulo. Vnde, talis acquisitio possesionis sui origine vitiosa,nunquam prodest acquirẽti seu violento possessori.l.authoritatem. C.vnde vi. & l. si qua de fundis & sal.limitro . libro vndecimo. iuncta lege,nõ origo.ff.quod vi aut clam. Quod vitium,transit in successorem.l.an vitium.ff.de diuer.& tempo.pręscrip.& §.fina.insti.de vsusca.Ita quòd eo modo,nullum dominiũ aut titulũ habent Imperatores,pręter vim & rapinam:secundum Innocen.in.c.quod super.de voto & vo.redem. & si talis titulus eis prodesse potest, inspecto iure gentiũ quo inducta sunt bella.l.ex hoc iure.de iusti.& iur. multò magis,aut saltem pariformiter, prodesse debet Gallis, si dominationes vsurparũt, qui ab initio ferè vrbis conditæ totã Italiam & Romam(dępto Capitolio)tenuerunt, teste Tito Liuio,in iiii.primæ Decadis. & Iustino, libro vigesimoquarto. Et vlterius, Imperiũ Romanũ longo tẽpore apud Francos remansit, ita quòd septem fuerunt reges Francorum,qui fuerunt Imperatores, seu Imperium tenuerũt,ab Anno Christi octingentesimoprimo, vsq; ad annum Domini Noningentesimumdecimũ.Sed quia scriptum reperitur,quòd nullum violentũ perpetuũ, & quòd vix bono peraguntur exitu,quæ malo sunt inchoata prin

Imperium Rom.longo tẽpore apud Frãcos remansit,&c.

cipio,capitu.principatus quem ambitus occupauit. prima quæstio.i.ideo annihilatū videmus ferè Imperium & infatuatum:secundum Bal.in.l.fin.C.de loca. & conduc. & gloſ.ſuper Daniele dicentē, quòd ſicut à principio nihil fortius Imperio Romanorū fuit, ſic in fine nihil debilius. vnde,dicit alia glo.pragm.in procē. quòd Aquila qua vtūtur Imperatores pro inſigni,multas pennas amiſit : ſed in fine fortè denudabitur: & in lege viii. de ſtud.libert.vrb. Rom.lib. xi.notatur, quòd Imperium Romanorum ſciſſum eſt. nam illæ duæ ciuitates Romana & Conſtantinopolitana, in quibus fuit ſciſſum Imperium, nominationes ſuas perdiderunt modernis temporibus : ſecundum Pileū & Pet.Iaco.in ſua practica.titu.de præiudic. in rem actio. Quod aliunde non proceſsit, niſi ex defectu boni iuris & legitimi tituli. Et per hoc demōſtratur,Barto.male dixiſſe in dicta lege, hoſtes. cùm dixerit contrarium de dominio totius orbis Imperatoris, aſſerentes eſſe hæreticos, propter illud Euangelii, Exiit edictum à Cęſare Auguſto,&c. ſecundum Bal.in capi.ſolita.de maiori.& obedien.in quo verbo,exceſſum affectionis ſuæ & animi ſui motum cohibere non potuiſſe oſtendit. Nam iſtud non eſt contra pręcepta Decalogi aut Euangelii, vel contra ſymbolū & ſancta decreta quatuor Conciliorum : de quibus,in l.nos, aliàs victor.C.de ſumma trinitate,& fide cathol.ſecundum Ange.de cla. in ſua ſumma. in verbo, hæreticus. Et licet hoc dicatur in euangelio,non tamen præceptiuè,ſed narratiuè. Item,non ſequitur, Exiit edictum à Cæſare &c. ergo erat dominus totius mundi:quia non ſequitur,magnus Soldanus aut Turca dicit ſe dominum orbis, ergo eſt. Idē de Auguſto, cuius tempore plura erant regna non ſubdita,vt dictū eſt: vel poteſt intelligi vniuerſus orbis illi ſubiectus prout à ſimili gloſſ. in l. prima. C. fine cen. vel reliq. Et ideo, beatus Auguſtinus de hoc Auguſto loquens, libro quinto, de ciuitate Dei. capitu.xxv. dicit, quòd diu imperauit, & vniuerſum orbem Romanum tenuit, vbi glo. notat, quando dicit orbem,addendo Romanum:quia non totum orbem ſimpliciter Romani habuerunt ſubiectum,vt patet in gloſ. ſuper Luc. ii.capi. vnde, quòd dici-

tur in Luca. Exiit edictum &c. de orbe Romanis subdito intelligitur: quia nec Scithæ, nec Indi Augusto subiecti fuerunt, quamuis secundum Eutropium, sibi munera miserint: nec Parthi, id est Persæ, nec Aethiopes erãt sibi subiecti: secundum glo. Ibi, Facit obtimè expositio Liræ, Mat thæi xxvii. c. ibi & terræ motus factus est super vniuersam terram Iudeæ, scilicet secundum eum: ergo nil mirum, si il la verba (vniuersus orbis) restringantur ad orbem Romanis subditum. Vnde credendum est, Bartolum fauere aut complacere voluisse Carolo iiii. suo tempore imperanti: a quo, multa obtinuerat beneficia, & inter alia arma seu insignia excellentia, scilicet Leonẽ rubeum cum caudis duabus in campo aureo, vt ipse dicit in trac. de insigniis & armis. & Ioan. Sanson. in commento cõsuetudinum Turonensium, tit. *des droictz des chastellenies.* artic. ii. ad legem secundam. C. de offi. præfec. præto. Aphri. ibi, in partibus Hispaniæ & Galliæ siue Francorum aguntur: respõdetur, quia non dixit quòd Gallia subesset imperio, sed aliquæ partes Galliæ, ibi in partibus: vt erat fortè Massilia, Narbonensis & Viennensis prouinciæ, quæ erant iuris Italici. l. fina. de censi. quę de facto à Romanis occupabantur, sed per Theodobertum tanquã vi spoliatum recuperatæ fuerunt, prout ei licuit de iure. l. iii. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. & latè per Bal. in l. i. C. vnde vi. cũ similibus. Secundò respondetur, quòd ex illis verbis non demonstratur aliqua subiectio, quia de subiectione nullum verbum Imol. pro Gallia facit, intelligendo omnia quæ in partibus Galliarum aguntur, scilicet contra Imperatorem, bel lum fortè attẽtando pro eorũ libertate tutanda, & ditione amplianda. Et sequitur spectabili viro Duci nunciare, scilicet ad fines resistẽdi Gallorum conatibus: & ideo, illam legem ii. pro parte Frãcorum allegat totus mundus: secũdum Nicol. de Neopo. in l. si duas. §. i. ff. de excusat. tuto. quamuis postea dicat facere contra eos, & malè: prout patet ad literã. Ad alia quæ possunt adduci pro ista parte, pa tet facilis respõsio. Et quia Igneus & alii plures doct. lati hanc materiam prosequuti fuerunt, ita quòd omnibus sit trita & vulgata, & prolixius volentibus insistere, ad eos pa

teat accessus: concludẽdo, sufficiat iis paucis demõstrasse, Regis Franciæ fundamentum bene probatum, & veridicum esse: Imperatoris autẽ, nullo modo. Ista est ergo vera & communis conclusio, quòd Rex Francorum neminem recognoscit in temporalibus superiorem, quãuis secus in spiritualibus, in quibus omnis creatura Papæ est subdita, cùm sit vnicus supremus Princeps: secundum glos. in cle. ad nostrum. de hære. & vicarius supremus Dei omnipotentis, adeò quòd cõtrarium asserentes mẽtiũtur: secũdũ Bal. in l. Barbarius. ff. de offi. prę. Ita procedunt omnia illa dicta veteris & noui testamenti, quæ ponũtur in extrauagan. vnam sanctam. de maiori. & obedien. Non autem quo ad dominium legale vel humanũ: secundum Pe. Bertran. in additio. suis. in dicta extrauagã. nisi in regnis quæ tenẽtur in feudum ab ipsa ecclesia Romana, vt est regnũ Apuliæ, & regnum Sicilię: secundum Panor. in c. cùm inter vniuersas. de electio. per text. in c. ad apostolica. de re iudi. in vi. & in cle. pastoralis. de re iudic. per Bar. & Mod. in l. omnibus ciuitatibus. ff. ad senatusconf. Trebellia. In quibus regnis, nullo existente rege, vel si Rex esset rebellis aut schismaticus, Papa succedit, exercẽdo iurisditionẽ regiam: secundum Panor. in dicto c. cùm inter vniuersas. & Anto. Cursa. in tractat. de potesta. & excellen. regia. sicut dicim⁹ de imperio, quãdo vacat: c. licet ex suscepto. de foro compe. quod exclamat pro singula. Ludo. Ro. singula. ccccxiiii. Sed in regno Franciæ, secus: quia etsi vacaret, non se intromitteret Papa: secundum Panor. post Innoc. in dicto cap. licet. nisi per viam denuntiationis euangelicæ, vel nisi occurreret aliquis casus arduus: vt notatur per doct. in cap. nouit. de iudic. per cle. i. de magistra. vbi circa Regem Frãciæ aliquid disponitur pro stipẽdiis magistrorum, & hæc pro bono totius Christianitatis. Ideo dicitur in c. alius. xv. q. vi. quòd Zaccharias Papa Regem Francię deposuit, & Pipinum subrogauit, propter notorium peccatum, & reipublicæ scãdalum, quod ex suo malo regimine, vniuerso regno imminebat: secundum Philip. Deciũ, in consi. cli. colũ. ii. vel potest exponi deposuit, id est depositionem requirentibus consensit: secũdum Raine. in sua

summa.titu.de hæreti. vt latius per Ioan. de terra rubea. artic.i.ii.tract. Et ratio differentię inter Imperiũ & regnũ Frãciæ est,quia maior est cõiunctio inter Papã & Imperatorẽ, q̃ inter Papã & Regẽ, per c.venerabilẽ.de elect. vbi habetur,quòd Papa Imperatorẽ examinat,confirmat, & cõsecrat,& illi Imperator iuramentum fidelitatis pręstat. lxiii.distinc. c.tibi domino.vnde.Pe.Iac.in sua prac.q.de præiudi.in rem actio.dicit, quod hodie multùm dominatur Ecclesia, adeò quòd Imperator Romanus non debet aliquid magni ponderis facere, sicut est vniuersale passagium,vel bellum indicere alicui Regi Christiano confœderato,sine consensu domini Papæ: Secus in Rege Franciæ,vt dictum est:quia nec Papæ nouiter creato homagiũ præstat, sed tantùm filialem obedientiam amore Dei cuius est vicarius,c. ego Ludo.lxiii.distin.vbi dicitur,quòd quamprimũ Papa est consecratus,ad regem Franciæ mittere debet legatos pro amicitia & pace cõseruanda. Et inter regna quæ ab ecclesia tenentur in feudum, de quibus plenè per Lucam de pen. in lege,prædia.de loca.prædio. ciuili.libr.i.non computatur regnum Franciæ: secundum Domi.Bene.in verbo & vxo. in secunda decisio. numero 320.& latius per Stephan. Aufre.in dicta repe.clemen.i. de off.ordinarii.hinc dicebat Vincen.Sy.in capi.quarto. regali.tracta.de fac. princi. quòd non posset Papa tollere leges seu ordinationes regis Franciæ,per glo.in cap. constitutiones.x. distin. Cùm Galliæ regnum in superiorem eum non recognoscat in temporalibus: secundum Bal. in proœ.C. colum.iii.Philippum Decium in consilio ccxix. ad finem.parte ii.Et Guliel. Bene. in secunda parte repe. c.Rainu.in verb.si absq; liberis.ii.& c.in materia substitutionis fideicõ.num. 47.dicẽtem, si Papa bastardos legitimare vellet in regno Franciæ quo ad succedẽdum,vel alio modo ipsius regis iurisditionem turbare:posset ipse Rex, aut sui officiarii resistere: nullũ respectum ad talem actum habendo,& impetrantem puniendo: quia diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet: secũdum Philip. Decium in consil.cccvii.col.ii. Nec obstat c.tuam.de ordi.cogn.quoniam hîc.de legitimatione. ibi, de legitimitate ob inualiditatem

Rex Fran. filialẽ obedientiã pstat Papæ &c.

ditatē matrimonii dependente agitur. Et hæc de Papa di cuntur, ad demonſtrādum ius iſtud præcipuū eſſe Chriſtia niſsimi regis, quia licet reſpectu Imperatoris, ſimile ius ha beret Rex Hiſpaniæ, qui regnum ſuum à faucibus infide liū eripuit, per glo. in c. Adrianus. lxiii. diſtin. quę fortè eſt intelligēda de regno Caſtellæ, non autē Aragoniæ, quo niam ſuperiorē recognoſcit: ſecūdum Imo. & Gemi. in c. grandi. de ſupplen. negli. prę la. Alexan. & Iaſ. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. nume. 78. ff. de libe. & poſthu. Idem dici poſſet de rege Angliæ, Apuliæ, Siciliæ, Legionis, Du ce Mediolani, Florētinis, Lucanis, Venetis, & Ianuēſibus, qui Imperatorem non recognoſcunt: vt amplè per Anto. Corſetum, in dicto tractatu de poteſtate regia, quæſt. ciiii. Albe. & Iaſo. in l. cunctos populos. de ſumma trinitate. & fide catho. in l. ex hoc iure. de iuſti. & iur. & in l. i. §. penul. ff. de noui operis nuntia. Et de Florentinis etiam per Bar tol. in l. acta. §. de ampliando. ff. de re iudica. & in l. infa mem. de publ. iud. & in l. hoſtes. de capti. Abba. in conſil. xci. colum. vi. in i. vol. & Ludo. Rom̄. in cōſi. cccclvi. inci pien. in propoſito caſu. de quibus Philip. Decius in conſil. ccclvii. col. ii. dicit, quòd à Rodulpho Imperatore liberta tem acceperunt, pretio ſeptem milium ducatorum. Quod placuit Honorio Papæ iiii. vt refert Platina in vita Hono rii, & Feli. in capi. cùm non liceat. de præſcript. Et de Se nenſibus ac eorum libertate, ſcribit idem Decius in conſi. cccvii. col. ii. tamen Papæ ſubſunt prædictæ dominationes & poteſtates, vt de Rege Apuliæ & Siciliæ vaſſalis Eccle ſiæ Rom. viſum eſt ſuprà, & per Iaſ. in d. l. cunctos popu los. Rex autem Portugalliæ (quæ eſt pars Hiſpaniæ) ſub iicitur etiam Papæ: per c. grādi. de ſupp. negli. Præla. quic quid in contrarium dicat Barba. in conſil. xi. colū. vi. lib. i. Idem de comitatu Bononiæ, qui eſt de patrimonio eccle ſiæ: ſecundū Specul. titu. de reſcrip. §. fina. & Bald. in cap. i. de feu. Marchiæ. Idem de Ferraria, quæ eſt de iuriſdictio ne eccleſiæ, ſecundum Corneum Peruſi. in conſi. cclxi. in cipien. de duobus principaliter. col. fin. lib. 4. & Deci. cōſi. cclxxxiiii. col. iii. Idē de regno Angliæ, in quo exigit Papa vnum denarium pro capite: ſecundum Innocent. in capi. in regno

Dominationes quæ ſubſunt Papæ.

Papa unū denarium pro capite

Angliæ exigit. fin.de postu.Prælat.& Bald.in l.ii.C.de serui.glo.in verbo,domini.in §.i.de elec.in pragma.sanc.& eundem Bal. in Marga.versi.Anglia.quòd ab Adeulpho Anglorũ rege introductum fuit,qui ob sinceram erga ecclesiam Roma. deuotionem, voluit vt singulæ domus, quotãnis singulos argenteos ecclesiæ & sancto Petro persoluerent, vt in registro cronicarum.fo. clxx.& in lib.x.supplemẽ.cronica. Philippi.Bergomẽ.fo.ccliiii.nu.6049.latius continetur. Rex verò Hungariæ subest Imperio de iure:secundũ Parid. de put.in tract.de re mili.lib. vii.c.iii.qui censum soluit.ex quo,debita arguitur subiectio.l.iii.& ibi Bal.C. de natu.libe.c.ii.& ibi Abba.de cens.& tradit Alexan.in cõsi.xxxiiii.incipien.viso processu.col.ii.li.iiii.Ianuẽses verò superiorem habẽt regem Franciæ: secundũ Philippum Deci. in consi.ccclx. colum.fi.& ccclxi.col.fi.& Barba.in consi.xxxviii.colum. fi.in i.volumine. Idem de omnibus aliis regnis & dominationibus,quæ subsunt imperio:quia & ipsum imperium dependet ab ecclesia: & ita,per iusiurandum recognoscunt Imperatores ab ea illud tenere.dicto capitu. tibi domino.vnde, Dantes Florentinus Poeta laureatus,fuit de hęresi post mortem suam condemnatus, quoniam contrarium scripserat de monarchia: secundum Bart.in l.i.§.1.ff.de requiren.reis.& Panor.in cap.nouit. colum.iiii.de iudi.& in capitu.ii.de cleri.non resi.De qua materia, latè per Petr. de Ancha.in repe.capi. Canonum statuta.de consti.& Franc.de Are.in consilio lviii.columna tertia. Si ergo Imperium ab ecclesia dependet,ergo & regna quæ illis subsunt, saltem mediatè : iuxta illud, vassallus vassalli mei,vassallus meus est.De quo latissimè per Iason.in tracta.feud.titul. qui feud. da.pos. columna xii. Et sic restat istud ius præcipuum illustrissimi Francorum Regis,quòd neminem, nisi solum Deum in temporalibus superiorem mediatè vel immediatè recognoscit, comprobatum. Ex qua conclusione, sequuntur plures notabiles effectus,contenti in iuribus sequentibus.

*

Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Psalm. vi.

Ius septimum.



EPTIMVM Ius altum Christianissimi Francorum regis quod ex præcedenti sequitur, est: vt legibus Romanorũ Imperatorum, vel Iurisconsultorum subditus non sit: quæ de necessitate non seruantur in suo regno, sed prout bonæ & æquæ videntur, seu pro ratione à sapientibus scriptò tenus relicta, & deficientibus suis ordinationibus: secundum Bald. in l. fult. nemo. C. de sentent. & interlo. omnium iudic. Pet. Cy. & Docto. in l. i. C. de summa trinitate & fide catho. eundem Bal. in capit. fina. de consuetu. Ias. & Bal. in l. iii. §. si liber. ff. de condi. ob caussam. Petr. Rauenna. in Alphabeto aureo. post tracta. de consuetudine. Aluarotum in præludiis feudo. & Pet. Iacobi, in sua practi. titu. de præiudic. in rem actio. col. iiii. dicentem, quòd autentica sacramenta puberum, & plura alia iura Federici & Iustiniani seruantur in regno Fráciæ, ex cõmissione regis, & beneplacito populi, non ex subiectione. Et idem sentit glo. in capi. de accusat. iii. q. v. in verbo exterarũ. ibi respondeo, quia Gallis loquitur, qui leges illas non tenent. Similiter. xii. q. ii. cap. cùm deuotissimã. Papa reginę Francorum, Longobardam non Romanã legẽ inducit: vnde, aliàs ordinatũ & statutũ fuit, quòd quicunq; allegaret legem Imperatoris in iudicio vel extrà, capite trũcaretur: secundũ Nico. de Vbal. in tracta. successio. ab intest. versi. vltimus modus legiti. Et Oldra. consilio lxix. & Ioan. Lupum in repet. rub. de dona. inter vir. & vxor. in princi. Nec obstat cap. nolumus. xi. q. i. qui vult tam Francos, quàm alios, legibus cõstringi: quia hoc statuit Carolus Magnus Rex & Imperator, prout potuit ratione regni Francorum, quod habebat: testantibus om-

Quomodo Rex christianissim' legib' Romanorũ imperatorum uel iuriscõ subditus nõ sit.

nibus hystoriis. Et ideo, ponitur ibi dictio tam, quę est copulatiua diuersorũ, lege Mercatores. C. no. vec. impo. nõ posse. & l. cùm scimus. de agri. & censi. libr. xi.

Ordo iudiciarius ab Imperatorib⁹ & iurisc ōsultis Rom. descript⁹ cessat ĩ curia Franciæ.

HINC est, quòd in curia Franciæ, cessat miniméque seruatur ordo iudiciarius ab ipsis Imperatorib⁹ Romanis, & Iurisconsultis descriptus: imò sola veritate facti inspecta, proceditur: secundum Guido. Pap. quæst. lviii. Nicol. Boe. titu. de iurisditio. omni. iudi. §. xi. in glo. i. colum. iiii. & in suis addition. ad Ioã. Montanhe, de author. fac. mag. consi. & latius Guliel. Benedic. in ii. parte repe. c. Rainutius. in verbo, si absque liberis. in materia fideicõ. substit. per tex. in c. dilecti. ibi, simpliciter & purè factum ipsum, & rei veritatem inuestigare curetis. Facit lex si fideiussor. §. quædam. & l. quintus. vbi Barto. ff. mãda. de quo, extat ordinatio Philip. Pulchri. Francorum Regis, quam posuit Stephanus Aufre. in tit. de lib. obla. in hæc verba, Propter ineptitudinem libelli, vel omissam iuris solennitatem (dũmodo ex propositis & probatis in processu, certa ferri possit sententia) iudex sententiari nõ omittat. De qua in iure xii. vbi, de Parlamentis Francię latius tractabitur. Pro qua ordinatione regia Francorum, facit elegans & singula. dictum Speculat. in tit. de actio. & peti. §. i. versi. porrò. vbi dicit, quòd potius veritatem curare debemus, quam dispu tare de apicibus iuris: quoniam nõ refert, quomodo veritas inueniatur, dummodo inueniatur: sicut non curamus modum, dum tamẽ habeamus effectum, l. cùm seruus. ff. de verbo. oblig. l. ii. C. de ali. pu. præstan. l. fi. C. de donat. quæ sub modo. l. qui negotiationem. ff. de administ. tuto. l. item veniunt. §. à quo. ff. de peti. hæred. l. in spõsalibus. in i. ff. de sponsa. Voluit Ludou. Roman. consil. ccxlv. vbi latè. Veritas enim, semper quærenda est: & inuenta, attẽdenda, l. fin. ibi, veritati locum semper fore. ff. de proba. & habetur in l. i. in fi. C. de la. liber. tollen. & in l. cùm ita legatum. ff. de conditio. & demostr. Nihil enim est tam forte, quàm veritas: secũdum Bal. in lege exequutorem, col. antepenul. C. de execu. rei iudicatæ. cui omnia cedunt, c. veritati. viii. distin. cum sequen. & in capi. fraternitatis. de frigi. & maleficia. Ob quod veritas dicitur mater iustitiæ;

ſecundum Bart.in l.libertini.ff.de ſta.homi. Pro quibus, faciunt dicta per Philip.Decium in conſi.cli.Ludo. Roma.conſi.ccclxii.Ange.in cõſi.ccclxvii.Innocẽ.in ca.niſi cùm pridem.col.iiii.de renuntia.& Fran. de Cur.in conſil.xx.incipi.ſæpenumero. col.i.Facit id quod valuit Bal. in ſuo reperto.in verbo exequutio.quòd potius eſt curandum de iuſtitia,quàm de modo:per text.ſingu. in l.fina. §.fina.ff.quod metus cauſſa.vbi dicitur, quòd valet exequutio veri debiti non ritè facta,vel omiſsis iuris ſolennitatibus,ſi de veritate rei conſtet. Ad quod propoſitum,allegatur pro valde ſolenni & ſingulari,ille tex. per Bal. in cap. tua.vt lite non conteſta. Alexan.& Iaſõn.de May.in l. à diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iudica.de quo text. per Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.quæſti.xxiii.ff.de offi. procon.& in addi.ad Specu.ti.de ſenten.col.iii.& in cap. ſuper hoc.de renuntia.Abba.in cap. fina.col.6. in fin.de iudi.Alberi.in l.fi.col.vlti.ff.de iudi.Petrũ de ancha.cõſi. ccxciiii.incipien.videtur prima facie. conſilio præceden. col.vlti.Panor.in cap.ad petitionem.de accuſatio.Barba. in cap.ſuper literis.de reſcrip.Feli.in ca.ſciſcitatus.col. vlti.de reſcrip.Fran.de Cre.ſingu.ccxciii.incipiente, tenuta. Ludo. Roma. conſilio clviii.col.ii. & Philip. Decium in conſilio ſuo cxci.incipien.in cauſſa.circa finem. Ideo, dicebat Guido Papæ,in deciſioñi.Delphina.q.ccclxix.& latius quæſtio.cccccIxxxvi. quòd Curia Franciæ non curat defectum litis conteſtatio.aut publicationis teſtiũ, vel libelli ineptitudinẽ: ſecundum eundem,quæſti. ccclxvii. Nec præſtatur ſatiſdatio de ſoluendis expẽſis,imò omnes admittuntur ad litigandum ſine ſatiſdatione, ſublata ſola forma legis Generaliter.C.de epiſco.& cleri.& autent.libellum. C.de litis conteſta. Concluſio eſt ordinaria,in §. ſed hodie.inſtitu.de ſatiſdatio. quam notat & ſequitur Ludoui.Roma.in conſilio lxii.in fine. Et illud, quòd ſola veritate facti inſpecta,omiſſo illo ſolenni iuris ordine, procedatur in Francia,eſt verum:non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, in quibus extraordinariè proceditur ſummariè & de plano,ordine iudiciario ceſſante, tam per ſtilum generalẽ quàm per ordinationes regias. Imò ſi

ſecus fieret, puniretur talis iudex tanquam ſuſpectus, & quaſi diſsimulare & tegere vellet delicta, quæ abundant in regno: ſecundum Guliel. Benedi. in repeti. capitu. Rainut. ii. parte, in verbo, mortuo itaque teſtatore. numero, 230. vbi dat formam proceſſus extraordinarii: vt commiſſo aliquo delicto, inquiratur ad requeſtam procuratoris regii, & viſa inquiſitione, culpabiles verè vel præſumptiuè capiendos, aut perſonaliter in ius vocandos, decernatur. Quibus comparentibus, & auditis ſuper eis impoſitis: ſi negent, examinentur teſtes præmiſſo iuramento: & tandem, ſi plenè conſtet, quod commiſerint, condemnentur: aut ſi reſtant tantùm indicia ſufficientia, ſubiiciantur quæſtioni: qua perfecta, Iudex iudicabit ſecundum ea quæ per proceſſum reperiet, condemnando vel abſoluendo. Vel, ſi hoc fieri non poſsit, aperiet proceſſum ordinarium, partes in factis contrariis appunctando: quo pendente, multa pro, vel contra reum occurrere poterunt: ex quibus, iudex plenè inſtruetur. Aliam autem formā proceſſus criminalis ponit Hyppoli. de Marſil. in ſua Aluarolda, §. poſtquam. ibi, Modò proſequendo reſpōſionem rei factā per inquiſitionem: ſcias, quòd ſi ſponte cōfitetur contēta in inquiſitione, tunc notarius ſcribit talē ſpontaneam confeſsionē: poſtea, interueniēte termino duorum vel trium dierum, iudex ipſe vadit denuo ad Banchū iuris cum notario maleficiorū, & facit coram eis ducere reum, & ibi notarius nouiter legit, vulgarizādo dictam inquiſitionem, & dictā eius ſpontaneam cōfeſsionem. Poſtea, notarius, anteq̄ reus aliquid dicat, dicit hæc verba, videlicet, Aduertas ad ea q̄ tibi dicta & lecta ſunt, quia hîc tractatur de vita tua: ideo, ſi iſta quæ tibi lecta ſunt, & continētur in dicta inquiſitione, & ſimiliter in ſpōtanea confeſsione tua quā feciſti, ſunt vera, ea cōfirma: ſi autē nō ſunt vera: ſimiliter dicas ea non eſſe vera. Tūc, ſi ipſe reus iterū dicat illa eſſe vera, & affirmet eius confeſsionē, quia dicit̄ ratificaſſe & pſeueraſſe in confeſsione ſua, iudex dicit reo: Ego do tibi dies octo, vel decem, vel plures, aut pauciores, prout ipſi iudici videbitur, ad faciēdas tuas defenſiones: aliàs elapſo dicto termino, procedam ad ſententiam & ad exequutio-

nem contra te:secundum formam iuris & statutorũ. Quibus peractis,reus retruditur ad carceres inferiores:vbi, potest cum procuratoribus & aduocatis, ordinare suas defensiões,si quas facere vult. Quod si permitteretur in Frácia, multa delicta remanerent impunita,propter prolixitatem ꝓcessum criminaliũ,& aduocatorũ subtilitates, vel potius cauillationes. Quare,pro bono iustitiæ, sublatæ sunt tales iuris cõmunis ceremonię:ex quibus,ꝓcessus redditur nullus:adeò, quòd si iudex habebat notitiam perfectam delicti: si tamen in inquisitione erat aliqua ineptitudo, (vt quæstio non præcedentibus indiciis legitimis, sed superuenientibus,reo illata)ex qua,erat sequuta cõfessio etiam verificata,& per rei euidentiam apparens: eo casu, debet de iure communi sequi absolutoria ab obseruatione iudicii,per glo.& docto.in l.penulti.ff.de quæstio. Et postea, facto debito processu de nouo,seruatis seruandis, poterit diffinitiuè condemnari. Ista est forma inanis & ceremonialis iuris communis:secundum Angel.in consil.lxxviii. incipiente,visis actis prædictis &c.Pariter,in caussa ciuili, si actio ineptè est proposita, quantumcunque de iure partis constaret, debet sequi absolutoria ab obseruatione iudicii,actione apta & pertinente actori, quoties eam experiri voluerit,reseruata. Tex.est melior de corpore iuris,in l.Beblius.§.fina.ff.de pac.dotalib. & notatur in cap. examinata.de iudiciis. Sed nemini venit in dubiũ,melius, facilius,& vtilius esse,ex ineptę actionis vel accusationis instantia condemnare vel absoluere,si de facti veritate constet, quàm reũ ab obseruatione iudicii absoluere. Et postea,nouam instantiam inchoare. Propter quas rationes,cõueniens visum fuit,talem ordinem ceremonialem legibus Romanorum adinuentum,in Francia non seruari: per legem ordo.ff.de publi.iudi.quamuis Specu.in tit.de actio. & petitio.§.super. versicul. sed quis conqueratur de curia Francię non seruante ordinem iudiciarium,sicut nec Veneti faciunt:secundum Petr.de Ancha.consilio clx.quia si ita non fieret,regnum propter delinquentium multitudinem corrueret. Vnde,sapientissimus Scipio Nasica, Mutio Sceuolæ consuli Romano seditionem Tiberii Grac-

chi Tribuni plebis iure ordinario punire volenti, dixit: Quoniam (inquit) consul, dum iuris ordinem seruas: id agis, vt cum omnibus legibus, Romanum Imperium corruat: secundum Vale. lib. iii. titu. de fortitudine. Quod est verum, respectu ordinis iudiciarii solẽnitatem quandam, vel potius ceremoniam continentis. Secus autem de ordine substantiali facti veritatem concernente: vt est partis vocatio, auditio, plena probatio, testium exhibitio, defensio pertinens tam super facto principali, quàm contra testes: & sic de similibus. Nam iste substãtialis ordo iustè seruatur, tam in criminalibus quàm in ciuilibus. l. absente. ff. de pœnis. secundum Petr. de Ancha. in consil. clxvi. prope finem: & Feli. in ca. i. de litis contestatio. colum. iii. quia est quasi iuris naturalis talis ordo substãtialis, quem etiam seruare princeps tenetur: secundum Angel. in l. princeps. de legibus. & Iaso. in l. i. col. i. ff. de constitu. Principum. Et ideo, Hyppolitus de Marsi. in lege, qui cedem. colum. penulti. ff. de sicariis, dicit, quòd in iudiciis quantumcunque extraordinariis, talis qualis ordo est seruandus, maximè absque præcipitatione, quæ posset processum reddere ipso iure nullum: secundum Barto. in l. prolatam. C. de sentent. & interloc. omnium iudi. & Dominicum in cap. ponderet. 50. distinct. de quo, latè per Feli. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. Et ideo, dicit Bald. in capitu. i. §. si furtum. colum. v. de pa. iura. fir. quòd cognoscere ordine non seruato, est ius alterius auferre: imò tunc iudex dicitur procedere de facto: secundum Bald. in l. ictus fustium. colum. vlti. ff. de iis qui notant. infa. prout refert & sequitur Catal. in suo tracta. sindica. versicul. ccccxvi. incipiente, adde quòd &c. imò, omissio ordinis inducit præsumptionem fraudis. glo. in l. i. de fide instrument. & iu. hastæ fisca. libr. x. quam refert & sequitur Ludo. Roma. consil. liii. incipien. visis. colum. vlt. quia vbi non est ordo, ibi deficit substantia: secundum Bald. in cap. i. colum. i. qui succe. tene. in vsi. feudo. Ideo, iudici (iuris ordine non seruato) procedenti, potest resisti de facto. l. prohibitum. de iu. fisci. lib. x. secundum Ioann. And. & Geminia. in capit. dilecto, de senten. excommu. in vi. Ange. in l. i. ff. ne quis eũ

qui in ius &c.& in §.quadrupli. instit. de actio. quia tunc non præsumitur pro iudice aut facto eius: secundum Bal. in l.sancimus.versicul.xiii.queritur.C.de iudi.& Paridem de put.in tract.sindica.char.xix. quãuis regulariter cõtra legẽ Herennius.§.gaia.ff.de euicti.& capi. pisanis.de restitutio.spolia.& l.ii.C.de offic.ciui.iudi.Ideo, talis ordo substantialis non est sublatus per dictam ordinationẽ Philippi pulchri Francorum regis:cuius authoritas in talibus fuit & est requisita:cùm inferior à rege vel principe superiorem nõ recognoscente,caussas(iuris ordine non seruato)decidere,aut decidendas ordinare non posit, etiam si esset Legatus:secundum glo.in cap.fina. in verbo figura. de hære.libr.vi.& ibi Lap. & Domini.de sanct. Gemi. & idem glo.in clemét.sæpe.in verbo mandamus. de verborum significati.& ibi Zenzeli.Pau. de leaza. & Cardi. & Specul.in tit.de lega.§.superest.colum.i.& Pau. de Cast. consil.xciiii.colum.i.De quo per Alexand.in consi.cvi.colum.v.in secundo volumi.Guliel de Cug.& Bald.in l.nec quicquam.§.de plano.ff.de offi.Proconsul.& Ang. in sua quæstio.incipien.Astensis miles. Antonium de Butr.in capit.dilecti.de iudi. Alexand.in l. nemo potest.colum.i.ff. de legatis i.& Rochum de curte.in cap. fina.colum. cxii. de consuetu. Et hæc quantum ad leges Romanorum ordinem iudiciorum concernentes,dicta sufficiant: vt de aliis in regno non seruatis,aliquid dicere valeamus.

HINC est & secũdò,quòd tituli de accusat.ad senatusconsul. Turpilli.de aboli.gene. non habent locum in Francia: quia nullus admittitur etiam pro sua vel suorum iniuria, ad aliquem accusandum de crimine ad vindictam publicam:sed pro suo tantùm ciuili interesse, seu actione ciuili ex crimine etiam publico orta.l.qui nomine.ff.ad legem Cornel.de fal.l.damus.& l.penul.C.eodem.latè nota. & traditur in l.vnica. C. quando ciuilis actio criminali præiudi.Imò omnia crimina promouentur & prosequuntur per procuratorẽ regium:secundum Gul. Bene.in d.repetit.capit.Rainu.in secunda parte,in verbo, mortuo itaque testato secundo.nume. 100. vbi de hoc rationes asignat,ne pauperes per potentiũ accusationes opprimãtur,

Tituli de accusat.ad senatuscõ. turpilli. de aboli. gen. non habent locum in Francia.

& vt crimina efficacius puniantur. Timeret enim quisq; prudẽs, solennem instituere accusationem, ne defectu ꝓbationis, in pœnam calumniãtis incidat: &, ne inuidus dicatur: sicut in dubio præsumitur. cap. decreto. ii. quæstio. vi. vbi bona glo. &, ne in caussæ prosequutione depauperetur. Pariter, multi colluderent cum accusatis: quibus absolutis, crimina remanerẽt impunita. gl. lege, ita vulneratus. ff. ad legem Aquili. vt latius prosequitur in loco præallega. domi. Benedictus.

Solennitates testamentorũ, legibus Romanorũ Imperatorũ & iuriscõsultorũ adinuẽtæ & requisitæ nõ seruãtur in Francia.

HINC est tertiò, quòd solennitates testamentorum legibus Romanorum Imperatorum & iuriscõsultorũ adinuentæ & requisitæ, non seruantur in Francia: imò, sine illis valet testamentum: dũ tamen duo aut tres testes adfuerint: iuxta ca. cùm esses. de testa. secundum Ioan. Fab. in l. i. C. de sacrosanc. eccle. Et Nico. Boe. in §. i. in gloss. prima, de testa. in cõsuetu. Biturigum: vbi allegat Oldra. consilio ccxlviii. incipiente, pręsupposita cõsuetudine Parisiensi, dicentem, talem consuetudinem vigere Parisiis & in ciuitate Venetiarũ: in qua, propter mercantiarum occupationem, vix possunt habere testes: secundum Bar. in repeti. legis, de quibus. colum. penult. ff. de legibus. De qua consuetudine, an valeat, latè per Bal. in consilio cxliii. volumi. quarto. & Modernos, in repe. legis primę. C. de summa trinitate & fide catho. Sed quid de testamẽto facto in Barbaria, vel in portu aut ciuitate Soldani vel Turcæ cũ duobus testibus? est ne validum inter Christianos? notatur per Barto. & Docto. in l. i. quemadmodum testa. aperiantur. Bal. in rubri. ff. de rerum diui. Cepol. in tracta. de serui. rusti. prædio. titu. de portu. & latius per Ias. in lege, ius ciuile. in fine. ff. de iustitia & iure.

HINC est etiã, quòd donationes excedentes quingentos aureos absq; insinuatione per iura Romanorũ Imperatorum requisita, valent in Francia. glo. fina. in §. primo. de dona. in consuetu. Biturigũ: quia talis solẽnitas est sublata, etiam in règno Siciliæ: secundũ Calde. in consilio primo. titu. de dona. nimirũ, quia aurei sunt ita diminuti, vt septuagintaduo non faciant libram auri, imò plures intrant ad librã auri. Ideo, valet donatio in maiori summa:

ſecundum Pau.de Caſtr.in l.fin.in princip.C.communia de lega.& Philippũ Deci.in conſi.ccxxxix col.i. vbi concludit poſt multos Doćto. iuramentũ purgare defećtum huius ſolennitatis.

SIMILITER, lex Iulia de adulteriis, eſt ſublata:quia adulteria non puniuntur in Francia:ſecundũ Ioã. Fab.in.§.ex.non ſcripto.de iure natu.gen.& ciui.& in.l. prima,quæ ſit lon.conſue.imò reputatur induſtria : ſecũdum eũdem Fab.in.§.item lex.inſti.de publ.iud. imò per arreſtum prohibitum fuit,ne cõtra adulteros procedatur, niſi viro aut vxore conquerente.gl.in.§.fina.de concubi. in prag.ſanćtio.& malè,ſecundum Ioan.Barbe.in viatorio ſuo:quia ſcriptũ eſt, quòd Rex debet furta cohibere, adulterina punire,impios de terra perdere &c.capi. Rex. xxiii.quęſtio.quinta:ideo,refert Guliel.Benedic. in ſecũda parte repeti. capi. Rainu.in verbo cuidam Petro. quòd per ſtatutum Carturcẽſe,adulter punitur in ſexaginta ſolidis,vel ducitur per vicos cũ camiſia abſq; fuſtigatione:& Petr.Rauen.in fine ſui alphabe.aurei, refert conſuetudinem eſſe in Francia quòd quando vxor cõmiſit adulteriũ, vir eius publicè ducitur ſuper aſinum ſedens tanq̃ modicę vel nullius virtutis. Quæ fortè procedũt, niſi interueniat violentia, & ſic cõcurrat adulteriũ cũ raptu:quia tũc acriter punitur:vt patet ex dićtis per Guagui. in Cronica Caro.vi.Francorum Regis.lib.ix.c.iii.

Lex Iulia de adulteriis quare eſt ſublata in Frãcia.

PARITER, leges ſeu conſuetudines feudorum, non habent locum in Francia, quia imò quo ad ius ſuccedendi,vendẽdi,teſtandi,ſeu trãſferẽdi feuda, ſunt redaćtę ad inſtar patrimoniorum:ſecundũ Ioan.Fab. in §.primo. inſti.de empti.& vendi.& in.§.primo. de leg.pa.tute. & in autẽtica ingreſsi.C.de ſacroſanćtis eccle.& in §. adeo. inſti.locati.Bal.in capi.primo,quæſtio.penul. de ſucceſſ. feudi:& ibi Barba.in addi.Iaſ.in.l.de quibus.verſicu.tamen vltra montes.colũ.xvi.ff.de legi.Ioan.Andr. & Panormi.in ca.ſignificauit.de reſcrip.Petr.Iaco.in ſua prac. titu.ex quibus cau.feud.amitta.in addi.& titu. de ſucceſ. feudi.colũ.viii.verſic.modò in ſumma. vbi dicit, quòd liber feudorum in hoc quòd prohibet alienationes, nõ eſt

Leges ſeu cõſuetudines feudorũ an habeãt locũ in Frãcia.

in regno Franciæ allegandus. Ita etiã seruatur in Delphinatu, secũdum Guido. Pa. quæstio. ix. & quæstio. ccxcvij. & in Ducatu Bituriceñ. secundũ Nico. Boe. in. §. i. de feu. Et in Ducatu & Comitatu Burgũdiæ, & Niuernensi, secũdũ glo. in. §. quinto. de feud. in consuetudinibus Burgũdiæ. Et idẽ in patria Turonensi, secũdum Ioan. Sanso. in cõsue. Turoñ. titu. *Des loyaulx aydes* artic. fina. & titu. *De pié de fief.* articu. secundo, & in titu. *Comment homaige se doibt faire.* articu. primo. in glo. mag. cõclu. xxxv. vbi allegat Ioã. Fab. vbi suprà, qui est Deus legũ apud Frãcos, secundum eum ibi. Et ideo, decidit glo. in dicto. §. quinto. circa finem, quòd sine dubio, poterit Rex Franciæ, etiam ignorantibus vel inuitis ciuibus, vnam ciuitatem alienare: per dicta per Ludoui. Roma. consilio xxvi. & Iaso. in l. de quibus. colum. xvi. ff. de legibus. & in. §. item seruiana. insti. de actio. Quamuis cõtrariũ in specie de rege Frãciæ tenuerit Bal. in c. in generali. si de feu. fuerit cõtrouersia inter do. & agna. quem refert Iason, in l. debitorũ pactionibus. C. de pac. & in. l. tertia. colum. xxiiii. C. de iure emphi. sed non habuerunt cõsyderationem ad hoc, quòd feuda in Frãcia sunt reducta ad instar patrimoniorum ex consuetudine, vt dictum est: secundum quam consuetudinem nouissimè cõsuluit Philip. Decius, in cõsilio ccviii. secundæ partis, eam certo modo restringendo, & in consilio. cclxix. columna tertia.

Religiosi quemcunque ordinẽ ꝓfeßi fuerit, ĩ regno Frãciæ ab intestato nõ succedũt parẽtib⁹, nec monasteriũ ꝓ eis.

HINC est etiam, quòd religiosi, quemcunque ordinem professi fuerint, in regno Franciæ ab intestato non succedunt parentibus, nec monasterium pro eis: cùm eorũ cognatio, de terra migrauerit ad cælos: capi. i. de mili. vassal. qui ar. bel. depo. & cap. nõ dicitis. xii. q. ii. Ex quo, etiã ius retrahendi non habent, sicut nec succedunt: secundum Masu. tit. de testa. & vlti. volunta. §. item per consuetudinẽ regni. Guliel. Benedi. in repeti. capitu. Rainu. in verbo, & vxorem. nume. 220. & glos. in §. final. de testa. in consue. Bituri. vbi dicunt, in Cancellaria Regis Franciæ eis literas commissionales ad vendicandũ seu partem hęreditatis aut successionis petendũ denegari: ideo, dictum fuit per arrestum, quòd quidam religiosus ordinis Cluniacen. non erat

recipiendus tanquam cõquerens in caussam saisinæ & nouitatis, ad caussam succesionis cuiusdã sui cognati: vt habetur in tract. arresto. domi. Aufre. artic. lvi. Nec per professionem dedicantur tacitè bona ipsius profitentis monasterio, nisi expressè ea dedicauerit, aut prius aliter disposuerit: quia finguntur nunquam bona habuisse: nec posset Papa super iis dispensare in loco in quo non habet temporalem iurisditionem: secundum eundem Masue. vbi suprà. Et sic, cessant in regno Franciæ auten. ingresi. & lex deo nobis. quæ est fin. C. de episc. & cleri. quia non subest Imperatori, qui tales leges condidit: secundũ eundem Benedi. in loco prœalle. vbi huius rei multas alias asignat rationes: & in ii. decisi. circa princip. scilicet quòd eæ leges non fuerunt receptæ in obseruantia: ideo, non ligant, per glo. in capi. i. de treu. & pa. vbi plenè per Feli. & Iaso. in l. rem non nouam. C. de iudic. & Alexan. in consi. vi. col. ii. i. vol. & consil. cxxxii. eodem volu. & consi. xviii. vol. ii. Et est vsus talis toleratus per summos Pontifices, & totũ Clerum: quæ tolerantia, inducit dispensationem: dato casu, quod tales leges ligarent in foro conscientiæ. glo. in capi. quod super. de consang. & affi. & sufficit ad euitãdum peccatum. gloss. in capi. gratia. de rescri. lib. vi. & in capi. quoniam. de vi. & hone. cleri. & in capi. vir autẽ. de secũ. nup. de quo latè per Iaso. in l. omnes populi. in secunda lectu. ff. de iusti. & iu. & dicta lege, rem non nouam. Ideo, denegantes tradere partem hæreditatis dictis religiosis in Francia, non peccãt: quia sic est viuere consuetum: prout in simili dicit Cardi. in capitu. cùm ad monasteriũ. de sta. monacho. Et pro Francis, videtur esse text. Deutero. xviii. vbi dicitur, Non habebunt sacerdotes & Leuitæ & omnes qui de eadem tribu sunt, partẽ & hęreditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini, & oblationes eius comedent: & nihil accipient de possesione fratrum suorum: Dominus enim, ipse est hęreditas eorum. Quam consuetudinem approbare videntur domini de Ro. tit. de consue. decisione, i. in antiq. Nec est contra libertatem ecclesiæ, quia nihil aufertur: licet eidẽ non deferatur, cùm non sit ius quęsitum ecclesiæ tempore talis consuetudinis: vt dicit Barto.

cõsilio suo. xxxv. incipien. quidã Cola Pauli, & latè Hipp. de Marsi. in singula. cxciiii. vbi de iure quæsito & quærẽdo: vt laici super quęsito statuere non possint, sed bene super iure quærendo, secundum Bal. in consi. xi. inter consilia Petri de Anchara. incipiente, sub protectione &c.

Leges quæ dicũt milites, barones, decuriones non posse torqueri, non habẽt locũ in Frãcia.

HINC est etiam, quòd lex à diuo Pio, & lex milites. C. de quæsti. iuncta l. omnes iudices. C. de Decurio. lib. x. cum simili. in quantum disponunt milites, barones, decuriones non posse torqueri, non habent locum in Francia: quia etiam nobiles, quacunque dignitate fungantur, casu exigente, torquentur. Erraret enim clauis iustitiæ in hoc, si delicta maiorum celaret. l. ad splẽdidiores. de diuer. off. & appari. lib. xii. & habetur Sapien. vi. Potentes potenter tormenta patientur. capitu. illud. viii. quæsti. i. vnde, cùm semel anno 1385. quidã aduocatus allegaret in parlamento Parisiensi, quòd dominus d'Argenton Baro non poterat subiici torturæ, fuit per arrestum ei, ne vnquam talia allegaret, prohibitum: & quòd etiam Comes in tortura poneretur, casu requirente: nec curia illo iure ciuili vtebatur, vt per dominum Aufre. in suo tracta. arresto. articu. cxvi. & Ioan. Gal. in suis quæstionib. arresto decisis, quæstio. xlv. & Guliel. Benedic. in secunda parte repeti. capit. Rainu. in verbo, mortuo itaque testato. nume. 222. vbi dicit, quòd quamuis de iure, Nobiles pati non debeant viles pœnas suspendii, l. desertorem. §. primo. vbi glos. ff. de re milit. tamen non seruatur in Francia: secundum Bartol. in dicta l. desertorem. & Bald. in §. si rusticus. de pace tenenda. & in capitu. cùm quidam. de iureiuran. vbi dicit in Francia seruari, quòd nobiles in altiori furca suspendantur, maximè pro crimine proditionis. Et ita videmus in omnibus ferè furcis regiis, altiorem esse trabem pro nobilibus: secundum eum ibi, & Hippo. de Marsi. in repeti. l. vnicæ. C. de rapt. virginum. numero 107. Sed quæ pœna sit maior suspendii vel amissionis capitis, latè per Philipp. Decium, in consilio lxv.

Cur leges punientes effectũ seu

SIMILITER, leges punientes affectum, seu conatum pro effectu, sicut lex, is qui cum telo. C. ad legẽ Corn. de sic. lex, si quis non dicatur. de episc. & cleric. & similes,

conatū pro effectu nō seruātur ī regno Frā cia.

non seruantur in regno Franciæ: secundum Specula. titu. de accusa. §. i. versi. sed quid si post. & Petrū Rauen. in alpha. aureo. in verbo, homicidiū. sicut nec in Italia: vbi, per statuta, delicta puniuntur: secundum Barto. & Bald. in dicta lege, is qui. & in l. i. §. diuus. ff. ad legē Cornel. de sica. eundem Bald. & Cepolam, in repet. legis, si fugitiui. C. de ser. fugiti. Decium in l. non vult hæres esse. ff. de regu. iuris. & Iason. in rubrica insti. de actio. col. penult. Quod tamen est verum, nisi in crimine læsæ maiestatis, l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiesta. Ideo, anno 1391. die 23. Maii, quidam Bernardus fuit condemnatus ad mortem, quia insidiis pensatis, percusserat gladio magistrum Rodulphum de Quugnerii, Regis consiliarium in camera Parlamenti: vbi erat Commissarius per curiam deputatus in quadam caussa eiusdem Bernardi: commotus, eò quia in caussa sibi non complacebat. Et fuit condemnatus, perinde ac si eum occidisset: quod fuit valde durum curiæ, propter prędicta: secundum do. Aufre. in tract. arrest. articu. cxxxvi.

Quō leges pmittentes bastardos parentibus succedere nō seruantur in Frācia.

PARITER, leges permittentes bastardos succedere parentibus, sicut lex, si qua illustris. C. ad Orfi. §. fi. insti. eodem. auten. licet. de natura. libe. cum similibus, non seruantur in Francia, vbi bastardi patri nec matri succedunt: secundum Masuerum, tit. de proba. §. Item si defunctus. & titu. de testa. & vlti. volun. §. item naturales. propter illud verbum diuinum ad Abraham, Eiice ancillam & filium eius, solo ei dato munere ad viuendum: quia non erit hæres filius ancillæ &c. Quod æquū visum est ad refrenandā libidinem: ex qua, infinita oriuntur scandala: &, ne matrimonia contemnantur, quorū onera facilè quilibet euitare conaretur. l. pro oneribus. C. de iure dotium. Ob quod, in legitimationibus, etiam de consensu patris, cōsueuit Rex partem bonorum capere, aut certam finâciam per Cameram computorum, præcedenti inquisitione de valore bonorum taxanda: sine qua authorizatione, legitimatio non esset efficax: secundum Guliel. Benedi. in repeti. capitul. Rainu. in verbo & vxorem. in materia succesio. ab intestato. nume. 712. vbi latè per eum, de testa. Tamen de cōsuetudine dicti regni Franciæ, bastardi retinent nobilita-

tem, & arma domus: secundum glo.in.§.iii.(*des succeßions des bastardz*)in consuetu. Burgundiæ.

SIMILITER, lex prima.C.de contractib. iudi.l. quisquis. si certum peta.l.i. si rector prouin.& similes, non seruãtur in Frãcia, quia cũ omnes officiarii sint perpetui, possunt cum subditis cõtrahere, acquirere immobilia, matrimonia celebrare, & in ius vocari: nõ obstãte l.ii.ff.de in ius vocan. secundum Ioan.Fab. in dictis iuribus: Guido. Pap.q.cxcv.& eundem Bene.in verbo, duas habens filias. & in verbo, testamentum primo.num. 8.& quòd sint perpetui, patet ex ordinatione Ludo.xi. de qua per Guagui. lib.x.cap.ii. Ibi, conuersus inde ad rempublicã. & Ludo.x. conscius sibi, quantum odii & inimicitiarum ob plurimos à se, vt voluerat, magistratu officióque destitutos contraxisset, legem tulit, magistratus perpetuos fore &c. Ob quod, officia & iudicaturæ teneri possunt in loco originis & domicilii, non obstante l.fi. C.de crimi.sacrile. secundũ eundem in dicta repeti.in verbo, & vxorem.circa fin. quãuis per ordinationes regias antiquas legibus Romanorũ Imperatorũ in hoc conformes, esset hoc prohibitũ. Et ob quod, plures officiarii ab eorum officiis priuati & destituti fuerunt, teste Guagui.lib.ix.cap.i. sed hodie secus, vt patet in ordinatio. Caroli vii. Caroli viii. de quibus ibi per eũ.

PARITER, lex cùm hæredes.ff.de acquiren. possess.lex si sorori.C.de iure delibe. & similes requirẽtes appræhensionem possessionis fieri per hæredes etiam veniẽtes ab intestato, non seruantur in Francia: quia imò mortuus sensit viuum, sicut in simili dicit Bald.in l.fina.C. cõmunia, de manumissis. quòd mortuus aperit oculos viuẽtis: ita quòd sine alio actu corporeo, possessio defuncti cõtinuatur in hæredem proximiorem: secundum Ioan.Fab. in §.sui autem.insti.de hære.quali.& differen.non obstãte quacunque clausula derogatoria per testatorem apposita: secundum eundem, in §.alteri.insti.de inutili stipula. Ita quòd in vim illius ciuilis possessionis, intẽtatur interdictum Recuperãdæ, & casus nouitatis: quamuis non fuerint adepti possessionem realem: secundum eundem, in §. in summa. & §.fin. insti.de interdi. De quo casu nouitatis latè


latè per Guido.Papæ.quæstio.cccccliii.imò etiam interdi-ctum Retinendæ, si bona teneant: secundum glo. in §.i. de successio.in gloss.prima.nume.5.in consuetu. Burgundiæ,vbi latè de hoc & glo.in §.vi.de testa.& vlti.volun.in consuetu.Biturigum:& Ioan.Sanson.de succes.feudo.articu.ii.in consuetu.Turoneñ.vbi plura dicunt de hac possessione,& latissimè Barba.in repeti rubri. de caussa poss. & proprie.colum.xxii.Item,licet iudices debeant per se& non per alium sententias definitiuas proferre.l.ii. C. de sentent.ex pericul.reci.cap.fina.de re iudi.libr.vi. tamen in Frãcia secus,quia vt notoriè patet, per Graffarios proferuntur ex stilo qui comprobatur ex doctrina Bald. & Imol.in l.si procuratoris præsentis.ff.de verbo.obligatio. vbi dicunt & Iaso.post eos, quod si notarius pręsente Potestate legit sententiam : videtur ipse Potestas legere: per text.in l.quòd statuliberum.in fin.de dona.caus.mort. de quo per Hippo.de Marsi. in repetit.legis,de vnoquoque. nume.133.de re iudic.Item,licet ad dictum vnius testis idonei de certa scientia & de actu deponentis, quis possit secundum leges torqueri, secundum omnes docto. maximè repetitio.latè in lege admonendi.de iureiuran.& Hyppolitum de Marsi.in sua practica crimina.§.diligenter. & in repetitio.legis fina.& rubric. C. de probatio. per gloss. iii.C.ad legem Iuliam maiesta.secundum Guliel.Benedi. in verbo,addictæ impuberi.nume.54.non tamen in Francia, si est vir bonæ vitæ & famæ: per ordinationem beati Ludouici,anno 1354. De qua per dominum Aufre. in titul.de quæstio.& Benedic. in ii.parte suæ repetitionis, in verbo, Mortuo itaque testatore.nume.202. Multa sunt alia iura,& leges Romanorum, quæ non seruantur in prædicto regno Franciæ : quas in specie hîc designare,esset magis tediosum legentibus,quàm placidum. Satis enim erit,iis paucis, ius istud regiũ septimum probasse.

*

Acceptus est regi minister intelligens: iracundiam eius inutilis sustinebit. Prouerb. xiiii. cap.

Ius octauum.

Notarii Imperiales aut apostolici nullam habēt potestatē instrumēta cōficiēdi in materijs tēporalibus aut prophanis in Frācia.



CTAVVM Ius altum sacræ coronæ Franciæ, quod etiam ex sexto sequitur, est: quòd in Francia Notarii Imperiales aut Apostolici, nullam habēt potestatem instrumenta conficiendi in materiis temporalibus aut prophanis: vt patet in ordinationibus Regiis, articulo, *Item est prohibé & defendu à tous les subiectz du Roy nostre sire, de ne faire passer ou receuoir leurs contractz par notaires imperiaulx, apostoliques ou episcopaulx en matieres téporelles ou prophanes, sur peine de n'estre foy adioustée ausdictz instrumens, lesquelz, doresenauāt seront reputez nulz & de nulle efficace & uertu &c.* Quæquidem ordinatio est iuridica, sicut de statuto prohibente notarios forenses, dicit Angel. in consilio cxciii. incipien. viso processu. & Fulgo. in consil. cli. inci. egregius miles. colum. penulti. quia notarius extra territorium creantis, instrumenta conficere non potest: secundum Hostien. & Antonium de Butri. in capi. sicut. ne cleri. vel monach. Quicquid ibi dicat Panormita. de quo, latè per Bartol. Bald. & docto. in l. i. C de summa trinitate & fide catho. per Imol. & Felin. in capi. cùm P. Tabellio. de fide instrumen. Item, æqua est dicta ordinatio, quæ fuit facta propter innumerabiles abusus comitum palatinorum: qui, authoritate apostolica vel imperiali, creant notarios: secundum gloss. & docto. in capit. per venerabilem. qui filii sint legi. & in l. ii. ff. de offic. Proconsul. & legati. Nam habentes potestatem limitatam, puta creandi certum numerum tabellionum, vel legitimandi certos bastardos, quotquot ad se veniunt, indifferenter promouent & legitimant, nullo

præcedente examine: contra legem, nemini. C. de aduoc. diuerso. iudi. & doctrinam Barto. in l. i. ff. de va. & extraordi. cogni. & Panormita. in rubrica de postulan. Debent enim scire iura notarii. gloss. Bartol. & doctor. in lege, generali. C. de tabula. lib. x. & Speculat. in titul. de instru. edit. §. restat. versicul. nunquid tabellio. & Panormita. in capitul. i. de fide instrument. colum. fina. versicu. ex iis infero. & in capitu. sicut. allegat. & Angel. in §. cùm autem. institut. de adop. Ideo, tenentur de imperitia, ad interesse partis læsæ: secundum doctor. vbi suprà & Alexand. de Imol. in lege, argentarius. §. an autem. ff. de edendo: & ibi Bologni. in nouis interpretationibus, & latius Nico. Boe. in additionibus ad Din. in regula non est sine culpa. de re gul. iur. libro vi. Hinc dicebat Bald. in consilio ciii. libr. iii. quòd imperitia notariorum destruit mundum, & ponit conscientias virorum in magno discrimine: vnde, eos deridet Ludouic. Roma. in singula. l. i. dum dicit, Sunt enim vt papiticus Gallus, aut picæ in palatiis dominorum loquentes, legentes, & scribentes, & non intelligētes. Ideo, sunt odiosi legibus: secundum Lucam de penna. in l. i. vt nemo ad suum patroci. libro xi. & in l. excellentia. C. de eroga. mili. anno. libro xii. & in lege, quemadmodum. colum. v. de agri. & censi. libro xi. vbi dicit, quòd præsumptio est contra notarios, vt habeant propositum rapacitatis, voracitatis & fraudis. l. i. C. de numera. secundum eundem Lucam in lege, mediterraneum. de anno. tribut. lib. x. quę non aliunde procedunt, nisi ex numerositate excessiua notariorum: sicut à simili de protonotariis & doctoribus Italiæ dicit Panormita. in capitul. i. de priuilegiis. & ex abusu istorum comitum palatinorum, qui abusiuè comites dicuntur: secundum Panormita. in capit. veniens. in tertio nota. de præscriptionibus. & in capit. legebatur. colum. i. de maiori. & obedien. Cardi. in cle. ne Romani. §. sanè. in vi. quæstio. de elect. & Iaso. in l. in suis. ff. de libe. & posthu. & latè per. Iacob. de sancto Georg. in tract. feudo. in versicul. comites. vbi dicit, quòd non habent territorum, sed iurisditionem quandam voluntariam limitatam, & dicuntur comites: secundum quid: sicut Rex

Quomodo imperitia notariorũ mundũ destruit ponitq; in magno discrimine uirorũ animas.

Scachorum dicitur Rex secundum quid.glo.in capit.pudor.xxxii. quæstio. ii.quia exercent aliquem actum similem actibus verorum comitum:sicut in festo Innocētium, in aliquibus ecclesiis cathedralibus,iuuenes insignia pontificalia assumentes, aliquos actus similes actibus veri episcopi faciunt:secundum glos.in titu. de specta. in ecclesia non fien.in princ.in pragma.sanctio.sic,isti comites palatini faciunt aliquos actus, ad principem superiorem non recognoscentem impertinentes:secudum Philip.Decium in consi.cccvii.vt est legitimatio spuriorum.l.i. §.ait prætor.ff.de postula.& in §.illud.in autenti.quib. mod.natu. effi.sui.colum.vii.latè per docto.in cap.per venerabilem. qui filii sint legi.& Tabellionum generalium creatio : secundum Innocen.Panor.& docto.in cap. cùm P. Tabellio.de fide instrument.Albe.de Rosa. in tracta.statu.in 1. parte.quæstio.lxxiii.Old.consil.lxx. Calderi.consi. ii.titu.de fide instrumen.& Ange.consi.cclxxiiii. Cōtra quos comites palatinos,dictum fuit per arrestum Parisiis, die vicesima secunda Maii, & contra dominum Ioannem Manué militem,comitem palatinum se dicentem,quòd quando ad creationem notariorum & legitimationem bastardorum processerat in regno Franciæ,abusus fuerat,& declarauit curia, omnia in hac parte facta, esse nullius effectus,& condénauit ipsum ad ea reuocanda,dicendo,quòd nulliter(non habendo potestatem in dicto regno)abutédo,creauit notarios Imperiales,& fecit legitimationes:vt in arrestis.cap.ccli.quia licet legitimatio sit voluntarię iurisditionis,tamen non potest fieri de non subditis: secundum Bald.in l.i.C.de iur.aur.anul. Barto.in l.qui in prouincia.§.diuus.ff.de ritu nuptia.Cor.Peru.in consil.i.lib. iii.Nec habet locum prorogatio,cùm sit de reseruatis principi:secundum Antoñ.de But.& Abba.in capit.per venerabilem.qui fil.sint legi.& in cap.P.& G.de offic.delega. & Pe.de anch.in consi.cccxxi. Quid autem de comite legum,qui per viginti annos legit, qui etiam de iure potest creare notarios,&legitimare bastardos:secundum Pau.de Cast.in l.i.cōsti.C.col.ii.& Philip. Deci.in l.i.col.iiii.ff.de offi.eius cui est man.iuris?Credo quòd non tolerarentur

in Francia,ex caussis & rationibus præmissis. Ex quibus, dicta ordinatio regia iusta & rationabilis demõstratur,maximè in hoc,quòd instrumenta per dictos notarios apostolicos & imperiales recepta,annullat ibi, quando dicit, *Seront reputez de nul efficace & uertu.* Quæ verba, erant necessaria:quia aliàs non obstante quacunque prohibitione, instrumenta fuissent valida:secundum Bart.& Ange.in l. vniuersos.C.de Decur. lib.x.vbi, Decuriones prohibêtur officium notariatus exercere : tamen si instrumenta côfecerint,valent:licet facere non debuissent. Simile habetur in cap.sicut.ne cle.vel mona. vbi clericis tale officium interdicitur:tamen si instrumenta conficiant,valent, & ipsi sunt puniendi:secundum Ioan.And.ibi,& Ang.in l.prætor ait.§.fina.ff.de eden.& in l. si quis Decurio. C.de fal. Alexan.in dicta l.prætor.§.iis etiam.& Barto. in consilio incipiente, filiusfamiliàs presbyter.Ideo,rectè posita fuerunt illa verba irritantia,in ordinatione prędicta. Attamẽ, quantũcunque instrumenta sunt nulla, contractus tamen in eis contenti non sunt nulli:quia sunt diuersi & separati ab ipso instrumento:secundum Bart.in l.si quis lega. col. fina.ff.de fal.Imol.Raph.Cuma.Pau.& Alexan.in l. seruum filii.§.eum qui.ff.de legat.i. eundem Paul.in consil. xcix.incipiente,notandum est. quamuis contrarium velit Ludo.Roma.in consi.lvii.Ideo, in proposito tales cõtractus per notarios apostolicos recepti, probari poterũt per testes,& etiam ipsosmet de eis rogatos.l. Domitius. cũ ibi notatis.ff.de testa.Quod est verum,nisi tale esset negotiũ, super quo debet omnino ad eius validitatem confici scriptura:nam tunc, non admitteretur probatio per testes regulariter:quinimo esset necessaria scriptura solennis & valida.Verùm,quia super hoc quotidie dubia insurgunt, de istis casibus per scripturam probandis, aliqua attinguam. Imprimis vltra gl.magistram in c.i.§.postquam. de censi. in vi.& no.ibi per doc.& Spec.in tit. de instr.edi. §. restat videre. Ludo.Ponta.in consi.ciii.doct.in l.singularia.ff. si certum pet.& vltra scripta per additionatorem ad Panor. in c.quia propter.col.ii.in addi.signata per B.de elect. Et Guid.Pa.quæst.cccccIxxxii.Est notandum, quòd ad pro-

bandum clericatum siue tonsuram, est requisita scriptura seu literæ testimoniales proprii episcopi.capitu.legum.ii. quæstio. i. secundum Iaso. de May.in l.in illa stipulatione.colum.penulti.nume.15.ff.de verbor.obligatio.Bald. in cap.dudum.in i.de elect. Guido.Pap. in quæstio. præalleg.versic.item cùm aliquis.& Ioan.de pla.in l. prohibitum.de iur.fisc.per text.in l.si qua.ibi, literis episcopi muniti adueniant.C.de episcop.& cleric.Posset tamen illi legi responderi,quòd loquatur tantùm de clericis extraneis ad vrbem venientibus: in cæteris verò scilicet originariis, secus esse videtur.l.i.§.fina.ff.ad muni. Ideo, Bal.in dicta l.si qua.videtur cõtrarium tenere, dicens,quòd gratia inferioris à Papa,per testes probari potest: imò fortius dicit in cap.licet vniuersis.& in capit.nuper.de testi.quòd cùm clericatus de sui natura nemini afferat præiudicium, potest probari per vnicum testem,sicut baptismus & ecclesię consecratio.capit.cùm itaque.& capit.paruulos.de conse. distinct.iiii. Ita tenet Iaso. sibi contrarius in repetit.legis admonendi.colum lxxvii.ff.de iureiurã.& in l. rescripta. col.ii.C.de preci.Imper.offer. & nouissimè Bartholo. de Chassa.in commen.consue.Burgun.tit.i.§.vi.in glos. super verbo, *Sont creuz*. Quam opinionem contrariam crederem procedere quo ad fori priuilegium:respectu cuius, sufficit minor probatio,imò possessio habitus clericalis,nisi esset aduena. Ita pronuntiatum fuit per arrestum parlamenti Parisiensis, contra *La Feye fondeur d'or*: secundum Ioan.Gal.in suis quæstionibus arresto decisis. quæstio. li. aliàs vbi ageretur de beneficio obtinendo, procederet prima opinio:& deberet de clericatu literatoriè constare: secundum eum ibi. & docto. prælle.nisi constaret de perditione illarum:quia tunc potest probari per testes,iuxta notata in capit.cùm olim.de priuile.secundum Guido. Pap. quęst.cccclxxiiii.per text.in l.si solennibus. C. de fide instru.& vlterius ad istud propositum est notandũ,quòd per literas sacrorum ordinum,non probantur minores:quamuis præcedere debeant:secundum Bart.in l.illud.ff.de acquiren.hæredi. imò debet quis habere & docere literatoriè de quolibet ordine, aliàs præsumitur per saltũ promo-

tus,secundum Feli.in cap.super his.de accu.Quo casu,irrita esset quæcunque prouisio de beneficio illi facta, secũdum Præpo.in ca.solicitudo.lii.distinct.&idem si esset tõsuratus vel ordinatus à nõ suo episcopo, sine literis dimissoriis,c.eos.& c.fina. & nota.per glo.in c.i.de tempo.ordi.lib.vi.De quo per Guid.Papæ,quæst.ccccxlix. Et ideo si opponatur iste defectus,promoto & non opponenti incumbit probatio,secundum Feli.in dicto cap.super his. Et idem de tonsuratis ab episcopis suffraganeis, quos vulgus portatiles vel de gratia vocat:quia de ei9potestate & diœcesani licentia constare debet. Felin .in ca.cùm in iure.de offi.deleg.Sed an & quando verba enuntiatiua talẽ licentiam vel dimissorias probent per eundem Feli.in c. sicut. col.xiii.& xx.de re iudicata.

ITEM, est notandus alius casus scripturã requirens ad probationem, scilicet in collatione beneficii,secundum aliquos per tex.in extrauag.iniunctæ.de elect.ibi,sine literis suæ prouisionis. Facit decisio Abba.in c.nosti.in vlt. notab. & in c.qualiter.de elect. vbi tenet quòd non sufficeret probare per testes, Papã aliquem pronuntiasse episcopum : sed ad hoc,vt in ecclesia recipiatur,debet docere de literis Papæ,licet statim post pronuntiationem sit effectus episcopus,secundum Bald.in l.humanum.C.de legi. & Calde.in c.in nostra.de rescri.& secundum hãc partem consuluit Bartho.Chassa.in contingentia facti.de præpositura ecclesiæ collegiatæ nostræ Dominæ Edueñ. vt ipse dicit in cathal.parte v.conside.xxiiii.In cõtrarium tamen est veritas,secundum Abba.in dic.c.in nostra.& in c.cùm venissent.in 2.nota.de resti.spoli.ibi,cõcessisset,& per rescriptum confirmasset.Hanc partem negatiuam,quòd ad probandam beneficii collationem,scriptura non requiratur:tenet Iaso.in rubrica,ff.de acquiren.posses.col.penul. dicens,quòd sicut collatio beneficii probatur testibus, sic renuntiatio. Idem tenent Decius in rubric.de constitu.& Rot.in titulo,de probatio.decisio.xxxix.in antiquis,post Bal.in c.ii.de restit.spol.Quod videtur verum esse in collationibus factis ab inferiore Papa:quia secus in prouisionibus Papæ,per tex.in d. extraua.iniunctæ. secũdum do.

de Selua, in tracta. de beneficio. quæsti. xxii. tertiæ partis. Sed an gratia Papę posſit per teſtes probari: latè per Felinum & Deci. in rubri. de conſti. alleg.

ITEM, alius eſt caſus ſcripturam exigens, ſcilicet in iuriſditione ordinaria probanda: ſecundũ Bal. in l. prohibitum. de iure fiſ. libro. decimo, quod eſt ſingulariter notandum: ſecundum Iaſ. in l. more. ff. de iuriſ. omnium iudic. quia ad officium Principis (etiam ſi ſit apparitor) nullus aſſumi debet ſine literis Principis. l. probatorias. de diuer. offi. lib. xii. ſecundũ Alexan. in conſi. cvii. in ſeptimo volu. Facit §. filiuſfamiliàs. inſti. qui. mo. ius pa. po. ſolui. ibi, codicillis imperialibus præſtitis: quẽ ad hoc ibi notat Ange. Et quamuis literæ debeant eſſe ſignatæ manu Principis, per tex. in dicta l. probatorias. tamẽ in Francia ſufficit quòd ſint ſignatæ per vnum ex ſecretariis præceptorum, & ſigillatæ per Cancellariũ, ſigillo regio: ſine quo, ex ſtilo & regni conſuetudine antiqua, non adhibetur fides, etiam ſi manu propria Regis eſſent ſignatæ literæ, gloſ. ſuper verbo, *noſtre ſcel.* in concluſio. conſuetudinum Burgundię, in fin. per tex. in c. cùm dilectus. de conſuetu. vnde, actus non dicitur perfectus ſine ſigillo apponi ſolito: ſecundũ Ioan. Riminaldi, in l. pacta nouiſsima. in fin. C. de pactis. Et quod dictum eſt in iuriſditione ordinaria, idem eſt in delegata: etiam ſi dicat aliquis ſibi in ſecreto viuæ vocis oraculo commiſſum, ſecundum Ioannẽ de Pla. in dicta l. prohibitum, & in lege prima, de ſuperindic. per tex. in l. vnica. de manda. Prin. & in c. cùm in iure. præalleg. latè per Ang. in conſi. clxxxviii. quicquid Canoniſtæ de Legato Cardina. per tex. in ca. nobiliſsimus. in diſtin. xcvii. de quo per Ludo. Roma. cõſilio lix. colum. quinta, Fel. & Doct. in dic c. cùm in iure. Quid autẽ de delegatione inferioris, latè per Iaſ. in repetit. l. admonendi. colum. lxxv. & cxii. de iureiuran. Et ideo, in mandato ſiue licentia Iudicis intrandi poſſeſsionem, quia teſtes nõ ſufficiũt, probari debet per literas iudiciales vel inſtrumentum: ſecundum Barto. in l. fi. C. de edic. diui Adri. tollen. Bald. in lege ſecunda. C. de iure emphy. Iaſ. in l. cùm proponas. C. de pactis, & Guid. Pap. quæſti. ccclvi. in fi. ſic in quacũ-

que licētia in aliquo actu ex legis vel ſtatuti diſpoſitione præſtanda,quia in ſcriptis dari:ſecundum Bald.in l.fina. de eroga.mili.anno.libr.xi.Cardi.in cle.ſi.quæſti. xii. & Specu.in §.reſtat.præallega.verſic.ſed quid.licet Ioan.de Imo.in c.fraternitati.de cler.non reſi.aliter ſentiat. Quid autem de decreto Iudicis? per Fran.Aret.in l. ſi quis mihi iuſſum.de acquiren.hæredi.Iaſ.& alios in l. nec quicquã. §.vbi decretum.ff.de offi.Procon.& leg.

ITEM eſt alius caſus, in quo requiritur ſcriptura,ſcilicet quando nuntius vult facere exequutionem perſonalē:Bal.in c.cùm parati.de appell.& in l.cõſentaneum. C. quomodo & quando iudex. & Bart.in l.Palatinos. de loca.fun.pa.libr.xi.Idem in magnis priuilegiis,Bal.in c.cõſtitutus in fi.de reſcrip. Idem in citatione ad domũ facta, Bald.& Ange.in l.ii.C.de annal.excep.Idem,quando citantur perſonæ in dignitate cõſtitutæ,Bar in l.quoties.de digni.libro xii.Idem in omnibus quæ ſunt magni præiudicii:quia non creditur nũtio ſine literis.Anto.de But. & Panor.in c.ſignificante.poſt gl.ibi de appel.Bal. in tit.de pa.conſtan.verſi.ſigillo.Lanfran.in ca. quoniam contrà. in verbo,citationis.vbi Feli.de proba.Idem quãdo nũtius exequitur extra territorium,Barto.in extrauag.ad reprimen.in verbo,per nuntium.quia tunc debet oſtendere literas iudici illius territorii, in quo exequitur: vel Præſidi prouinciæ inſinuare:ſecundum Bart.in §. eos. in autē.de colla.colum.ix.per illum textum.Idem vbicunq; eſt fienda denuntiatio ſeu intimatio: quia debet tunc inteuenire ſcriptura cum tenore inſtrumenti rei dennntiatæ: de quo debet fieri lectura, & dari copia parti, idq; expenſis intimantis,ſi petatur:aliter eſt nulla.text. eſt in cle. cauſſam. de elec. quod eſt notandum pro inſinuatione mandatorũ vel nominationum: vt dimittatur copia ordinariis quib⁹ intimantur:de quo per Bart.in l.i.in prin.de ope.no. nũtia.Alexan.in cõſi.xcv. colum.quinta,in ſecundo volu.& Bartholo.de Chaſſa.in §.iiii.in gl.ſuper verbo,*Sera denunce*.de cēſi.Sũt & alii quinq; caſus in materia ꝓteſtationis, in quibus requirĩt ſcriptura:de quib⁹ ꝑ Iaſ.in l.nõ ſolũ.§. morte.col.xii.in.fi.cũ princi.ſeq.ff.de operis noui nunti.

Matrimonium nobilium nō potest probari nisi per instrumentū.

ITEM, est alius casus notādus, scilicet in matrimonio Nobilium: quia non potest probari nisi per instrumentū: Bal. in lege, si qua. in fi. de epis. & cleri. Idem in solutione canonis publici. glo. & Barto. in l. i. de apo. publ. lib. x. Idē in clausula ex certa scientia: quia nō probatur testibus glo. singu. in c. statutum. super verbo, literas. de rescrip. in vi. & in cle. fi. eodem titu. de quo per Bartho. Sozi. in cōsilio lix. Idem in mandato Procuratoris ad exigendā pecuniam. Bald. in l. falsus. colum. penulti. de fur. Quod dictū pro singulari notat Fran. de cre. in notabili cxxxiiū. incipiente, Si procurator. Quid autem in aliis negotiis? an mādatum probatur testibus, vel non? per Barba. in capi. alia. de procu. Spec. & ibi Io. And. in addi. mag. in tit. de procu. §. ratione autem. & Docto. in l. i. C. de procu. Quid in emancipatione vel manumissione, per Docto. in lege, emancipatione. C. de fide instrumen. & in lege, post mortem. ff. de adop.

ITEM, alius est casus scripturam requirens: in lege, à Consulibus. C. de appell. & in cap. quoniam contra. de proba. vbi habentur, quòd acta iudicii probātur per scripturam: prout notatur in lege, curent. ff. de test. & in lege, ne arbitriis. C. de arbi. per Baldū in lege secunda. C. de re iudi. Alexan. consi. lxxiiii. in primo volumi. & Guido. Pa. quæstio. cccccxxviii.

ITEM, alius est casus in l. i. de indict. libr. x. vbi Ange. in addi. ad Bar. notat illum tex.

ITEM, alius est casus, quando inter partes actū est, quòd contractus fieret in scriptis, seu per instrumentum, vt fit quotidie: secundum Fran. Are. in consilio clx. incipiente, longa est. per tex. in l. contractus. de fide instrumento. de quo latè per Philippum Decium, in consilio cccxl.

ITEM, alius est casus quando per statutum disponeretur, quòd contractus vltra talem summā non possit per testes probari: quòd de iure est validus: secundum Bart. & Modernos, in lege, certi conditio. §. quoniam. ff. si certum peta. Sed quomodo intelligatur & limitetur, latissimè per Hyppoli. de Mar. in repeti. rubri. C. de proba.

ITEM, alius est casus scripturam requirens, positus

per glo.in verbo,proposita.in ca.cupientes.§.quòd si per vinginti.de elec.in sexto. Multi sunt alii casus, in quibus requiritur scriptura,vltra contentos in dicta glo.magistra de censi.sed pro nunc plures reperire non potui:sed quãtumcunq; requiratur scriptura, adhuc probatio fieri poterit per testes, probata de perditione scripturæ. capitul. cùm olim,de priuile.secundum Barto. in l.i.de bonorum possess.secun.tab.& in lege testium.per illum tex.in fi. C. de testi.& Docto.in l.si solennibus.per illum tex.C.de fide instrumẽ.& Ias.in l.pactum quod bona fide.C.de pac. Idem tenet Guid. Pa. q. ccclxxiiii.in literis tonsuræ deperditis & Rot.decisio . ccccxxiii.de sententia deperdita.De qua materia, latè per Hypp. de Mar. in repe. præalleg.nume.333. cum multis sequentibus. Item , in dictis casibus scripturam requirẽtibus probatio fieri poterit per testes quinq; aut plures,Abb.& Feli.in c. sicut, de proba. per tex.sing.in prealleg.l.testium.secundũ eũdem Hypp. in singulari.clvii.& Deci.consi.xi.col.penul. Et an in dictis casibus posit deferri iuramentum in supplementum probationis, latè per Ias.in repeti.l.admonendi. de iureiurand.Quid si agatur de errore,probando in supradictis casibus scripturam requirentibus? habetur per Bald.Pau. & Alexan.& Doct.in l.errore.C.de testa.Bar.& doc.in l. cùm proponebatur.de leg.ii.& Guid.pa.in q.cccccxxviii.

ITEM est notandum , quòd licet regulariter ex diuturnitate temporis præsumantur solennitates , vt latè per Modernos in l.sciendum. ff. de verborum obligatio . Sozi.in consilio ccliiii.& cclxx.vbi dicit,quòd professio & licentia trãseundi de vno monasterio ad aliud, præsumitur ex diuturnitate temporis, & facit præsumi quem esse canonicè promotum. De quo per Philip.Deci.in consil.cxviii.cxxi.& ccccix.& Ias.in l.Barbarius.col.xi.& sequenti.ff.de offi.Præto. Tamen secus est in his casibus scripturã requirentibus:quia nõ probatur solennitas ex diuturnitate:secundũ Fel.in c.i.de lit.cõtesta.in princi.& Apostillatorẽ ibi ad Panor.Ideo,refert de Chassa.in §.ix.tit. *Des mains mortes*.in glo.sup verbo, *&se doibt faire*.nu. 7.quòd in parlamento Burgundiæ nõ fuit adhibita præsumptio,

pro religioso quinquagenario, quòd fuisset professus? imò succubuit: quia in professione, scriptura est requisita. xx. q.i.ca.vidua.& per Spec.in tit.de relig.licet Abbas teneat contrarium in ca.nuper.de test. Dubitarem tamen in prędicta limitatione, per ea quę dicit Panor.in cap.inter quatuor.de cle.pere.vbi quærit, quid de ordinato à sexaginta annis? nec extant literæ vel testes, diu tamē habitus est pro sacerdote, an sufficit? & decidit quòd sic: & tamen ad probationem ordinum, est necessaria scriptura: secundum Feli.in ca.super his.de accus.vt dictum est latius suprà. Ideo, dicebant Inno.& Hostien.in capi.innotuit.de eo qui furtim ordi.susce.in capi.illud.de præsump.& in ca.veniens. de verbo.signifi.in 6.præsumendum esse pro eo, qui longo tempore ministrauit in aliquo ordine, vel possedit aliquod beneficiū, quòd ritè fuerit ordinatus & promotus: & sufficit ei probare, quòd pro tali communiter habitus est. De quo per Franc. Balb.in tract.de præscrip.iii.parte.col. xvii. Nam difficillimū esset ordinato à quinquaginta annis, (qui fortè perdidit literas) nūc probare se fuisse rectè ordinatum: glo.est notabilis & ampla in verbo, inquirant. in titu.de pacificis possessorib. in pragma.sanc. In cæteris verò casibus exceptis præmissis, posset fieri probatio per testes: quia paris sunt virtutis & potentiæ.l.in exercendis. de fide instrumen.& capi.cùm Ioannes.eodem titu. Hinc est, quòd Doctoratus probari poterit per testes: secundum Bald.in proœ.Decret.& in l.si solennibus.præalleg. Item regula cancellariæ.glo. in regu.xxvi.in fi.post deci. Rot. clxiiii. Item abolitio principis: secundū Ange.in l.i. C.de sen.pas.& Oldra.consi.cccxxiiii. Item prioritas gratiæ siue rescripti: glo.in ca.duobus.de rescript.lib.vi. Item citatio. Bal.in l.consentaneū.quomodo & quando.iud.& cōmissio citationis, Anto. de But.in cap.cùm dilecti.de dolo & cōtu. Item etiā cōstitutio papalis: secundū eundē Anto. in rubr.de consti. De his & similibus exemplis latè scribit Barba.Sicu.in cōsi.lxxi.col.fi.in iiii.volu. Nunc ad propositū reuertendo, tractādum esset parū de horū notariorū regiorū officio & potesta. verùm quia hæc pars est satis onerata, remitto ad notata per glos.in §.vi.titu.de iurisdi.

om.iudi.in cōsuetudinibus Bituri.& in tit.*Des droictz des chastellenies*.artic.i.in glo.penul.in cōsuetudinibus Turo. Et an possint notarii regii liberè renūtiare officio, vel saltem in manib⁹ cōcedentis,per Ludo.Ponta.in singu.cccl. & an possit quis esse notarius & iudex:latè per Decium in consilio xlii.colum.ii. & an & quando pro notario præsumatur,per Deciū.in consi.cccxv.in fi.& Iaso. in l.singularia.nume.36.ff.si cert.peta. & an debeat esse rogatus,per eundem Dec.consi.ccccvii. & an cēseatur rogatus de clausulis consuetis,per Barba.in consi.v.col.pe.& fina. in primo volu. & an tales clausulæ & renuntiationes per notarios apponi solitæ præiudicent partibus;latè per Ias.in l.i. ff.de condit.indeb.& de Selua,in suo tracta.de benefic.in tertia parte.quæst.xiiii.& Hippo.de Marsi.in singu.xviii. vbi allegat tex.singularem in l.fi.§.pen. ff.de condi.inde. quem notat ad hoc,quòd tales clausulæ non præiudicant, maximè rusticis mulieribus, & aliis illarum vim verisimiliter ignorantibus. Quæ pro nunc de dictis notariis regiis pro ornamento huius iuris octaui dicta sufficient.

Per me Reges regnant, & legū conditores iusta decernunt. Per me Principes imperant,&c. Prouer.viii.

Ius Nonum.



NONVM Ius, quod etiā ex sexto sequitur, Christianissimi Regis est, vt hac excellenti suprascriptione vtatur: Franciscus Dei gratia Francorū Rex,&c. & nō refert si dicat Francorū,vel Frāciæ Rex,secundū glo.in verb.Francorū.in proœ.prag.sanc. per tex.in cle.i.de Magistra.sed Guliel.Bened.in 2.parte repe.c.Rainu.in verb.si absq; liberis.ii.nu.43.dicit,quòd ab ista libertate in qua P. Gallicus dicitur constitutus, Rex

Quòd R. Christianißim⁹ hac excellenti subscriptione utatur, Franciscus Dei.G.F. Rex.

Christianissimus nō solùm à patria vocatur Rex Franciæ, quinimo populo libero regnans, Rex Francorum dicitur. Et additur, Dei Gratia: quasi solũ Deum recognoscat in superiorem: quia omne regnũ aut Imperium à Deo est formaliter, & effectiuè: secundũ Bal. in c. i. quis dicatur Dux, Comes &c. Inno. in c. quod super his. de voto. & Bal. in l. i. C. de summa trin. & fide catho per tex. in. §. quia igitur. in autent. de instru. cau. & fid. Vnde habentes imperia, ꝓuidentia inscrutabilis diuinæ altitudinis rerum publicarũ gubernacula possident, c. si ex bono. de pœnité. distin. iii. Hinc dicitur Proue. viii. Per me Reges regnant, & legum cõditores iusta decernũt. Per me principes imperãt, & potentes decernũt iustitiam: à Deo enim est omnis potestas, ad Rom. xiii. & c. quid culpatur. xxiii. q. i. & q. iiii. c. quęsitum. & c. audacter. viii. q. i. Vnde, Christus ad Pilatũ. Non haberes potestaté aduersum me vllam, nisi tibi datũ esset desuper: quod accipitur negatiuè, secũdum Arch. in c. pro harum. de homici. Ideo, Imperatores Deum in superioré recognoscendo, tali suprascriptione vtuntur: vt in l. hac edictali. de pa. iura. firmã. & de pa. tenen. in prin. & in l. imperialem. de prohib. feu. alie. per Feder. & in tit. de cõsue. contra libe. eccle. in vsi. feu. l. i. & ii. C. de off. pręfec. præt. Non auté alii principes Imperatori aut Papæ subiecti, illa vti possunt, nisi cum adiectione & sedis apostolicæ aut Imperatoris gratia: per quam, subiectio erga suũ superiorem demõstratur. Ideo, dicebat Chassa. in rubri. cõsue. Burgũ. quòd ille Philippus Dux Burgũdiæ, cùm esset vnus de Paribus Franciæ, & ea ratione coronæ subiectus, abutebatur in hoc quòd dicebat in rescriptis suis, Philippus Dei gratia Dux &c. quia talia verba important, talem principẽ alium quã Deum in superiorem nõ recognoscere: sicut est Rex Franciæ, cui hæc suprascriptio optimè cõuenit, cùm à solo Deo regnũ teneat: vt vnctio sacra & alia munera cœlitus missa clarè demõstrant. Vel potest dici, ꝙ hac suprascript. vtatur Rex, ad demõstrandũ ꝙ à Deo excelso, non autẽ à fortuna hęc regalis dignitas procedat: quia à Deo est om̃is potestas: ad Ro. viii. c. quid culpatur. xxiii. q. i. Bona enim & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt:

Eccle.xi. Vnde,dicitur in l.fi.C.de off.Mag.mili.ꝙ Romanũ Imperiũ nõ fortuna, sed diuinitate propitia defertur:quãuis fortunæ aliquando dignitates & honores attribuantur:iuxta illud Virgilii in suo opusculo de fortuna,

Si fortuna uolet,fies de Rhetore Consul:
Si uolet hæc eadem,fies de Consule Rhetor.

Secũdũ Iac.Rebuf.in l.vııi.C.de Comit.& tribu.scho. lib.xi.Vnde,Virgi.in suo opuscul.pręal.sic dicit,Fortuna immeritos auget honorib⁹,Fortuna innocuos afficit cladibus:quod dixisse etiã videt̃ Oui.li.iii.de arte amãdi,dicẽs,

Curia pauperibus clausa est,dat census honores:

Et in primo Fastorum,

In pretio pretium nunc est,dat census honores,
Census amicitias:pauper ubique iacet.

Sicut enim de moribus vltima fit quæstio in quærẽda vxore:ita de literatura & prudentia,quãdo agitur de honoribus & dignitatibus conferẽdis. Nec mirũ quia secũdum Aristot.in li.de bo.Fort.Vbi plurimùm virtutis,ibi parum Fortunæ. Quare Boet.de consola.philoso.li.i.metro v.lamentando sic canit,

At peruersi resident celso
Mores solio,sanctáque calcant
Iniusta uice colla nocentes.
Latet obscuris condita uirtus
Clara tenebris,iustúsque tulit
Crimen iniqui.

Ex quibus, est visum quibusdam honores & dignitates à Fortuna dependere,quos Hierony.in lib. de circuncisione,cęcos appellat,putãtes Fortunã aliquid habere potestatis:cùm à Deo,(cuius diuinæ prouidentiæ & non fatis, regnorum gloria,& diuturnitas tribuẽda est)omnia procedant. vt diffusè scribit Augustin.in quinto libr.de ciuit. Dei.Ideo,Rex Francię per gratiam Dei, & non per Fortunam, aut Imperatoris authoritatem seu gratiam se regnare fatetur & asserit:sicut de iure potest,vt supr.in sexto iure dictum est. Vel potest intelligi de gratia operante, qua adeptus fuit regnum:sine qua,nihil fit,capit.placuit. de consecra.distincti.quarta,& primæ ad Corinthi. xv.c.

Gratia autem Dei ſum id quod ſum : & gratia eius in me vacua nõ fuit,ſed abundãtius illis omnibus. Qua mediante ,recuperauit regnum longo tẽpore ab Anglicis poſſeſſum. Ioanna Darce puella teſte, vt dicetur infrà in xvii.iure. vel poteſt intelligi de gratia dei ratione approbationis: quia regnum Franciæ ſpecialiter à Deo eſt approbatum, gl.in verb.gratia.in proœ. prag.ſanc.cũ approbationis ſigna euidentia ſint,oleum ſacrę vnctionis,tria lilia, &auriflãma munera cœlitus miſſa: iunctis miraculis quę in vita, Dei virtute facit : vt ſuprà in ſecundo tertio & quarto iuribus latius deſcribitur. Quæ pauca pro nunc ſufficient: quia multa & prolixè ſuper hoc ſcripſit Ioan. Ayma doc. Tholoſan.in ſuis glo.concordatorum. Eſt tamen notandum pro complemento,quòd ſi Rex ſcriberet ſub nomine proprio abſque ſuæ regiæ dignitatis expreſsione & ſolita intitulatione,literę non facerẽt fidem: ſecundũ Alber. in proœ.ffor um. de quo latè per Felin. in c.ii. colum. vii. de reſcriptis.

In hylaritate vultus Regis vita. Et clementia eius quaſi imber ſerotinus. Prou. xvi.

Decimum Ius.

Patria poteſtas aut ſeruitus nõ habet locũ in Francia



ECIMVM Ius altum Chriſtianiſsimi Francorum Regis eſt, quòd in ſuo regno non habet locum patria poteſtas aut ſeruitus:quia omnes ſunt liberi & nulli ſunt filiifamiliàs aut ſerui. Nã patria poteſtas moribus aut legibus Romanorum inducta eſt.§.ius autem poteſtatis.inſtit.de pat.poteſta.quibus Franci non ſubiiciuntur:vt ſuprà in vi.& vii.iuribus concluſum extitit. Ideo, eorum liberi propter nobilitatem & libertatem nationis Gallicæ & Britãnicę, ſunt prorſus abſoluti,

soluti, & à patria potestate exempti. gloss. est singul. valde in verbo, Romanorum. in §. fina. insti. de pa. potesta. secūdum Bal. in c. i. §. i. de duo. fra. de no. bene. inuesti. & in c. i. circa finem, an mari. succe. vxo. in benefi. Ange. Are. Bologni. & Iason in additionibus ad Porcum. in dict. §. fina. Alexan. in additionibus ad Bar. in l. placet. ff. de acquiren. hæredi. & in l. fina. C. de inoffi. testa. & eundem Alexand. Ludo. Roma. & Iaso. de May. in l. fina. C. qui testa. facere poss. & eundem Iason. in l. frater à fratre. ff. de conditio. indebi. Et Panor. in cap. fina. de conuersi. infidelium. Ioā. Sanson. in commento consuetudinum Turoneñ. in titul. de tuto. & cura. arti. i. & de emancipa. arti. i. Guliel. Domi. Benedi. in repe. ca. Rainutius. in verbo, si absque liberis ii. in materia substi. pupilla. de testa. & Nico. Boe. in cōmento consuetu. Biturig. titu. i. §. ii. vbi dicit hanc esse generalem consuetudinem regni Franciæ, quæ habet bonum rationis motiuum ad tollendos multos patriæ potestatis effectus: de quibus per glo. l. i. §. i. ff. de rei vendica. Nam licet de iure communi, filiusfamiliàs non possit stare in iudicio sine consensu patris, aut testari vel codicillari, iuribus vulgatis: tamen in Francia secus, quia possunt esse in iudicio sine consensu patris, nisi obstet minor ætas: ac testari, codicillari & contrahere: cùm reputentur emācipati aut sui iuris: secundum Bald. in dicto cap. i. §. ii. de duo. fra. Alexan. in d. l. fin. & ibi Iaso. in l. i. col. ix. C. de summa trinitate & fide catholi. & per eundem Boer. in additio. ad Din. in regula cui licet. in additi. ii. de regulis iur. lib. vi. Ideo, dicebat dominus Benedi. in repeti. cap. Rainutius. in secunda parte, in verbo, si absq; liberis. in ii. in materia substitutionis fideicommissariæ, & Guido Pap. quæstio. liiii. quòd curia parlamenti nō curat patriam potestatem vel minorem ætatem, quominus filiusfamiliàs & minores possint stare in iudicio, absq; timore nullitatis processus, imò nec possunt allegare se læsos per viam restitutionis in integrum, contra legem præfecti. ff. de minoribus: quia per ordinationes regias, omnis via contra arrestum curiæ parlamenti est ꝓhibita, nisi propositionis erroris: secundum eū ibi. Hinc est etiā, quòd in Francia pater nō habet vsumfructū Pater in

Francia nō habet usūfructum in aduentitiis uel bonis maternis filij.

in aduentitiis vel bonis maternis filii, contra totum illum titulum de bo.mater.& de bo.quæ liberis.secundum Alexand.in dicta l.placet.& in l.fina.C.de inoffic testa.Ioan. Fab.& Ange.in §.præterea.insti.qui.mod.ius pa. potesta. solui, habebit tamē commoditatem illius iuris vsusfructus, l.plenum.§.quamquam.& l.filiofamiliàs. ff. de vsu & habi.& est singulare verbum ad limitationē casuum, in quibus patri non quæritur vsusfructus: de quibus per glos.& docto.in autent.idem.C.de bo.quæ libe.secundum Ang. in §.igitur.institut.per quas perso. no.acquiritur. & facit. gloss.in dicta autent.idem.in fi. Et licet dictus Boe. in dictis consuetu.& in regula indultum.in iii. addit. de regul. iur.& Ioan.Sanso. vbi suprà, voluerint in filiis Francigenarum hanc limitationem habere locum ad similitudinem aliorum casuum, in quibus patri nō quæritur vsusfructus: tamen puto contrarium, quòd nec etiam commoditas patri quæratur: quia ad patriam potestatem nulla habetur consyderatio: cùm sint prorsus absoluti: sed in aliis casibus secus. Sed, cùm non posit quæri ius patri, vt quando relictus est vsus filio qui personæ suæ cohæret pro indigentia sua, quęritur commoditas illius patri. dicto §.quamquam, habita semper consyderatione patriæ potestatis, quæ cessat in Francia, vt dictū est suprà. Et sic clarè apparet, quòd dicta limitatio aut differentia iuris vsusfructus aut commoditatis illius, non cadit in filios Francigenarum: quia cùm sint aut reputentur sui iuris, sequitur dicendum, quòd sicut non quæritur patri vsusfructus, sic nec commoditas illius ab identitate rationis: aliàs esset imposita lex verbis & non rebus: contra leg.ii.C.communia de lega.cum similibus. Sed bene habet locum alia singularis limitatio ad hāc regulam, quòd filii Francorū non sunt in potestate parentum: quia hoc est verum, in quātum patria potestas esset eis damnosa, puta in facultate testandi, standi in iudicio, vel quærendi sibi quo ad proprietatē & vsumfructum, & similibus: secus si esset vtilis: tunc enim, nō cēsentur esse sui iuris: quia sic fauor retorqueretur in odium cōtra l.quòd fauore.ff.de legi.cum similibus. Istud probatur ex doctrina Bar.in l.item in potestate.ff.de iis qui sunt sui vel alie.iur.

Filios Frācorū nō esse in potestate parentum an & quando sit uerum.

lo. & Bal. in l. nepotes. illo tit. & l. apud hostes. C. de suis & legiti. hære. vbi dicunt, quòd licet de iure communi episcopalis dignitas liberet à patria potestate, autent. sed episcopalis dignitas. C. de episco. & cler. & in corpore: tamen in iis in quibus versatur vtilitas & fauor, non censetur extra patriam potestatem. Vnde, si statuto caueretur vel consuetudine, quòd aliquo moriente sine filio in potestate, princeps succedat: si aliquis decederet relicto filio episcopo, nihilomagis nõ esset locus statuto: imò filius episcopus succederet: secundum Ioan. Fab. Ioan. de pla. & Ange. insti. qui. mo. ius pa. potesta. sol. in prin. & Iaso. in l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iur. Vnde, dicebat do. Benedi. quòd istud facit pro consuetudine Tholosana, quòd filii commorantes seorsum à patre, censeantur sui iuris seu emãcipati: quia verum est, si eis expediat: aliàs nõ. Et Io. Sanso. in d. §. i. de emãci. idẽ decidit circa cõsue. illius tex. ꝙ filii coniugati censeantur emancipati: quia est verum in dãnosis, secus in vtilib⁹. per doctrinã Bar. in d. l. item in potestate. alleg. Pro hoc facit: quia ꝓhibitus cõtrahere, vt est pupillus vel prodigus, cui est interdictũ bonis & similes, non intelligitur prohibitus contrahere in eius vtilitatem: vt notatur insti. de autho. tuto. in princip. & in l. non ideo minus. C. de procura. & in l. neque. C. de contrahend. & committen. stipul. & per docto. in l. is cui bonis. ff. de verborum obligat. Hinc dicit Bald. ibidem. Angel. & Pau. de Cast. in l. mutum. ff. de acquiren. hære. quòd statuta prohibentia mulieres aut maiores contrahere vel se obligare sine pręsentia propinquorum, intelligŭntur de contractibus damnosis: secus de vtilibus. Ita consuluit Ludo. Roma. in consilio ccccliii. Facit decisio Bald. in l. quęcunque. C. de bonis quæ lib. & in l. contra iuris ciuilis regulas. ff. de pac. quòd ecclesia potest facere contractus sibi fauorabiles sine solennitate legali. De quo, per Iaso. in l. Barbarius. colum. i. ff. de offic. Præto. Facit etiam decisio Bald. in rubri. de rescin. venditi. quòd licet carceratus regulariter contrahere non possit, lege, qui in carcerem. ff. quod metus caussa. cum similibus: tamen si contractus tenderet in vtilitatem carcerati, secus. Facit, quia licet ecclesia sit

prohibita sine certis solennitatibus alienare, & ita vt sine illis alienatio rei ecclesiasticæ facta nulla sit: secus tamen est, quando alienatio est vtilis ecclesię, puta de rebus & bonis plus oneris aut damni, quàm vtilitatis afferentibus: secundum Innocen. Panor. & docto. in cap. i. de iis quæ fi. à præla. sine consen. ca. & Guido. Pap. quæst. clvi. & Philip. Decium. in consi. cxxiiii.

EX quibus, corroboratur decisio & limitatio nostra, quòd licet in Francia nō habeat locum patria potestas: secus tamen, vbi & quando est vtilis, & expedit filiis: & maximè, quia ex quo ius ciuile & leges Romanorum leguntur in multis studiis regni Frāciæ, & ferè in omnibus: censetur patria potestas approbata in eorum vtilitatem & cōmodum: sicut de libro feudorum dicitur: secundum Bald. & Aluarotum in præludiis feudorum. Licet enim Franci non vtantur legibus Romanorum, quia leges: eis tamen vtuntur, quia bonę & rationabiles eis videntur: secundum Bald. in cap. fina. de consuetu. Pe. Cyn. & docto. in l. i. C. de summa trinitate & fide catholi. & dixi suprà, in septimo iure.

HINC est, quòd in Francia pater validè potest filio suo pupillo substituere pupillariter, tanquam in potestate sua existēti, lege, moribus. cum sua materia. ff. de vulga. & pupilla. substit. quia substitutio pupillaris est merus fauor filii. l. Iulianus. ff. de acquiren. hæredi. gloss. & docto. in l. ex tribus. C. de inoffic. testa. Et esset damnosum filio Francigenæ, si ei non posset pater pupillariter substituere: quia decederet intestatus: non propter patriam potestatem, sed propter ætatis defectum. Ita in specie decidit dominus Guielm. Benedictus, in verbo, si absque liberis. ii. in materia substitut. pupilla.

HINC est etiam, quòd retinent iura suorum hęredū, tanquam in potestate patris existentes quo ad effectum transmittendi hæreditatem non aditam, & alios eis vtiles & fauorabiles: secundum Bald. in l. nepotes. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iur. & sic de similibus patriæ potestatis effectibus vtilibus, qui plures sunt: quo ad quos, nō est sublata patria potestas in Francia: secundum docto. præalleg

Et hæc de patria potestate. Nũc, de seruitute aliqua attingamus. Et est dicendum, quòd in Francia non habet locũ: quia seruitus est contra ius naturale, quo omnes liberi nascuntur. §. ius autem. insti. de iure nat. gen. & ciui. latè per doct. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Liberi enim homines replent regnum, & non serui: secundum Bald. in l. si quis seruo. C. communia de manumiss. Et quamuis capti in bello efficiantur serui, vt latè per Bart. & doct. in l. hostes. ff. de capti. & postl. reuer. & in l. qui à latronibus. §. fi. ff. de testa. tamen secundum obseruantiam & consuetudinem Gallorum & aliorum catholicorum, secus est: quia iura captiuitatis & postliminii non seruantur. glo. in titu. de pacific. possesso. §. excepto. in pragma. sanct. Ioan. Fab. & doct. in §. ius gentiũ. suprà alleg. & Alexan. in l. i. in prin. ff. de acquir. poss. Sunt enim Galli sola ransone contenti: secundum Nic. Boe. in §. i. de consue. in c. & sta. perso. in consue. Bitur. vbi dicit, quòd viget in regno Franciæ tanta libertas, vt serui confugientes ad illud aut saltem ad plures ciuitates illius insignes nempe Parisiensem, Bituricensem, & Tholosanam, libertatem consequuntur: secundum Guliel. Bene. in repetitio. ca. Rainutius. in verbo, & vxorem. circa finem. de testa. Nico Boe. in §. i. de consue. iu. & stat. persona. & Barth. de Chassa. in commento consuet. Burgund. tit. *Des mains mortes*. §. ii. in verbo, *Quelque part que ce soit.* Et pro ciuitate Tholosana, multa extant arresta in parlamento Parisiensi lata contra Cathalanos eorum sclauos prosequentes: de quibus, per Nico. Bertran. in suo tractа. de gestis Tholosanorum. fo. lx. & lxvi. Sicut de ciuitate Romana dicitur in autenti. vt de cete. liber. fiant libe. §. fina. col. vi. & in l. in vrbe. ff. de sta. ho. vbi glo. dicit, quòd Romæ est quædam porta, quæ libera porta vocatur: secundum Fulgo. Albe. & Iaso. in l. Barbarius Philippus. ff. de offi. præto. Ideo, Franci, id est liberi, vocantur. Nã francum dicitur id quod est liberum ab omni seruitio, aut exhibitione operarum: secundum Bald. in præludiis feudo. & Ioan. Andr. in additio. ad Specu. titu. de præscript. Oldra. consi. ccxxxiii. de quo per gl. in verbo, Francorũ. in proœmio pragma. sanctio.

Rex qui sedet in solio, intuitu suo dissipat omne malum. Prouerb. xx. cap.

Vndecimum Ius.

Christianissim⁹ Frãcorũ Rex omnia potest in suo regno, quæ Imperator & Monarcha in suo regno.



NDECINVM Ius altũ Christianissimi Francorũ Regis est, quòd omnia potest in regno suo, quę Imperator in imperio tanquã Imperator & Monarcha in suo regno: secundum Bal. in l. exemplo. C. de proba. in autent. hoc amplius. versi. quæro an filii regis. de fideicom. & Franc. Curti. in consi. xlix. colũ. xxxiii. & Sozi. in consi. lxvii. & clxv. colum. ii. Idem firmant Bal. & doct. in proœ. digest. Inno. & doct. in ca. cùm P. Tabellio. de fide instr. Panor. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. idem Bal. in c. Abbate. de re iudi. & in c. cùm venissent. de eo qui mit. in pos. & latè do. Philip. Decius in consi. cclxix. col. ii. in ii. parte. ita etiam tenet Cor. in tractatu de potestate regia. q. xlv. & de Chassa. in proœ. consuetu. Burgun. imò quòd fortius est, maiorẽ habet potestatem Rex in regno, quàm Imperator in imperio: quia regnum transmittit ad hæredes, quod nõ facit Imperator: secundum Andr. de Isernia in c. i. de vassallo decrepitæ ætatis. Cardi. Alexan. in ca. i. quæ sint regalia. & Iason in l. stipulationum. ff. de verbo. obli. & gl. in tit. *Des successions des bastardz.* §. iii. in verbo, ab intestato. de consuetudini. Burgun. Vnde, dicunt Guliel. de Cug. Bar. & doct. in l. nõ ambigitur. ff. de legi. quòd populus posset reuocare imperium, l. regia. in vnum Imperatorem translatũ, imò degradare eum. per glòss. singul. in capit. i. si de feu. inter do. & vassa. lis oria. secundum Bal. ibi, de quo remissiuè per Barba. in apostillis ad Barto. in dicta l. non ambigitur. nimirum, quia primus cui fuit data illa potestas imperandi, nõ potuit quærere successori: quia nõ defertur per successionem sicut regnum Franciæ: secundum Inno. in ca. grandi.

de ſupplenda negligentia prælato. & Bald. in ſua margarita, verſi. Rex. col. i. Ex qua cauſſa, reges Franciæ nõ poſſunt priuare filios maſculos vel ꝓpinquiores de genere, habendo reſpectum ad lineam maſculinam, l. Saliqua ita diſponente. ſecundum Vincentium Sy. in ſuo tracta. de factis princi. c. iii. regali.

Perſona regis Frãcorũ cenſetur eſſe excepta ab omni iuramento ſicut perſona imperatoris.

HINC eſt, quòd ſicut in omni iuramẽto perſona Imperatoris cenſetur eſſe excepta, eodem modo eſt excepta perſona regis Frãcorum, ſecundum Bal. in c. i. §. fi. de pa. iura. fir. in vſi. feud. & tex. in c. imperialem. §. fi. de probi. feu. alie. per Fede. loquens in Imperatore, habet locum in Rege, ſecundum Bal. ibi. & lex, cùm multa. de bonis quæ libe. loquens de largitione imperiali, habet locum in largitione Francorum Regis, ſecundum Andr. de Iſernia, in c. i. qui feu. da. poſ. Et l. fina. C. de dona. inter vir. & vxo. quæ loquitur de donatione imperiali erga Auguſtam, habet locum in donatione Regis Reginæ facta, vt habeat vim legis, ſecundum Baldum ibi, & Oldr. in conſi. cxxxi. incipiẽte, vt eius de qua quæritur. & de primo dicto & vltimo per Iaſ. in repet. l. frater à fratre. col. ix. & fina. ff. de condi. indebiti.

HINC eſt etiam, quòd Armandiæ, viæ publicæ, flumina nauigabilia, portus, ripatica, vectigalia, facultas cudendi monetã, bona vacantia, angariæ, perangariȩ, plauſtrorum & nauium præſtationes, ius indicendi tallias ſeu extraordinariã collationem, creatio magiſtratuum & notariorum, argentariȩ, palatia ciuitatum, redditus piſcationum, & ſalinarum, abolitio criminum, reſtitutio famæ, legẽm generalem condere, legitimatio naturalium & ſpuriorum, portæ & muri ciuitatum, & alia de quibus in ca. i. quæ ſunt rega. in vſi. feud. ad ipſum regem Chriſtianiſſimum tanquam ſupremum Monarcham in regno ſuo pertinent & ſpectant, ſecundum Bal. in l. iii. C. ad Trebel. & Iaco. de ſancto Georg. in tract. feudo. in quinquageſima octaua ſpecialitate.

HINC eſt etiam, quòd Rex Franciæ tanquã Imperator in regno, poſſet reuocare omnes iuriſditiones inferiorũ, propter cruciatũ populi per nobiles iuriſditionem

habentes fieri solitum, secundum glo. fi.in rubr. *Des iustices.* in trac.consue.Burgun.etiam si illa caussa cessaret: quia in concernentibus iurisditionem,potest Princeps sta tuere etiam sine caussa:secundum Feli.in c.nouit.col.viii. de iudiciis.

HINC est etiam, quòd sicut Imperator dicitur Augustus ab augendo, ita quòd bona Imperii alienare non posit,vt nota.per Doct.in princi.ffor ũ, & C.& in rubri. procemii Instituti.sic Rex Franciæ bona coronæ alienare nõ potest:& ita iurat in eius coronatione.gl.in verbo,depereant.in procemi.pragma.sanct.Guido Pa.q.ccxxxix. Barth. de Chassa.in quinta parte cathalogi,cõsidera.xix. & Philip.Decius in consi.cxci.in primo volu.

HINC est etiam, quòd sicut Imperator dicitur fundatus de iure communi propter excellẽtiam tantæ dignitatis:in autent.quomodo opor.episc.in princ.cum nota.in l.deprecatio.ff.ad l.Rho.de iac.sic,Rex Franciæ nedum in iurisditione,sed etiã in dominio rerum est fundatus:secundũ Nico.Boe.in glossis suis consue.Bitur.titu.de feudi.§.xxiiii.in glo.ii.& Ioan.Sanso.in glos.consue.Turoneñ.titu.*Des droictz des basses iustices*.arti.iii. in gl.i.quãuis Guliel.Bene.in repeti.c.Rainu.in verbo ,& vxorem. in ii. decisio.nu.310 . in specie contrarium teneat:de quo ibi per eum & Corsetum latè de potesta.reg.q.lix.& Sozi.consi.lxxxvi.

HINC est quintò,quod sicut soli Imperatori cõuenit leges condere.l.fina.C.de legibus. ita ad solum Regẽ Franciæ leges (quæ ex communi vsu loquẽdi ordinationes vocantur)facere pertinet & spectat : secũdum Barba. in c.nemini.de offi.Delega.& Bald.in ca.i.de constitu.& Ioan.Ferran.in tract.de insig.peculi.Reg.Fran.in xii.iure.vbi dicit, istud esse intelligendum de legibus generalibus:de particularib' edictis:quia Duces,Comites & Barones regni , intra territoria eorum edicta & leges faciunt: secundum Bal.in l.nulli.C.de sen.& inter . omnium iudi, & latè per Bar. & Doct. in repeti.l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.sed impropriè:quia ꝓpriè cõstitutio vel edictũ est quod tantũ Rex vel Imperator cõstituit.ii.distinc.c.cõsti-

tutio. de quo per Pa. & Feli. in c. i. de cõsti. nõ autẽ ad parlamenta hoc ſpectat, niſi de mãdato regis: quicquid dicat Ioan. Fab. in l. fi. C. de legi. ſecundum Nico. Boe. in addi. ad Ioan. Monta. in tractatu de autho. & excel. ſacri mag. conci. verſi. hoc præaſſumpto. vbi dicit, quòd quãdo oportet ordinationes, hoc eſt leges, cõdere, Rex conuocat nõnullos Prælatos, Præſides, ac etiam Conſiliarios parlamẽtorum regni ſui ad ſe, & ſuum magnum conſilium: quorum conſilio, facta per illuſtriſsimum Cancellarium Franciæ propoſitione, leges, quas regias ordinationes vocant, promulgat: prout factum fuit anno 1510. in ordinationibus Lugduni edictis: vt probatur in prooe. pragma. ſan. §. in qua quidem. ibi, aſsiſtentibus nobis &c. Et ideo, Ange. Fulgo. & Alexan. in lege prima ff. de feriis. & Iaſon in l. i. ff. de conſti. Prin. differentiam conſtituũt inter definitiuã Principis, quæ habetur pro lege: & definitiuã Ducũ, Comitum: aut magnorũ magiſtratuum, in quibus ſecus. vt ibi per eos poſt glo.

HINC eſt etiam, quòd ſicut Imperator reſtituit ad famam. l. i. §. de qua. ff. de poſtula. & latè per Barto. & Doct. in l. infamem. ff. de publi. iudi. ita & Rex Franciæ: ſecundum Henri. Boyę. in ſpecie de rege Franciæ loquẽtem in ca. cùm te. de re iudica. quia ſuperiorem non recognoſcit: vt latè ſuprà in ſexto iure, intelligendo de reſtitutione famæ gratioſa: ſecus de iuridica: quia illa non eſt reſeruata, & nihil in propoſito. vt not. in d. c. cùm te. & in l. fi. C. vbi & apud quos in integ. reſtitu. poſtu. ſecundum Ioan. Ferrault, in xiiii. iure, tracta. prællega.

HINC eſt etiam, quòd ſicut legitimatio Papæ nõ extẽditur ad terras Imperii ſeu Imperatoris quo ad temporalia. ca. authoritatem. cum ibi nota. xv. q. vi. ſic nec ad regnum Franciæ: quia ſolus Rex legitimat. tex. eſt in ca. per venerabilem. qui filii ſint leg. & ibi omnes Doc. & in cap. naturales. ſi de feu. fue. cõtro. & Bal. in l. i. C. de iure aur. anulo. & in prima conſti. C. & Ioan. Ferrault vbi ſuprà, in xv. iure. Requiritur enim quòd legitimatus ſit ſubditus legitimãtis: vt latè proſequuntur Pe. Phi. de Corneo Peruſi. in cõſi. i. in. ii. char. verſi. nõ obſtat quod vltimò. lib. iii.

& in consi. ix.lib. iiii.col.iii.& Benedictus de Perusio.in consi.ii.incipiente cùm viso.col.vi.

Facultas cudēdi quācũq; monetā auream vel argenteā ptinet ad regem Frācorū sicut ad Imperatorē.

HINC est etiam, quòd ad ipsum Regem sicut ad Imperatorem pertinet ius & facultas cudendi quamcunque monetam auream vel argenteam: secundum Ioan.Sanso. in commen.consue. Turonē.tit. *Des crimes*.arti.i.quæ est magis priuilegiata, quàm moneta aliorum Principum, cũ eam falsificantes sint ipso iure excommunicati, per extra uagan.prodiens.Ioan.xxii.secundũ glo.in verbo,in moneta.titu.de annal.in prag. sanc. Necnon cudentes monetam regis Franciæ & eorum liberi actu officium exercētes, sunt exempti & quieti à talliis & subsidiis: secundum Guid.Pa.q.ccccii.vbi dicit, de cõsuetudine regni Francię seruari, ꝙ liberi eorũ absq; noua creatione sunt monetarii. Potest etiam mutare monetam, licet in debiliorem: secundum Ioan.Fab.in auten. hoc nisi.C. de euic. tenetur tamen in foro pœnitentiali, si pro lucro & in grauamē populi hoc faceret: secũdũ Host.ti.de cēsi.§.ex quib⁹ causis. de quo ꝑ Luc.de pen.in l.ii.C.de vete.numi.pote.lib.xi.

HINC est etiam, quòd sicut Imperator imponit noua vectigalia & subsidia.C.no.vectig.impo.nõ posse &c. & l.vnica.de superindic.libr.x. C.ita & Rex Christianissimus & non alius quacunque dignitate regali, ducali aut comitali vel alia fungatur. Ita in specie de rege Franciæ dicit Sali.in l.i. C.no.vecti.impo.non pos.& Pe. Iaco.in sua practi.titu. de muneri.quæ impo. perso.pro re.& do. Bar.de Chassa.in commento cõsue.Burgun. rubri.*Des iustices*.§. iiii in prin. nu. 23. Licet enim alii domini possint exigere ex priuilegio vel antiqua cõsuetudine.c. sup quibusdam. cum sua materia, de verbo.signi.non tamen imponere etiam pro vtilitate patriæ: secundum Ioan.Fab.in l.non quidem.C.illo eodem titu. nec etiam subditis consentientibus, propter impressionem aut metum præsumptũ inter dominũ & subditos: secundũ eundem Ioā. Fab. & Ioan.Ferrault, vbi suprà.in xvii.iure: vbi dicit, de hoc esse ordinationē regiam: de qua per do. Aufre. in tracta. ordinatio.regiarum.sub titu.de talliis & exac.& in tracta. arrestorum. artic.xxx.ibi. Tertiò, nullus potest subsidia

imponere in regno Franciæ,super suis subditis quacunq; potentia fulciatur,sine consensu Regis:& postea subiicit, & hoc teneas nec vnquam contrarium dicas. De quo per Pe.Iaco.in sua practi.in ti.de mune.quę impo.perso.pro rebus. Sed in specie de rege Francię an & quo modo concedat pedagia: per Hostien. in sum.de censi.§.ex quibus cau.colum.ii.

HINC est etiam, quòd nulla ciuitas etiam bursam cōmunem habens,potest se congregare pro constituendo Syndicū vel Procuratorē vel pro tractandis negotiis ciuitatis sine licentia à rege obtenta aut priuilegio ab eo concesso:ita dicit obseruari in regno Franciæ Ioan.Fab. in §. vniuersitatis.instit.de rer.diuisio. Sed idem in quocunque alio domino vel superiore:secūdum Bar. in lege, actor.ff. rem ratam habe.& in l. omnes populi.versic.deinde quęro.ff.de iusti.& iu. quia de facili possent fieri illicitæ conuētiones:secundum Archi.& Doct.in ca.constitutionem. de verbo.signi.& Doct.in c.i.§.cōuenticulas.de pa. iura. firman.& Specula.in tit.de synd.versi.fi.& sub specie boni, dicendo quòd se congregant pro necessitatibus villæ, possent multa mala machinari contra regem aut dominū suū:quia quod minus possunt singulares,plꝰ pręsumūt vniuersi,vt ait Seneca:ita dicit Gui.Pa.in q.cvi.& q.631.

ITEM, licet omnes ciuitates & vici possint habere bursam cōmunem.lege, in omnibus.ff.ad Trebel.& l.ciuitatibus. ff. de lega.ii.& superiorem sibi constituere qui eos iudicet:secundum Inno.in c. cùm ab ecclesiarum . de offi.ordi. tamen curia Franciæ hoc non permttit: secundum Ioā.Fab.& Guid.Pa.vbi suprà,quia Galli eorū propria natura,faciles sunt ad tumultꝰ,dissensiones,& res nouas:testib.Sallustio & Cęsare de bello galli.libr.iii.vbi refert omnes ferè Gallos rebus nouis studere, & ad bellum celeriter excitari. Et vt ad bella suscipienda,Gallorum alacer & promptus est animus,sic mollis ac minimè resistens ad calamitates perferendas mens eorum est.& libr.vii.dicit, quòd ex Gallis alios impellit auaritia, alios iracundia & temeritas,quę maximè illi hominū generi est innata,vt leuem auditionem habeant pro re comperta. Sallustius

autem in Catilinario ait, Sicut facūdia Græci, ita belli gloria Galli Romanos antecesserunt. Nec vnquã Romani cũ Gallis pro gloria obtinenda, sed pro salute conseruanda bellabãt: teste eodẽ Salust. in Iugur. Ideo, cum Galli sint prompti ad gladium, statutũ fuit & hodie seruatur, quòd si vnus ex pluribus viatoribus aliquem occiderit, licet certus sit occisor, contra omnes tanquam homicidas proceditur: nisi abolitionem à rege obtinuerint: quę eis facilè cõceditur, per nota. in l. item nulla. §. si plures. ff. ad l. Aquil. & in l. si quis in rixa. ff. ad l. Cor. de sica. Ita refert domin. Bened. in repe. cap. Rainutius in ii. parte. in verbo, si absque liberis. ii. in materia. subst. pupil. de testa. Et ob eandẽ caussam, quia faciles sunt ad tumultũ & dissentionem, nõ possunt ciuitates se congregare vt dictum est, nec Consules sibi eligere sine authoritate superioris: secundum Bar. in l. item eorum. §. sed si ita decreuerunt. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine. nisi essent in longæua consuetudine Cõsules eligendi: quia tunc secus, secũdum Guido. Pa. q. cvi. Ita tamen conclusio limitatur duobus modis. Primo, nisi dominus esset talis, qui propter sua demerita veniret priuandus omni honore: quia tunc, nõ esset licentia eius pro se congregãdo requirẽda. c. sanè. xvi. q. vii. Et notatur per Archi. in c. constitutionem. de verbo. significat. secundum Guid. Pa. vbi suprà. quod est notãdum contra nobiles hodierni temporis, qui vt plurimùm sunt superbi, periuri, adulteri, blasphematores, & subditorum suorum oppressores: secundum Bal. in l. per adoptionem. ff. de adopti. Secundo, limita istam conclusionem non procedere in iis quæ concernunt seruitium Dei, puta quãdo agitur de reparatione ecclesiæ vel ornamẽtorum ipsius: quia tunc, parœchiani sine licentia domini se cõgregare possunt in ecclesia, maximè pro tractandis negotiis ecclesiæ fauore ipsius: secundum Bal. in l. i. in lectu. col. ii. C. de sacrosanct. eccle. de quo per Inno. Ant. de But. Pan. & Pe. de Ancha. in c. dilecta. de exces. Prælato. Et ita quotidie seruatur in lingua Occitana, & alibi.

HINC est, quòd sicut ille qui emit ab Imperatore vel Augusto, non potest inquietari per verum dominum rei,

ſed debet agere contra fiſcum ad pretium intra quadriennium: ſic in rege Franciæ alienante vel eius fiſco: ſecundũ Maſue.titu.de ſucceſ.§.item & illius. quicquid in contrarium dicere voluerit Pan.in conſi.iii.ſecundæ pariis. col. xvi.de quo per Philip.Decium,conſil.cccl vii. col.penult.

HINC eſt, quòd ſicut Papa vel Imperator nõ poteſt vocari in ius ſine venia: quia ambo ſunt patres fideliũ ſubditorum: ſecundum Ange.in l.generaliter.ff. de in ius vocan.de quo amplè per Ange.& Iaſ.in §.pœnales.co.xvii. de actioni.& Panor.in c.tãta eſt vis.col.iii.qui filii ſint legit.ſic in rege Francorum: ſecundum Guliel.Bene.in repe.c.Rainutius.in verbo,& vxorem.de teſta.ex quo mulctatus fuit quidam nobilis qui litigabat contra regem in parlamento Pariſienſi, venia non petita: addo text. quem ipſi non allegant in l.ſi quis filium.C.de inoffi.teſtam.

HINC eſt etiam, quòd ſicut Imperator ſuper appellatione deſerta diſpenſat.l.ii.§.quòd ſi ita.ibi à noſtro minimè reparationem peti præcipimus.C.de tempo.appel. ſic Rex Franciæ à deſertione appellationis releuat: ſecũ Guido. Pa.in ſpecie de ipſo loquẽtem, in deciſio.Dalphi. clxxxv. Et à Cancellaria regia quotidie habentur literæ releuaminis à deſertionibus ſeu finibus non recipiendis, cum clauſula, dum tamen bonam appellandi cauſſam foueat impetrans, quæ eſt valde æqua & iuridica.

HINC eſt etiam, quòd ſicut Imperator poteſt tollere appellationẽ, vel Papa in ſpiritualibus, & nullus alius, per nota.in c.i.de reſcrip.& c.ſuper quęſtionũ.de off.delega. tamen Rex Franciæ eam omnino tollere poteſt, quantũcunq; ſit defenſio.c.ſuggeſtum. de offic.deleg. & cle.paſtoralis. de re iudic. ita in ſpecie de Rege Franciæ decidit Ioan.Sanſon in commento conſuetudi. Turoneñ. titu.i. artic.xix.vbi addit, quòd ſublata appellatione non poteſt fieri quominus per viam querelæ iuſtitiã ſeu ius ſuũ proſequens audiatur: per nota.in d.c.i.de reſcrip.Et ita vidimus in multis ordinationibus regiis, in quibus eſt iſta clauſula, *non obſtant appellations quelconques*, & aliquando, *ſans preiudice d'icelles*. Item ſicut Papa & Imperator iudicant in eorum cauſſa propria: c.cùm veniſſent.de iudi.l.& Tibe-

rius Cæsar.ff.de hære.insti.cum similibus.sic & Rex Frāciæ:secundū Bal.in l.exēplo.C.de probat.& Fran.Cur.in cōs.xlix.& do.Nic.Bertrā.in suo tract.de bello inter Iul. ii. & Lud. xii.an fuerit licitū post gesta Tholosan.posito.

HINC est etiam, quòd Rex Frācię rescribit aut caussas cōmittit, cum clausula summariè & de plano sine strepitu &c.sicut Papa aut Imperator:secūdum Ioan.Sanson. in commento consue. Turonen.tit. *Des retraictz*.§. xxvi. vbi ponit illius clausulæ materiam conclusiuè post Bart.in extrauagan.ad reprimendum.Ioan.And.& Georgi.Nathan.Lanfran.& alios in cle.sępe.de verb.sign.Item Rex Franciæ super iuramento dispensat:secundum Gui.Pa.in q.cxciiii.per l.Imperatores.vbi Nic. de Neapo.ad municipal.& l. fi.de re mili.& per glo.notab.in l.adigere. §. fi. ff.de iur.patr.quæ dicit l. principis habere vim apostolic. vt iuramentum remittat:secūdum Bal. in l.nec patronus. C.de oper.liberto.intelligendo in factis militari. secundū Vincen.Sy.in c.iiii.rega.fo.ii.de factis princi. Quod facit secundum do.Guid.Pa.pro nobilibus Delphinatus captis in bellis inter Regem Franciæ & Ducem Burgundiæ,qui promiserant cum iuramēto,tenere arrestū vel hostagium, vt princeps cum illis dispenset, nec incurrant periurium. Et ita fecit dom.de Geincourt tunc locūtenens Delphin. &c.De quo per Spec.tit.de dispensa.§.siue quoq;. versic. item princeps. Item, nedum creatio magistratuum ad regem Frāciæ spectat,vt dictum est supr.imò & locumtenētes ipsorum magistratuum creat & instituit,qui tantā,imò maiorem habent potestatem, quàm si ab ipso magistratu essent instituti:secundum Bar.in l.i.§.ii.ff.de leg.iii.ita in specie ponit do.Guido Pa.q.ccxxxiiii.& ibi in addi.quòd tales locumtenentes à rege creati,idem imperium habent cum eo, cuius vices gerunt:secus si à magistratibus cōmitterentur.per not.in l.i.C.qui pro sua iuris.iudi.da. daríve pos.Hodie extat ordinatio, per quam omnes locumtenētiæ sunt officia formata à principe cōferenda,quæ multos turbauit.Itē,sicut Imperator potest creare omnes dignitates etiam ducales:secundum Bal.in c.i.quis dicatur Dux, Marchio &c. sic est in rege Franciæ:secundum Andre.de

fer.in c.i.de his qui feu.da.pof.& Sozi.in confi.clxv.in-
ipien.vifis inueftituris.

HINC eft etiam, quòd Rex Frãciæ refcribit cum clau
ıla non obftante lege vel confuetudine &c. ficut Impe-
ator: fecundum Alexan.in confi.i.in v.volum.& Bartho.
Chaffa.titu. *Des fucceßions des baftardz.* §.iii.& in conclu.
onfue.fuper verbo, A *uous*.

HINC eft, quòd Rex poteft nobilitare quẽ vult: fe-
undum Bal.in l.facrilegii.C.de diuer.refcrip.maxinè ad
eu.tenen.in regno. De quo latè per d.Chaff.in fuo com-
nen.confue.Burgun.titu.de feu.§.vii.in glo.fi. Et literæ
egis cuicunque tranfmiffæ debent feruari: fecundũ mo-
ern. in l.i.ff.de feriis.& Iafo.in l.i.ff.de confti.princi.&
Vincen.Sy.de factis princi.c.iii.regali.qui dicit fe habere
nam à rege Ludouico fuper reformatione cordigerorũ,
e la grand manche, & eã feruare prędicta iura infequendo.
x quibus reftat, iura Imperatorum, Francorũ Regibus
ompetere, plenè probatũ: imò plura ei competunt, quã
mperatori: vt per difcurfum huius opufculi videri poteft,
naximè in fecunda parte.

Rex F. poteft nobilitare quẽ vult.

Rex qui iudicat in veritate pauperes, Thronus eius in æternum firmabitur.

Prouer.xxix.

Duodecimum Ius.

DVODECIMVM Ius altũ facræ coronæ Franciç eft, vt ipfe Rex & non alius
regni dominus parlamentũ habeat & teneat, quod de appellati.in vltimo reffortu
cognofcit: iuxta c.i. quæ fint regal.fecundum Barto.in l.& hoc Tiberius Cæfar.ff.
hæred.infti.& in l.ii.C.de decur.lib.x. Guido Papæ, in
æft.xliii.in decifi.parlamen.Delphi.& Guliel.Bene.in

Rex Frã. & nõ ali⁹ habet parlamẽtum.

repe.c.Rainutius.in verb.& vxorem.in ii.decisi.nu.482. de testa.vbi dicit,quòd parlamentum dictum est quasi parium lamentum: quia ibi contra Pares Franciæ audiantur laméta subditorum, vel quia omnes caussæ Parium Franciæ ibi tractentur & decidantur,nec tenentur alibi litigare actiuè vel passiuè,vt dicetur infrà:quamuis aliter capiát Barto.& Io.de Pla.in l.si quid.C.de legib.lib.xii.De quo facit mentionem Pau.de Cast.in consi.cccxxxiiii.in volu. antiq.& Aegid.de bel.me.in consi.i.Aut dicitur parlamétum cœtus: cuius nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim quo agebantur caussæ, conueniebant in vnum,& communi intentione tractabant, ca.Canones.§. synodus.xv.distin.& l.humanum.C.de legib. ibi,gloriosissimo cœtu. vel potest dici parlamentum ἐυβουλία, quæ est bona consiliatio:& differt ab ἐυστοχία,quę est consideratio,siue coniecturatio. Sed ἐυβουλία,est consiliatio,quæ cum quæstione,collatione,tépore & deliberatione fit: vel dicitur parlamentum, nomen,quod conuenit rei appellatæ,à parlando gallicè,quod est loqui latinè:quia ii qui supremis curiis positi sunt, inter se negotiorum expeditioné deliberant simul, & coloquuntur, §.est & aliud. institu.de dona.& l.tam dementis.C.de episc.audiê.vel potest dici, secundum Ioan.Montanhe,in suo tract.de autho.& præmi.sacr.mag.con.quando de regni Franciæ parlamentis tractat,quòd hoc nomen parlamentum est magis vulgare quàm iuridicum:sed vulgaris interpretatio est magis atté-denda,l. librorum.§.quód tamen cassius.de lega.iii. cùm ibi nota.per Bar. & in l.cum delanionis.§. asinam molendinariam. ff. de fun.instru.& instru. lega. latè per omnes doct.in proœ.decre.circa primam glo. De huiusmodi parlamentis,fit mentio in c.decet.de immu.eccle.& in c.fundaméta.de elec.lib.vi.de eius potestate æquali cum Rege, qui ex potestate ordinata tollere nõ potest gesta per parlamentum,consuluit Iaso.(prout refert Bartho.Chassa.in cathalo.parte vii.conside.ix.)quia personam regis repræsentat.glo.in tit.de adiorna.in cau.appel.§.item. Fallit in omnibus casibus in stilo parlamenti. Insunt enim ipsi regno parlaméta septem, quæ vt pastores super gregem vigilant,

gilant,regnum à faucibus luporum custodiendo, subditos in timida obedientia continendo.

PRINVM siquidem est apud Parisios tanquam in medio regni situm,cæteris normam dans:de quo Guagui. lib.iii.c.fina.prope finem.parlamentum,inquit,publicum ad iustitiam ministrandam,conuentum Franci vocant,cuius instituendi author ab hystoricis non traditur, id enim cuiusque anni definito tempore, locum quẽ Rex designasset habebatur. Verùm quia hæc generalis ex toto regno coitio impensis & laboribus conuenientes afficiebat,obseruatum postea est vt maioribus ciuitatib⁹ & prouinciis,periti iudiciorum & consuetudinum homines ad id munus delicti ius cuiq; per prouocationem litiganti dicerent:quę institutio cùm vaga interdum incertáque commutatis sedibus esset: decreta est parlamento apud Parisios curia & sedes:in qua iudices designati se iugiter sisterent perpetui prouocationum definitores:qui octoginta sunt &c. Quidam enim vt Ioan.Monta.in suo dicto trac.de autho.fac. mag.consi. dicunt istud parlamẽtum Parisiense Pipino institutum fuisse.Alii verò,vt Nico.Boe.in addi.ad eum dicũt fuisse institutũ à Philippo pulchro.anno 1294.Et rursus anno 306.suprà mille,per regem Philippum cognomine Longum,in trifarium genus diuisum fuit:secundũ Budeum in annota.suis.in lib.pandecta.tit.de Sena. l.fi.§.fi. charta xiii.De quo parlamento presidentum & officiariorum numero,ponunt gloss.in verbo,parlamenta.in rubri. de conclu.eccle.galli.in pragma.sanct.& Bartho.de Chassa.in proœ.consue.Burgund.in gloss.*De noz parlemens*.& latissimè in cathalogo.parte vii.consydera.ix. & elegãter Lucas de penna.super rubr.de offi.præfe.præto.lib.xii.& Guliel.Bene.vbi suprà. Hanc parlamenti curiam non esse ambulatoriam,sed Parisiis continuè tenendam,Philip.pulcher confirmauit secundum prædictos. Sed an parlamentum aut villa Parisien.sit communis patria sicut olim: Roma.l. Roma.ff. ad municipa. vt quilibet regnicola ibi repertus conueniri possit:habetur in stilo parlamenti.de adiorna.in cau.appella.fo.x.versi.an autem.

PARLAMENTVM etiam Tholosanum, ac de *Parlamẽta*

In regno Franciæ q̃ & quot sint.

cætero duo esse parlamenta instituit: vnúmque Parisiis, aliud Tholosę esse decreuit: an. 1302. vt habetur in suis tūc factis ordinationibus. ca. xlvii. quòd ex post per Caro. vii. anno. 1444. renouatum fuit. & per Lud. xi. à Monte pessulano in Tholosam fuit translatum die 2. Octobris, anno 1441. secundum Aufr. in tract. ordinationum regiarū. tit. i. Et licet à principio nō essent nisi duo præsidentes, & xii. consiliarii: tamē ex post auctus est numerus: secundū eundem Bened. vbi suprà. De hoc parlamēto Tholosano meminit Sozi. in consi. xii. iiii. q. i. volu. vbi cōsuluit pro quodam milite accusato per procuratorē regium in suprema parlamenti Tholosani curia de crimine læsæ maiestatis, & Nico. Boe. tit. de iurisdi. omnium iudi. §. xxii. in consuetu. Bituriceñ. & in additio. ad Io. Mon. & latè per Nico. Ber. in suo libro de gestis Tholosano. tit. de parlamenti Tholosani instit. fol. lxiiii.

EST quoque aliud in regno Franciæ parlamentum Delphinale, apud Grationopolim stabilitum, quod primò per Humbertum Delphinū Viennensem die 1. Aug. anno domini 1400. in consiliū erectum. Et inde Ludo. primogenitus Caroli vii. qui postea fuit Rex dictus vndecimus, mutauit nomen cōsilii in parlamentū. anno 1404. secundum Guid. Pap. quęst. xliij. & quæst. ccccclilii. vbi dicit, q cùm iste Humbertus Delphinus non haberet liberos, Philippum Philippi regis primogenitū hæredem instituit, & postea accepta pecunia conuenta ordinem prædicatorum Lugduni professus est: à quo tēpore, Delphini agnomine primogenitus regis Frāciæ hactenus agnominari meruit: secundum Guagui. in croni. Philip. Valesii Francorum regis. In Hispania verò, vt audiui, primogenit⁹ vocatur Linfante, alibi, *le prince*. Et sic diuersimodè. Est tamen aduertendū: secundū glossam in verbo, Delphinatum. in proœ. prag. sancti. quòd regnum Franciæ non cōprehendit Delphinatum possessum à primogenito regis. Ideo videtur, quòd ordinationes regię non extendātur ad ipsos, nisi expressum esset, aut aliàs constaret de mente: quia copulantur tanquam diuersa. iuxta nota. in rubric. ff. de iur. & fac. ignoran. & in cap. querelam. de Symonia.

PARLAMENTVM verò prouinciæ, fuit primò erectum per Ludouicũ huius nominis secũdum comitem prouinciæ, genitorem Renati vltimi comitis prouinciæ: anno 415. supra millesimum. Est deinde nomen mutatum in consiliũ, quod vltimo loco iterum Ludouicus huius nominis xii. mutauit in parlamentum: anno 1500. vt in archiuiis camere computorum ciuitatis Aquensis repertum est: secundum Nico. Boe. in addi. ad Ioan. Monta. in sæpe allega. tracta. de authoritate sac. mag. concilii.

VERVM, reliqua regni parlamẽta, videlicet Diuionen. Burdegalen. & Rothomagen. paucis retroactis temporibus, à Christianissimo rege Ludouico xii. creantur apud Mediolanum pariter & Ianuam, Senatus aut regale consilium ab eodem præpositum est: secundum d. Boe. vbi suprà.

INSVPER, vltra parlamenta prædicta, est ipsum magnum sacrúmque Principis regale consiliũ: de quo per Guaguinum in cronica Pepini Regis Franciæ: vbi ad tem pus eius vsque, erat pretactum consilium creatum, licet vt modò deambulatorium: imo Nico. Boe. vbi suprà, nõ ex q̃ tempore sed quasi ab æterno processet. Et sicut olim erat Imperatoris determinatus Consiliariorum numerus, scilicet Triginta. vt l. Decurionibus. §. iis adiicimus. & ibi Ioan. de pla. & Luc. de pen. C. de silentia. libro xii. Ita etiam Consiliarii Christianissimi regis in suo magno consistorio sunt xxx. scilicet octo Magistri requestarum, & xxii. Consiliarii, cõprehensis magno Cancellario, Referendario, & Procuratore regio: qui sunt de corpore prędictæ curiæ. De quibus videtur loqui tex. in lege, humano. C. de legibus. ibi, id ab omnibus tam proceribus nostri palatii, quàm gloriosissimo cœtu nostro &c. & in lege prima. & ibi Luc. de pen. de Comi. consisto. & in l. i. de silentia. lib. xii. & in proœ. prag. sanc. & in data eiusdem. Et dicuntur Consiliarii magni consilii militantes in regali palatio, duces & vicarii Principis. l. viii. de Comiti. & Arch. lib. xii. & debent ab omnibus sub pœna sacrilegii reuerenter saluta i: secundum Ioan. de pla. in l. i. de domesti. lib. xii. & in l. vt digni. ord. serue.

R. F. ultrà parlamẽta habet magnũ sacrũ Regale consilium.

ITEM, dicuntur proceres quasi procedes sicut capita trabium extra parietes ædificii enimentia: vel proceres quasi longi vel extensi: quia eorum fama & authoritas in diuersas & remotas mundi partes protenditur: secundum eundem Monta. vbi suprà.

ITEM, appellantur illustres. l. quisquis. C. ad legem Iul. Maiesta. & l. viii. de præpo. labo. lib. xii. ibi, quos nostri lateris comitatus illustrat.

ITEM, illud magnum consilium dicitur propriè cõsistorium principis. vt in i. consti. C. ibi, sacri consistorii nostri. autent. sed & lis. C. de tempo. appel. & in corpore vnde sumitur, vbi gl. in verb. consistoriũ. quicquid dicat Archi. in ca. Romana. de appella. libr. vi. dicens, quòd consistorium est Papæ: auditorium verò principis secularis: & malè, per prædicta iura. & tex. in d. cap. Romana. Quales autem debeant esse consiliarii principis, latè per Guliel. de Monte ferra. in suo tract. de potesta. genera. concil. v. parte. Et an minor posśit esse de consilio principis. per Iaso. in l. in prouinciali. §. sed in public. ff. de no. oper. nun. De præeminentia autem & præcellentia inter istos consiliarios & alios parlamentorum Franciç, est quotidiana altercatio: in qua Ioan. Monta. & Boe. in sæpe allegat. tracta. de authoritate magni concilii. insudauerunt, & de Chassa. in catha. parte vii. consy. xiiii.

EST tamen aduertendũ, quòd Rex debet eos honorare. c. esto. xxv. dist. & debent sedere ad latus principis, & non ad pedes: secundum Bartol. in l. iurisperitos. de excu. tuto. quia Cãcellarius & Senatores sunt anima principis, & regem faciunt regnare, secundum Vincen. Sy. in tract. de fac. princip. cap. iii. regali.

ET quia hîc de parlamentis Franciæ fit mentio, sunt aliqua (in diuersis iuris partibus dispersa colligendo) notanda, quæ gloriam & magnificentiam Christianisśimi regis & curiarum suarum non parum demonstrant. Imprimis est notandum, quòd sicut à sententiis Senatus olim appellare non licebat, per text. in l. i. à qui. appel. non li. & ff. de minori. l. præfecti. cap. anteriorum. ii. quæst. v. sic nec à sententiis prædictorum parlamentorum Franciæ appella-

tur: secundum Specula.tit.de appell.§.videndum.circa fi. & glo.in verbo,parlamenta.de conclu.eccl.galli.in prag. sanc. Facit quod notat.Bald.in proœ.ffforum.& Panor. in rubr.de appella.& Guid.Pa.q.cccccliiii. & q.50.vbi reddit rationem, quare parlamenta Fràciæ sint ad instar præfectorum prætorio:à quorum sententiis non appellatur.l.i.C.de sentent.præfec.præto.Sed tantummodo supplicari consueuit vel proponi error olim vsque ad triginta annos: hodie, vsque ad biennium per ordinationem Ludo. xi.publicatam in parlamento Parisiensi, anno cccclxxix. secundum Bartholo.de Chassa.in proœ.consuetud. Burgundiæ in verbo, *De noz parlemens.* quod tamen exequutionem arresti non impedit, præstita cautione per partem victricem de reducendo omnia in pristinum statum:iuxta auten.quæ supplicatio.C.de preci.Imperato.offeren.nec expectatur quadrimestre datum condemnatis: quod non habet locum in condemnatis à parlamento,quia intra decem dies potest fieri exequutio:secundum formam tex.in §.illud.in autent.vt sponsali.largi col. quem ibi ponderat Ang.& sequitur Alexan.in l.ii.ff.de re iudica.& Pontanus in l.debitoribus.illo titul.Et ideo, sententia illarum curiarum arresta vocantur,quasi fixa aut firma existant: à quibus,nemo prouocare posit:secundum Guagui. in cronica Pipini Franciæ regis.Ideo,dicebat Ioan.Fab.in l.fin. C. de legi. quòd magistri parlamentorum possunt facere leges,sicut senatus faciebat.l.non ambigitur.ff.de legi.secundum glo.prællega.de conclusio.eccle.Galli.in prag. sanctio. Quod est verũ de consensu & expresso regis mandato:secundum Nicol.Boe.in addi.ad Ioan.Monta.de authori.fac.magni concilii.versi.hoc præassumpto.& in tracta.de offic.& potesta.lega.ii.parte.i.q.aliàs secus,secundum Alberi.in rubri.de legi.& in l.humanum,eodem tit. Sicut nec domini de Rota Romæ, qui non habent potestatem legis condendæ,sed reddendi ius partibus, secundum Domi.in ca. duobus.col.xi.de rescrip.Feli.in c.ii.de rescript.& Iaso.in l.i.ff.si cert.petat.

SECVNDO est notandum,quòd in pronuntiatione dictorum arrestorũ,præsidentes nomine curiæ loquũ-

tur,dicendo,curia condemnat,vel absoluit,vel ordinat. In quo,differunt parlamenta à magno consilio regis, in quo præses scilicet dignissimus cancellarius pronuntiat sub nomine regis, dicendo, *Le Roy ordonne*. Ita dicit seruari de consuetudine Ioan.Monta.in pręal.tract.fo.iii.Et quãuis iudices inferiores aliquando vtantur hoc modo pronuntiandi,Curia ordinat:tamen nõ videtur eis cõuenire:quia propriè curia est regum aut iudicum maximorum , vt in autent.de consuli.§.sinautem mediocre. & tunc dicitur à cultura iuris:secũdum Lucam de pen.in l.decurio. de decurio.lib.x.vel dicitur curia,eo quòd ibi cura & solicitudo de multis agatur.l.ii.§.& deinde.ff.de orig.iuris.vel dicitur à cruore:secundũ Hugo.Lauren.Archi.& Cardi Alexan.in summa.distin.51. Ideo,melius dicerẽt d.iudex ordinauit &c. Possunt tamen excusari, quia generaliter curia potest dici prætorium publicum omnium iudicum superiorum & inferiorum.l.si quando.de appella.& ca. Romana.in prin.eodẽ tit. in vi.Facit lex iii. & lex,quicũque. de oper.publi.& in l.fin.C.de offi.recto.prouincię.Ideo, dicit Guido Pa.q.cccc.quòd valet sentẽtia iudicis hoc modo lata,Curia ordinat:quia sumitur pro magistratu in tali curia pręsidente:quia ibi censetur esse curia,vbi est iudex: secũdum Innocent.in ca.exposuit.de dila.Facit: quia hoc verbum curia,est indifferens ad quemcunque ius reddendum : secundum Rainu.de sabauano,in repe.legis, more maiorum.ff.de iurif.omnium iudi.

TERTIO est notandum, quòd parlamenta Franciæ procedunt summariè, & pronuntiant sola veritate facti inspecta,reiectis solẽnitatibus & subtilitatibus iuris: secundum Philip.Decium.in consili.cc.in fi. & Guido Pap. q.lviii.iuxta tex.in ca.dilecti.de iudi.ibi,sed simpliciter & purè factum ipsum,& rei veritatem inuestigare curetis.Faciunt nota.in cle.pastoralis.de re iudi. & in cap.ad aposto licę.eod titu.lib.vi.Pro quo est ordinatio Philippi Pulchri Francorum regis,anno 1303.in mense Februarii edita. capit.viii.& capit.ix. quam posuit do.Aufre.sub titul. de libel.obla.in hæc verba.Propter ineptitudinem libelli, dũmodo ex caussa debendi ad caussam petendi, recta con-

clusio sequi posfit: iudex sententiam ferre nō omittat. Similiter propter ineptitudinem processus, vel propter iuris solennitatem omissam, dummodo ex propositis & prolatis in processu, certa ferri posfit sententia: iudex nō omittat sententiari, & ipsa valeat sententia, perinde ac si iuris solennitas esset obseruata, & exequutioni demandetur. Per quam dicit Gulielmus Benedict. in repetitio. ca. Rainutius. in materia fideicommiss. substitutio. quòd in curia Franciæ omnia summariè tractantur: cùm non curet de apicibus iuris, sed solùm, si quod agitur sit verum, vel non. l. si fideiussor. §. quidam. & l. quintus. & ibi Barto. ff. mandati. Facit dictum Angel. in lege, omnium. C. de testamētis. quòd coram Principe non requiritur exactus ordo iudiciorum.

HINC est, quòd parlamentum non curat de defectu litis contestationis, vel publicationis testium, secundū Guidonem Papæ, quæst. ccclxix. & quæst. lviii. & latius quæst. cccccl xxxvi. Vnde cessat disputatio partium super articulis recipiendis, propter eorum ineptitudinem, aut aliàs, secundum eundē, quæst. ccclxvii. Facit doctrina Barto. in l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiurando. vbi vult, quòd inquesta facta super non admittendis, valeat, & habeatur respectus si seruiat ad caussæ decisionem. Facit tex. singularis in l. fina. ff. quòd metus caussa. vbi per vim exactio non rescinditur quo ad verum debitum. Ex quo notat Baldus, quòd exequutio facta pro vero debito, nō reuocatur propter ordinem non seruatum. Et in hoc est singularis & valde solēnis ille textus, secundū Bald. in c. tue. vt lite non contestata. & Iaso. de May. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. Facit glossa notabilis in verbo, iuranti. in l. i. §. si quis argentum. ff. depositi. quam extollit Ludo. Rom. in l. non solùm. §. sed probari. ff. de noui operis nuntiat. ad hoc quòd non attenditur ineptitudo libelli vel processus, si probationes sunt claræ: & sicut dicitur in confesso, per Bart. in l. si confessus. de custod. reo. & Panormit. in cap. Pisanis & Lucanis ciuibus. de restitu. spoliato. quamuis obstare videatur gloss. in §. i. institu. de obli. ti. genera.

HINC est secundò, In curia parlamenti, non attenditur forma petitionis, imo sępe aliter quàm petitum fuerit, iudicat: & sæpius super eo quod petitū nō fuit, vel aliter quàm deceat. l. Aemilius. vbi Bart. & Bal. ff. de iniur. & c. ad petitionem. de accusa. de quo singu. Specu. titu. de actio. & peti. §. super. versic. sed quid si reus. & Bal. in cap. i. §. inuestiturā. de no. for. fideli. vbi. dicit, ꝙ Princeps facit vt Deus, qui est ipsa veritas. l. fi. de pōdera. lib. x. Ideo, quocunque modo illam sciat, debet illā sequi: etiam si ordo iudiciari⁹ sit omissus: per tex. nota. in d. c. ad petitionē. de accusa. secundum Philip. Decium. in consilio vndecimo, primę partis.

HINC est tertiò, quòd parlamentum non curat patriā potestatē, vel minorē ætatē: imò filiifamiliàs & minores possunt stare in iudicio, sine patris aut curatoris authoritate: quicquid dicatur in l. fina. §. necessitate. de bo. quæ libe. & in l. clarum. de autho. præstan. iuncta rubri. qui legiti. perso. hab. sta. in iudicio. cū similibus secundū Guido Pap. q. liiii. & Guliel. Bene. in repe. c. Rainutius. in ii. parte. in verbo, si absq; liberis. ii. in materia fideicō. substi. vbi dicit, quòd minor non potest petere restitutionem in integrum aduersus arrestū parlamenti, quantumcūq; læsus: quicquid dicatur in l. præfecti. ff. de minor. quia per ordinationes regias prohibitum est, venire cōtra arrestū directè vel indirectè: nisi per propositionem erroris &c.

Parlamētū Frāciæ nō seruat ferias.

HINC est quartò, quòd parlamentum Franciæ non seruat ferias: imò ex consuetudine, omnibus diebus etiam feriatis (aliquibus exceptis) reddit ius: quod est valde æquum, maximè pro litigantibus venientibus à longinquis partibus: vt citius expediantur. Ita dicit Specula. in tit. de feriis. §. i. & Martinus Laud. in tracta. de princi. arti. xliii. & Bartholo. de Chassa. in cathalogo, parte quinta. consilio xxiiii. nume. 120. sentit Bart. in l. ii. §. fi. ff. si quis in ius voca. nō ierit. Ideo, de curia Franciæ potest dici, quod de Romana dicit Fede. de senis. in cōsi. xli. quòd solennibus diebus, solennes processus facit.

HINC est etiam quintò, quòd licet Iudex superior, postquam bene iudicatum pronunciauit, non possit reti-

nere caussam Principalem quæ debet redire ad iudicem à quo .c. vt debitus honor. de appell. & l. intra. ff. de mino. tamen secus in curia palamenti, quę ex bono & æquo, dũ sibi videtur, retinet caussam principalem: secundum Guido. Pa. q. ccccxxxvi. versi. xxix. quæro.

HINC est sextò, quòd leges ciuiles Romanorum nõ allegantur in curiis parla mentorum Franciæ, vel aliis inferioribus pro authoritate, sed pro ratione tantùm, secũdum Bal. in c. ad hæc. de pa. iura. firman. in vsi. feudorũ. & in l. nemo. C. de sen. & interlo. om. iudi. Pe. Cy. & Doc. in l. i. C. de sum. trini. & fide catholi. Aluaro. in pręludiis feu do. quia cùm Rex Franciæ neminem recognoscat in supe riorem. c. per venerabilem. qui fi. sint legi. & latè suprà, in vi. iure conclusum extitit: sequitur, quòd legibus Romanorũ non est subditus. Ideo, aduocati regni Franciæ cùm deficiunt eis rationes, dicunt sic: vidi regem interloqui in simili caussa: secundum Albe. & Iaso. in l. i. col. ii. ff. de cõsti. Principium. Nil mirum igitur, si parlaméta quę reprę sentant regem Christianissimum ex bono & æquo pronuntient, cœremoniis seu solennitatibus iuris repulsis, vt dictum est suprà. Ob quod, procedit libellus accusatorius coram Principe, vel curia suprema, sine loco & die: cõtra l. libellorũ. de accusa. secundum Bal. in c. ii. de cõfessis. Et huius clausulæ, sola facti veritate &c. plures sunt alii effect⁹, de quib⁹ Hypp. de Marsi. in sing. ccccxciiii. & cccxliii. & Ias. in l. si. stipulato. §. Grison⁹. nu. 36. ff. de verbo. obli.

ET est aduertendum, quòd prædicta cessare videntur in patria iuris scripti, vt est lingua Occitana, quæ ex contractu seu cõuentione inita cũ rege Christianissimo, & in institutione curiæ parlamenti Tholosani, debet regi iure scripto: vt latè per dominum Guliel. Benedic. in repeti. c. Rainu. in verbo, & vxorem. in ii. deci. nisi dicamus, quòd ius scriptum sit ibi seruandum, quatenus facit pro eis, non quatenus esset contrà, vel esset potius damnosum quàm vtile: vt si dictæ solennitates & cœremoniæ litium prolõgatiuæ seruarentur, per l. quod fauore. de leg. vel etiã potest dici, quòd ius commune sit ibi seruãdum in decidendo, sed nõ in cognoscendo: quia in ordinatoriis ampliorẽ

habet Rex potestatem: cle. dispendiosam. de iudi. cum similibus. Ideo, seruantur ordinationes regiæ : secundum eundem Benedi. vbi suprà.

Parlamẽta Frã. multis gaudẽt Iur. prærogatiuis.

QVARTO est notandum, quòd parlamenta Franciæ multis gaudẽt iuribus prærogatiuis. Primò enim, possunt vti manu armata, cõtra inobedientes seu rebelles: secũdum Guliel. Benedic. in repeti. c. Rainu. in ii. deci. nume. 483. in add. super verbo, seu Magistris. quod non possunt inferiores: licet dicatur in l. qui restituere. ff. de rei vẽdicat. quòd iudices vti possunt manu militari: quia intelligitur de manu familiæ aut seruientiũ: secundũ Ioan. Fab. in l. i. C. de offi. milita. iudi. sed Bald. in margari. in verbo, iudex. dicit quòd iudex potest etiã cum ense iurisditionẽ suam tueri: quod intelligitur de superiore, secundum Stepha. Aufre. in repe. cle. i. fo. xv. de offi. ordi. q in stilo parlamenti ordinationẽ Ludoui. xi. per parlamenta Tholosę dicit editam, vt vti posset manu armata: sub titu. de senten. & arrest. & exequu. eorundem. in confi. sed posuit in hæc verba, Ex deliberatione Gentium nostri magni consilii &c.

ITEM, euocant caussas coram iudicibus inferioribus pẽdẽtes, si æquũ eis videatur, secũdũ Gui. Pa. q. ccccxl. Pœnam corporalem commutant in pecuniariã, cùm ęquũ aut expediens eis videtur: secundum eundem Guido. Pa. q. ccccxxxvii. & quæstio. cccccLxxix. & nil mirum, quia apud Principem vel parlamentum omnis pœna est arbitraria: secundum Bal. in l. cunctos populos. in lectura. C. de summa tri. & fide catho. Caussam committunt summariè & de plano, sine strepitu & figura iudicii cognoscendam: secundum Guido. Pap. quæstio. cxcviii. quamuis de iure secus, per glossam singula. secundum Ioan. de Imol. ibi, in capit. fina. de hæred. libro sexto. non tamen nouum tributum concedunt, sed solus princeps: secundum eundem. quæstio. cxcvii. per legem viii. C. de superindic. libro decimo.

ITEM, de dominio seu domaynio regis cognoscunt in petitorio & possessorio: secundum Ioann. Fab. in lege fina. Cod. de officio. Rect. prouincia. quam indu-

cit contra Senescallos, qui hanc cognitionem sibi vsurpare volunt: sed per ordianationes æditas per Philippum de Valesio: anno domini trecentesimo trigesimo octauo. & Carol. vi. anno domini milesimo quadragesimo septimo statutum fuit, quòd Senescallus vel Ordinarius regius cognoscere poterit in possessorio & in petitorio vsque ad quadragesimam libr. de annuis redditibus, si procurator regius sit actor: & vsque ad viginti libras, si sit reus. Pauperibus litigantibus prouident de Aduocato & Procuratore sine expensis, & Notarios Curiarum inferiorum cogunt ad ducendos processus miserabilium personarum euocatos vel per appellationem deuolutos sine expensis: secundum eundem Guidonẽ Papæ. quæstione quingentesima sexagesimaprima. per textum in §. si tibi. in autentic. de mandatis princip. collatio. tertia. Conspirantes in dominos de parlamento incidunt in crimen læsæ Maiestatis, quia sunt pars corporis mistici: secundum Ioann. Fab. Bald. & Angel. in lege, quisquis. C. ad legem Iuliam Maiestat. quamuis Saly. ibi. & Guido Pap. quæstione trecentesima quadragesimaquarta, dicãt, tales esse puniendos tanquam delinquentes in Magistratum tantùm. Rebelles dictis dominis parlamentorum, in iis quæ ad eorum spectant officium, tanquam rebelles regno, puniuntur per extrauagant. Henrici qui sunt rebelles. secundum Bartholomeum de Chassa. in commento consuetudi. Burgundiæ, in proœmio, super verbo, *De noz parlemens*. post glossam in verbo, parlamenta, de conclu. eccle. Galli. in fine pragmaticæ sanctio. de quo latè per dominum Phillipp. Deci. in consilio quadringentesimo nono.

PARLAMENTA etiam cognoscunt de beneficiis in regalia vacantibus, & aliis quorum collatio ad regem Christianisimum pertinet, tam in petitorio, quàm possessorio: vt habetur in stilo parlamenti in instructionibus abbreuiatis, titulo de caussis de quibus Curia parlamenti cognosce. consueuit. articulo primo. & ita intelligitur ordina. Ludo. xi. anno quadringentesimo sexagesimoquarto edita, per quã declarauit cognitionẽ illorum

Parlamẽta cognoscũt de benefici is in regalia uacãtibus.

beneficiorum ſibi & ſuis iudicibus, & nō alteri pertinere: ſecundum Aufre.in repe.cle.i.in xxv.fallen.ii.regu.de of fi.ord.vt latius dicetur infrà,in ii.parte.in i.iure.

PARLAMENTVM eſt ſupra gubernatorem patriæ,& eius locumtenentes: ſi non per appellationem,ſaltem per viā ſupplicationis:ſecundū Gui.Pa.q. ccccxxxvi. verſi.xxxii.quero. Et licet tales gubernatores dicant ſe in ſuis literis locumtenentes regios, tamen eorum officium propriè eſt procōſulis,qui eſt inferior præfecto prætorio, id eſt parlamento,ſecundum Barthol. Chaſſa.in cathalogo,parte vii.conſyde.i.quorum gubernatorum locumtenentes creat Rex aliquando, & inde capiunt nomen regium:ſecundum Guido.Pa.q.ccxxiiii.

PARLAMENTA ſuccedunt conſiliariis vel præſidentibus ſine ſucceſſore decedētibus: ſecundum Alexā. in addi.ad Bart.in l.iii.C.de hære.Decurio.& Nico.Boe. in §.v.tit.de teſtam.in fin.

ITEM, licet inſtātia pereat triennio, l.properandū. C.de iudi.tamē in parlamētis ceſſat hermocidium.auten. ſed & lis.C.de tempo.appe. de quo per glo.in §.xxiii. tit. de iuriſ.omn.iudi.in conſue.Bitu.& in commento cōſue. Bituricen.tit.de teſta. §.v. in fi.Sed an in dominos parlamenti poſsit compromitti,vt cognoſcant inter partes tanquam arbitri compromiſſarii,amplè per Gui.Pa .queſtione ſexageſima nona . Et an ſint ꝑpetui & poſsint acquirere intra reſſortū, & cōtrahere,per eundē Gui.Pa.q. cxcv.

ITEM, alia gaudent prærogatiua domini parlamēti: quia à talliis, collectis , aut ſubſidiis immunes & exempti ſunt,nedum de iure cōmuni, ſed etiam ex priuilegio ſpeciali Carol.vii.Ludoui.xi.& Caroli.viii.quod poſuit Stephan. Aufre.in tit. de priuilegiis. prout refert & ſequitur do.Gulel.Bene.in d.repe.c.Rainutius.in verbo,& vxorem.in v.deciſiōe.De quo amplè per Gui.Pa.q. ccclxxvi. & ſequen. Et de viduis dictorum dominorum prædefunctorum, an ſint immunes, & gaudeant priuilegiis illis, vt prius,durante viduitate;per eundem Gui.Pa.q.ccclxxix.

ITEM,domini de parlamento iudicant ſecundum eorum conſcientias, ſicut princeps,ſecūdum eundē Guido.

Pap.q.xxix.per not.per Cy.Bart.& doct.in l.i.C.vt quæ desunt aduo.partium iudex suppleat.De quo latè per Fel. in c.pastoralis.de off.deleg.& in c.in caussis. de re iudic. & Iaso.de May.in §.si minus.insti.de actionibus.

ITEM, licet gesta per falsum procuratorem possint ratificari per dominum,l.licet.de procurato. cum similib. non tamen gesta per falsum procuratorem in parlamento seu audientia principis,secundum Bal.in l.falsus.col.i.C. de fur.qui alleg.Innoc. in c.ex parte decani.de rescriptis.

ITEM, parlamentum Franciæ in hoc pariter honoratur, vt non teneatur seruare ordinem iudiciarium,sicut nec princeps: secundum Fel.in c.in causis.de re iudic. & in c.ad petitioné.de accusa.Ita dicit Iac.de sancto Georg. in tracta.feud.in verbo,princeps.& Iaso.in l.certum.col. penult.C. vnde legiti. Ideo, non curat ineptitudinem libelli aut defectum litis contestationis,& publicationis testium:vt dictum est suprà.

ITEM,instantia non currit in parlamento:per nota. per Feli.in d.c.in causis.de re iudic.

ITEM,contra arrestum parlamenti non petitur restitutio in integrum prętextu minoris ætatis,aut aliàs vt dictum est suprà:alleg.do.Gulie.Bened. in verbo, si absque liberis.ii. in materia fideicom. substitu.si tamen peteretur iuxta l.prę́fecti.ff.de minoribus.non cessaret manus exequutoria,secundum Bald.in l.si caussa cognita.C.de trãsacti.in l.viii.C.in integ.restit.postu.ne quid noui fiat.

ITEM,in parlamento sufficit sola narratio facti absq; conclusione:secundum Ange.in l.omnium.C.de testam. licet secus in inferioribus, iuxta l.edita. cum sua materia. C.de edendo.

ITEM,præsidétes in dictis parlamentis,verbo,nõ in scriptis, & de scripto, arresta proferũt sicut princeps ipse, vel quando in principis præsentia,sententia profertur:secundum Specu.in titu.de senten.prola.§.iusto.versi. non valet.De quo per Bald.in l.fi .C.de legib.& in c.i. de no. fru.fideli.Ioan.Andr.& alios in c.in causis.de re iudica.

ITEM,palatia in quibus vt plurimũ sunt sedes parlamẽtorum, portant seueritatem & protectioné: secundum

Bal.in l.i.C.de iis qui per met.iud.non appel.adeò quòd offendétes aliquem in illis vel confinibus eorum, capitaliter puniuntur: quod obseruatur etiam in palatiis Papæ, secundũ Barto.Chaff.in cathalogo. v.parte.cõsyd.xxiiii. num.125.vbi refert de quodom armigero Gallo societatis domini *de la Pallice*, qui pro vna alapa in palatio Papæ Bononiæ data, fuit condẽnatus ad patibulum:sed pro eo obtinuit gratiã à Papa. Ideo, ad dicta palatia nemini licitum est(etiã nobilibus)portare arma.§.si quis rusticus. de pac. tenen. vbi gloss.Bal.& Angel.in l.qui dolo.ff.ad l.Iuli.de vi publi. vbi idem dicit in collegio seu conuentu scholarium, nec in finibus illorum: puta in introitu vel exitu. Et ita dictum fuit per arrestum parlamenti Parisiensis,contra quendam tonsorem & alios,secundum Bartho.Chaff.vbi suprà. Et de nõ portandis armis ad palatia, plura stant arresta parlamentorum:quę quidem palatia non sunt parietibus aut ædificiis priuatorum coartanda,l.quicunque.C. de operibus publi.Facit c.nulla.& ibi glo.xii.q.i.

ITEM, parlamentum alia gaudet prærogatiua circa reparationem attẽtatorum, vt illam alteri cõmittat iudici, conuertendo ea in excessus: secundum Guliel.Benedi.in repe.c.Rainutius.in verbo,& vxorem.in ii.decisi.nume. 433.quãuis regulariter à iudice caussę principalis sit fienda dicta reparatio attentatorum: per notat.in c. non solũ. de appella.lib.vi.& in l.appellatione.C.eodem titu.

ITEM, lite in parlamento pendente,non admittuntur partes ad proponendum accordum, nisi per curiam sit passatum:secundum do.Aufre.in tracta.arresto.arti. lvii. & Ioan.Gall.q.xciiii.versi.fin.

ITEM, testes absentes seu valetudinarii authoritate curiæ parlamenti auditi,nõ reexaminãtur, etiam si viuãt: quia æquipollet inquestæ principali,propter curię authoritatem:secundum Ioan.Gall. q.xlix. de quo per Bald.in autẽ.sed si quis.C.de testi.& Bar.in l.Aqui. ff.ad l.Aqui.

ITEM, cognitio vadii duelli solùm pertinet ad curiam parlamenti:quare per Philip.Pulchrum,anno dom. 1317.fuit inhibitũ Senescallo Tholosan.ne super his aliquẽ processum faceret: vt habetur in tractatu ordinatio-

num regiarum, sub titu.de guerris & duel. c. placet.& in stilo parlamenti, tit. de adiournat.in cau.appell.§.item fal lit.vbi aliquis aliquem &c.iuncta additi.domin.Stephani Aufrer.& in §.sequen.de Senescallis & Balliuis abutentibus aut delinquētibus, qui alium non habent superiorem immediatum, quàm parlamentum. Faciunt nota. per Angelum, in l.omnem.ff.de iudi.

ITEM, parlamenta præfectis prætorio in authoritate, potestate, & honore sunt æquata: secundum Guid. Pa. q.50.sed in quibus conueniant & differant, latè ponit Io. Monta.in repe.rubri.ff.de iuris.omnium iudi.& in tract. de autho.sac.mag.concil.& ibi Nico.Boe.in addi.versic. hoc præassumpto: vbi dicūt, quòd diuersitas Senatus Romani & parlamentorum Franciæ, patet ex diuersitate titulorum, de Senato. & de offic.præfecti prætor. A quorum titulorum ordine, in proposito valet argumen. secundum glo.singul.in rubri.ff.de eo per quem fac.erit. secundum Rapha.Fulgo. & Iason. ibi.& in rubric.& in §. pœnales. versic.item aduersus.insti.de actio.de quo latè per Barto. Bal.Alexan.& doct.in l.i.ii.not.ff.si certum petatur.

ITEM, Senatus ad famam restituebat, l. ii. §. de qua re.ff.de postu.latè Panor. & Feli. in c.cum l. de re iudica. licet sit de reseruatis principi, ad quæ parlamenta manum non apponunt, sed solus Rex: imò per ordinationes Ludouici duodecimi, articu.lxix.expressè cauetur, quòd locumtenentes generales regii, vel gubernatores in aliquibus prouinciis deputati, non possint dare gratias seu abolitiones, nundinas, mercatus, legitimationes, nobilitationes, aut euocationes: & sic de similibus principi supremo reseruatis. Et hæc de parlamentis Franciæ, & eorum authoritate dicta sufficiant quo ad rem de qua agitur breuiter perstringendam.

Iudices & Magistratus constitues in omnibus portis tuis. Deutero. xvii.

Decimumtertium Ius.



Sigilli regij excellētia, & q̄ literæ ī cancellaria Francorū Reg. emissæ, sigillóq; regio sigillatæ sine suprascriptione testium probant.

ECIMVMTERTIVM Ius altū & præcipuum Christianissimi Regis, est circa sigillum iustitię regium, quod excellens est & autenticum, glo. in verbo, sigillum. in conclu. eccle. gall. in pragma. san. Guido Papæ, q. clxxv. & Specu. in tit. de prob. §. fi. versi. x. dicentes, literas in Cancellaria Francorū regis emissas sigillo regio sigillatas probare sine testium subscriptione: quāuis aliàs secus, secundum Archid. in c. vt circa. de elect. lib. vi. & Salice. in l. ad instructionem. C. de episc. & cleri. Sufficit enim in Frācia subscriptio notarii, seu secretarii regis, secundum eundem Guido. Pap. q. cccclxxxi. Sed an deficiente sigillo, possint literæ regis probari per comparationem literarum, tangit Philip. Deci. in consi. ccxix. col. fin. parte 2. Quod quidem sigillum Francię est priuilegiatū vltra & super sigilla Ducum, Principum, Prælatorum aut aliorum dominorum: in hoc maxime, quòd instrumenta recepta sub sigillo regio, habent exequutionem paratam non obstante oppositione, & totalem effectum guarentigiæ, quòd ex suprema ipsius Regis authoritate nulli subdita (vt latius suprà dictū extitit) ꝓcedere dignoscitur: prout testatur ipse de Chassa. in proœ. consuetu. Burgund. in glo. super verb. *De nox parlemens*. & in conclusione, in glo. super verb. *Nous auōs faict mettre nostre seel*. & in cathalo. glor. mun. in vii. parte, considera. xx. vbi dicit, quòd in Burgundia datum fuit in priuilegium Philippo primo Duci Burgundiæ, vt tenere & habere posset curiam Cancellariæ, quæ à Cancellaria Franciæ dependere dicitur: cuius virtus est, vt instrumenta sub sigillo regio recepta habeant exequutionem paratam,

tã,quod non habent alii: cùm non sint supremi,sicut Rex Christianissimus:secundum eundem,ibi: & pro conserua tione & custodia dicti sigilli regii & suorum priuilegiorũ & fauorum,sunt creati in Frãcia quamplures magistratus, qui in lingua Occitana conseruatores & custodes sigilli regii vocantur:qui de consuetudine plurium locorum, ha bent iurisditionem ordinariam,vt Tholosæ. glossa in §.i. in glo.ii.in fine.de donatio.in commento consuetudinum Biturig.In Burgundia verò, dicitur gubernator cancellariæ,qui,eo respectu quòd eius cognitio est limitata ad cer tum genus caussarum,scilicet concernentium exequutionem contractuum sub dicto sigillo cancellariæ receptorum,posset dici delegatus à principe ad vniuersitatem caus sarum:tamen ex quo est perpetuus & non temporalis, dicitur ordinarius seu iurisditionem ordinariam habens, sicut domini de Rota: secundum Alexand.de Imo. Iason. & Purpuratum.in l.more.ff.de iurisdi.omnium iud.& iste gubernator habet in qualibet sede locumtenentes,qui pos sunt dici iudices cartularii:quia habent potestatem faciendi præceptum, vt instrumenta sub sigillo dictæ cancellariæ recepta, exequutioni demandentur: prout faciebant olim notarii qui erant iudices cartularii: secundum glo.in l.i.ff.de iudi. & in l.rem non nouam. C. illo eodem titul. & Bartol.in l.iubemus.§. sancimus. circa finem. C.de sacrosanct.eccle.non quòd talem haberent ex natura officii tabellionatus iurisditionẽ, vt sentit Pau.de Castr.in dicta l.i.ff.de iudi.sed eo quia à superiore talis concedebatur iu risditio in voluntariè confessos. Et ita vtuntur in tota Italia: vbi notarii tale præceptum faciendi authoritatem habẽt à lege vel statuto disponente, quòd instrumenta guarẽtigiata habeant exequutionem paratam: secundum Benedic.de Barzis,in suo tractatu guarentigiarum.in i.q. & Bal.in l.si fidem. C.de fideiusso.sed in Burgundia talẽ authoritatem exercent locumtenentes cancellariæ,& in lingua Occitana custodes sigilli regii, qui faciũt exequi mãdata sua in vim submissionis & obligationis ad vires dicti sigilli regii factæ: quamuis vltra submissionem requiratur etiã dicti instrumẽti sigillatio:secundũ Guid.Pa.q.clxxxi.

Quod non seruant dicti custodes,qui sunt iudices cartularii:secundum eundem de Chassa.alleg.parte vii. cōsydera.penul..& pedanei:secundū eundem ibi,cōsyde.xxxix. post Spec.in tit.de iudice deleg.§.ii.versic.i.in fi. & in cōsydera.xxxviii.dicit, quod magnificus cancellarius Franciæ prætendit quòd omnis cognitio sigilli regii dicatur ab eo dependere,tanquā à fonte:& quòd alii magistratus nō sunt nisi riuuli ab eo descendentes. Ob quod,constituit locumtenentes generales & particulares : pro quibus,dictū fuit per arrestum parlamenti Diuionensis,quòd præsentibus dictis locūtenen.locūtenentes gubernatoris cessarent tanquā à maiori creati sint, scilicet ab illustrissimo cancellario Franciæ. Ideo,digniores sunt censendi:iuxta copiosè tradita per Feli.in ca.per tuas.de maio.& obedien.Pro quo facit quod dicit Io.Gal.in suis quæstionib⁹.fo.lxxix. & glo.in rubri.*Des iustices*.in consue.Burgun.quòd de falsificatione sigilli regii,solus cancellarius Frāciæ cognoscit, quia ad eum pertinet custodia : secundum Guido. Pap.in tracta.rescriptorum,circa finem.Et de priuilegiis & fauoribus dicti sigilli regii,facit mentionem Pe.Iac.in sua practi.tit.de cōdict.ex leg.§.quadrupli.inst.de actioni.versi. Item quartò.sic dicendo, Item quartò,nituntur regales sibi attrahere iurisditionem prætextu sigilli regii, dantes illi sigillo multa priuilegia: quod fieri non deberet, quia aliorum honores seu priuilegia aliis occasionē damnorum adferre non oportet,l.fi.C.de stat. & imagini.& l. cùm filius.ff.de test. milita.sed quamuis dicat,quòd propter cupiditatem & nō pro bono iustitiæ hoc fiat,tamē verius credo contrarium:scilicet vt sit valde vtile reipublicæ dictum sigillum regiū vltra & super alia priuilegiari : tum ratione supremę potestatis,propter quam ordinem iudiciariū non seruat.c.ad petitionem.de accusa. sed solam veritatem sequitur quocunque modo illam sciat:secundum Bald.in c. i.§.inuestitura.de no.for.fideli.in vsi.feudorum . tum ratione solennitatum & subtilitatum in ordine iudiciario requisitarum:quibus omisis , melius est simpliciter & purè veritate in instrumēto descripta inspecta,ꝓcedere & exequi:vt latè per Guid.Pa,q.ccccclxxxvi.& Guliel.Bene. in

repe.c. Rainu.in secunda parte.in materia fideicō.substit. super verbo, si absque liberis.ii.per text.in c.delicti.de iudi.& in l.si fideiussor.§.quidā.& in l.quintus.ff.māda.vbi per Barto.& doct.Est enim instrumētum sub sigillo regio confectum, euidens veritas probata & non probanda: & ideo, non indiget disceptatione fori: secundū Bal.in l.Imperatores.ff.de stat.homi.& in l.ii.quando fiscus vel priuatus.in l.quoties.de iudi.& in l.fina. de vsu.pupillarem. & auten.qui semel.C. quomodo & quando iud.& in c.consuluit.col.v.de.offi.delega.quia dicitur euidentissimè cōstare illud quod constat per tale instrumentum publicum. per text.in c.licet caussam.ibi, euidentissimè per instrumētum constat, de probatio.& in c.cùm dilecti.de dona.& c. cùm olim.de censi. Et facit rem certam & manifestam. ca. olim.de verbo.signifi.& c.fi. de coha.cle.& mulie.nimirū si habeant exequutionem paratam, quæ in iure vocantur instrumenta guarētigionata, vt Tusci appellant: & Perusini, confessionata: secūdum Bal.in l.etiam. C.de exequutio.rei iudica.Bartol.& docto.in l.i.C.de confessis.Franci autem sub sigillo regio confecta quæ habent exequutionem paratam de stilo curiæ Franciæ, & tenentur debitores fournire seu garnire manum iustitiæ de totali summa contenta in literis: secundum Nico.Boe.in titu.de iurisdi.omnium iudi.§.xxvii. quod dicitur communiter, *La main du Roy garnie*.secundum Bartho.de Chassa.in commento consue.Burgun.tit.*Des rentes*.§.iii.in glos.*Quand ilz y sont mis*.quæ præcisæ in Delphinatu: sed in lingua Occitana, clamores vocant: secundū Guido.Pa.q.cxvii.quod est nedum de stilo, imò per constitutiones regias obseruatur: secundum do.Stepha.Aufre. in tit.de offi.sigil. & curiarum rigorosarū, per totum: quæ strictè debent interpretari, quia odiosæ & contra ius cōmune: secundū Ang.in l. ait prætor.§.si iudex.ff.de re iudi. Et hoc est, nedum virtute sigilli regii: sed virtute confessionis factæ notario de instrumēto rogato: secundū Ias.in l.errore.C.de iuris & fac. ign.col.pen.& latius in l.i.§.si quis ita.ff. de verb.obli. & iuramenti in instrumento cōtenti: de quo, an faciat instrumentū habere exequutionē paratam, latissimè per Iaso.de

Masueri.in sua practi.tit.de adiourna.col.v.& titu. de remis.col.viii.De quo extant ordinationes regiæ, de quibus per d.Steph.Aufre.in suo trac.ord.regiarũ.tit.de offi.Curiarum & sigillorũ rigoro.quæ malè in hoc seruantur. Ad id tamen quod de incarceratione dictũ est, addo quòd de consuetudine regni Franciæ, non potest quis incarcerari, etiam in vim instruméti sub sigillo regio cõfecti,pro debito ciuili, nisi ad hoc sit expressè obligatus:secũdum Ioan. Fab.in §.fi.instit.de actio.& gl.in §.xiii.de iurisf. om.iudi. in consue.Bituri.De quo per Lucã de pen.in l. curiosi. de cur.& statio.in l. cùm scimus.de agri. & censi. libr.xi. Et tunc,nedũ corpus ipsius debitoris viui capi potest,imò etiã si mortuus fuerit,ne sepeliatur donec fuerit sibi satisfactũ, cum licentia tamen iudicis:secundum Ange. in autenti. vt defuncti seu fune.circa princ. quamuis aliàs non audiatur creditor appellans,ne corpus debitoris sepeliatur;quia est res non recipiens dilationẽ: secundum Spec.tit. de appel. §.quib⁹. versi.viii.De quo per Feli.in.c.sicut Iudæi.de Iude.& Hypp.de Marsi.in l.si in singulos.de annuis legatis. Nec liberatur debitor captus dando fideiussorẽ, imò præcisè tenetur soluere,glo.est singula.in l.fina.§.fin.ff.si cer. petat.secundum Bald.& Bologn.ibi.Verùm,quia de stilo curiarum cancellariæ siue sigilli regii rigorosi,non admittuntur aduersus instrumentum sub sigillo regio confectũ, nisi aliquæ paucæ exceptiones & aliquando nullæ: opponi tamen poterit, quòd illud instrumẽtum non est instrumentum ratione alicuius defectus:secundum Bart.in l.diuus.ff.de testa.milita.& in l.i.§.& parui refert.ff. quod vi aut clam.& ibi Alexan.in addi.& in consi. xxxiii.in i.vol. & Guido.Pa.q.ccix.vt,quia caret annis Domini,nomine principis, inditione, testibus vel suscriptione, aut aliis in publico instruméto requisitis.De quibus,in auten.vt præponatur nomen Imperato.& in rubri.de fide instrument. vel quia instrumentum non est confessionatũ aut guarentigiatum:quæ cõcernunt substantiã instrumenti,aut solennitatem à statuto requisitã.l.constitutionibus.ff.ad Municipal.cum similibus: vel quòd contractus in instrumento contentus,sit factus contra legem:ideo,nullus.l.non du-

bium.C.de legi.& l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosan. eccl.
Nec per dictum sigillum regium, vel stilum curiæ sigillaris, firmatur obligatio quæ caret propriis viribus.l. obligationes.ff. de actio.& obliga. imò, si contractus aut instrumentum est nullum,& guarentigia vel submissio sigillaris in eo contenta: secundum Bartol.in l. si absente.ff. si cert.petat.& Iaso.in l.i.§.si quis ita.in fi.ff.de verbo.obliga.per text.in l.fina.de consti.pecu. Est enim talis stilus rigorosus potius restringendus, quàm extendendus: secundũ G.P.q.xv. vnde, omnis nullitatis exceptio vndecunq; proueniens, siue à statuto, siue à iure cõmuni, opponi potest: quicquid dicat Bar.in d.§.& parui refert. si tamen altiorẽ non requirat indaginẽ,& incontinẽti probari possit. l.si prætor.§.Marcellus.ff.de iudi.& l.iudicati.C. si ex fal. instr.aliàs secus, secundũ Anto.de Cauario.in suo trac. de exequu.instr.q.xi. Itẽ, secus si allegaretur nullitas, quæ nõ tangit formã seu solennitatẽ substantialẽ ipsius instrumenti: vt in filiofamiliàs obligato sub dicto sigillo & in iudicio conuento aut compulso: quia non posset opponere nullitatẽ ex defectu authoritatis patris: secundũ Gu.P.q.ccccx. quãuis Bal.in l.nõ solùm.§.necessitate.colũ.iiii.C. de bo. quæ liberis.dicat, ꝙ præceptũ guarentigiæ in filiũfamiliàs factũ sine consensu patris, nõ obliget: tamen in practica si hoc allegaret, nõ audiretur. glo.in §.i.in verbo, *Contractz entre les uifz.* num.42.& seq.de cõsue.matri.in cõsue.Burgun.& prædicta sunt vera, etiã si per stilũ predictũ vel statutũ, prohibeatur omnis exceptio etiã nullitatis: quia hoc nõ obstãte, poterit opponi illa nullitatis exceptio, quæ ꝓuenit ex facie seu inspectiõe illiꝰ instrumẽti secũdũ Bal.in l.ex prædiis.C.de euic.& Barb.in c.cũ in iure.col.pen. & seq.de of.dele.in c.i.col.xliii.de off.ord. Facit gl.sing.in l. i.§.hoc interdictũ.super verb, inspectã.ff. de tab.exhi. secundũ Lud.Ro.in cõsi.xlii.& Barb.in quodã cõsi.l.incip. clemẽtissimi Dei patris.in prin.iii.col.& in d.c.cùm in iure.& c.i.de offic.ordina.& Bal.in ca.peruenit.de testi. cogen.& Abba.in cap.ex parte. de offic.delega. & in consi. lxiiii.ad hoc, quòd licet conuentus illo interdicto, nõ possit opponere exceptionẽ de imperfectione tabularũ regu-

lariter: secus tamen quādo ex inspectione de tali apparet imperfectione. Facit etiam quod not. Bar. & doct. in l. i. in vi. oppo. ff. de no. oper. nun. denūtiatione notoriè iniusta, quæ potest sperni, quāuis regulariter nō possit hoc opponi in ipso actu nuntiandi. Itē, facit quod not. Io. de Imol. in l. fi. col. xi. à quib. appel. non licet. quòd stante tali stilo aut statuto, quòd contra instrumentum non possit aliqua exceptio opponi nisi solutionis: tamen eo non obstāte poterit opponi exceptio, quę notoriè resultat ex inspectione ipsius instrumenti, vtputa quia promissa est sine caussa: ad q̄ alle. not. per Bal. in l. si non sortem. §. i. ff. de condic. indeb. Quod dictū refert & sequitur Alex. in consi. suo. lxxvii. col. pen. & consi. ccci. & Barb. in c. i. col. xli. de offi. ordi. Bal. tamen in hoc exēplo per Imo. posito, fuit sibi contrarius: quia in l. ii. C. de exequut. rei iudi. dicit, quòd talia instrumenta guarentigiata habēt exequutionem paratam etiam si sunt sine caussa. Et postea in l. si non sortē. §. i. ff. de condic. inde. tenuit contrarium, & melius: secundū Ias. in l. sicut. C. de repud. hæredi. vbi allega. Imol. concord. quia actus sine caussa, vt plurimùm, viribus caret: vt per plura latè cōprobat Hippo. de Marsi. in l. i. §. præterea. ff. de quæstionibus.

ITEM, facit quod voluit Oldra. in consi. incip. quòd literæ exequutiuæ &c. quòd licet contra tres sententias conformes non obstet exceptio nullitatis. vt in cle. i. de re iudi. hoc tamē fallit, quādo ex inspectione ipsius sentētiæ de ea apparet: quod voluerunt Bal. & Sali. in l. i. ue in vna eadémque caussa liceat tertiò prouoc. & idem Bald. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. xiiii. ff. de pac. Ioan. de Imo. in l. de pupillo. in §. qui opus. ff. de oper. no. nuntia. & in l. si expressim. col. xxii. ff. de appel. & Cardin. in clemē. i. §. fi. de sequest. poss. & fruc. & Ludo. Roma. in l. si vero. §. de viro. fallen. xxxii. ff. solu. mat. & in l. si feriatis. ff. de feriis. & Pe. de Ancha. in consil. ccvi. Item facit optimè gloss. in verbo, appellationem. in cap. ex conquestione. de restitut. spoliato. in quantum vult, quòd si per dispositionem legis vel statuti non possit in certo casu appellari: poterit tamen, si grauamen sit notorium resultans ex ipsius sentētię

inſpectione: ſecundum Alexan.in conſi. cci.præalleg.& Abb.in conſi.xliiii.Pro quo facit dictum Hoſtien. in c.ii. de arbi.quòd ſi iniquitas reſultet ex inſpectiõe ipſius ſententiæ arbitri,poterit officio iudicis reduci ad arbitrium boni viri:ſecũdum Archi.in c.iudicibus.ii.q.vi. & Hoſtien. in ſum.de arbi.§.pen.& auten. debito.in c. Quintauallis. de iureiurando.

I T E M, facit ſingulare verbum Innnocen.in c.fraternitatis. de frigid.& malefi .quòd ſententia notoriè iniuſta non tranſit in rem iudicatam. Ob quod,quamuis appellatum non fuerit,debet reuocari:& pariter,ſi per ſtilũ, ſtatutum,vel aliam depoſitionẽ prohibita ſit omnis exceptio:tamen opponi poterit,vbi euidenter & notoriè conſtat de iniuſtitia:ſecũdũ Bal.in l.i. C.ſi de momẽ. poſ.fue. ap.& in l.conſentaneum. C. quomodo & quando iud.& Alexan.in conſi.cvii. col.vlti.in iii.volu.Panor. & Feli.in c.ſuper.de offi.delega.& eũdẽ Alexan.in cõſi.ſuo lxxvii. col.penul.in ii.volumi.vbi dicit,quòd impeditur exequutio ſentẽtiæ,quæ in rem iudicatam tranſiuit,quando nullitas eſt euidens: imò tunc ſententia excommuncationis, quæ iuſta vel iniuſta timenda eſt,c.i.ix. q.iii.propter euidentem iniquitatem,vel nullitatem non eſt timenda: ſecũdum Barba.in dicto.c. i.de offi.ordina.& in c.ab excommunicato.de reſcrip.

I T E M,facit quod notat Bart.in l.i.§.& parui refert. ff.quod vi aut clã.& Bal.in addi.Spe.ti.de Procurato.verſi.aliud eſt. & Sali.in l.ita pudor. C.ad legẽ Iul.de adul. vbi dicunt, quòd ſtante tali ſtilo vel ſtatuto, quòd nulla exceptio opponi poſsit cõtra inſtrumentũ:tamen opponi poterit exceptio inhabilitatis perſonę,vt quia minor non valens ſtare in iudicio ex inſpectione l.minor. ff.de minori.ſecundum Feli.ſingula.in c.ex parte ſecundo.col.iii.de offi.delega.& glo.in verbo habile.in §.iii. de ſucceſsio.in cõſue.Burgũ.De quo,per Iaſo.de May.in l.i.§.ſi quis ita. circa finẽ.ff.de verborũ oblig. vbi dicit quòd nunquã cẽſetur eſſe reiecta exceptio,quę reſultat ex inhabilitate perſonæ contentæ in inſtrumento:per tex.in l.tutor.§.prodigus.ff.de iureiurando. ſecũdum Ioan.And. in addi.Spe,

ti.de senten.§.vt autē.circa principium. Quid autē de exceptione arrestamēti siue bannimenti facti authoritate iudicis ad instantiam creditoris? an tūc admittetur & impediet exequutionem instrumenti sub sigillo regio cōfecti? videtur dicendū, quòd sic: per notata per Barto. & Oldra. in l.mulier. ff. de le. cōmisso. Contrariū tamen tenet Guido. Pap. q. ccx. & in singula. dccclxv. De quo per eundē in singula. dcli. & glo. in §.ii. numero 5. *Des rentes uendues à rachapt*. in consuetu. Burgun. Quid de exceptione præscriptionis? per eūdē Guid. Pa. q. cxcix. & cccxix. & ccccix. Quid de exceptione præuentionis caussæ coram alio iudice? per eundem Guid. Pap. quæstio. ccccxxii. Quid de exceptione simulationis contractus? per glo. in titu. *Des retraictz*. arti. xxiiii. in consuetu. Turoneñ. Quid de exceptione cedendarum actionum, quando fideiussor aut cōreus conuenitur, & hanc exceptionem opponere vult? Est dicendum, quòd potest. Ita singula. dicit Bal. in l. ex prædiis. C. de euictio. & in auten. præsente. C. de fideiusso. & sequitur Ludo. Roma. consi. xlii. & cccclxxii. & Barba. in ca.i. col. xliii. De offic. ordi. de quo per Hyppo. de Marsi. in l.ii. C. de exequu. rei iudic. & melius, per Philippū Deciū, consi. xxvii. Et idē in exceptionibus caussatis seu prouenictibus à iure naturali, quæ non cōpræhēduntur in stilo vel statuto excludente omnes exceptiones: secūdū Angelum, consili. clxxvii. incipien. in facto proponitur. circa fi. & Hyppo. de Marsil. in singula. suis, singu. lxxix. Quid de exceptione confusionis actionum & compensationis? per Guido. Pap. q. ccix. & de aliis exceptionibus admissibilibus? per Panor. cum addi. in c. licet. col. iiii. in fi. cū sequen. de elect. & Guido. Pa. q. xv. & Ludo. Roma. consi. lxxvi. Quid de exceptione metus, quādo instrumentū est passatū per vim aut metum? per Hyppo. de Marsi. in sing. lxxxix. vbi dicit, quòd si ex forma statuti vel stili non potest opponi cōtra instrumentū guarētigiatū, exceptio doli vel met⁹ (quòd si quis promittit per metū per instrumētū guarētigiatū, & deinde soluat) nō videtur dictū instrumentū approbare: secundum Ange. in l.ii. C. quod metus caussa. & Feli. in c. quod ad consultationē. col. v. de re iu-

dic. Quid de exceptione rei nõ traditæ vel manutentæ opposita per conductorem, qui nõ gauisus est absque culpa sua re locata? per Bal. in l. ex prędiis. C. de euictio. & gl. in §. iii. *Des rentes uendues a rachapt.* super verb. *Quãt ilz sont mis hors.* in fi. in consue. Burgun. amplè per do. Philip. Decium in consi. cxix. De aliis multis exceptionibus admissibilibus, latè per Benedi. de Barzis in suo trac. de guarentigia, in vlt. parte. Vnũ tamẽ non est omittẽdũ, quòd quotiescũq; æquitas suadet alicui subueniri, & nõ habeat exceptionem admissibilem, audietur tamen per implorationem officii iudicis: quo mediante, sibi prouidebitur de iustitia. l. planè. & l. fi. ff. de peti. hęre. Facit lex qui ęquitate. ff. de excep. do. ex doctr. Bart. in l. illicitas. ff. de offi. Præsid. vbi dicit, quòd non valenti opponere exceptionem nõ numera. pecu. propter lapsum biẽnii, subuenitur ex officio iudicis. Quod facit, secundum Guido. Pap. q. ccxcii. ꝑ curiis in quibus non admittuntur nisi certæ exceptiones, vt in curia parui sigilli Mõtispessulani: & in curiis Caueoli, & sancti Marcellini, in quibus nõ admittuntur nisi tres exceptiones: videlicet falsi, nouationis, & solutionis quæ nunquam excluditur: secundum Ang. in l. & nõ tantùm. §. quid si pro emptore. ff. de petitio. hære. Pe. de Ancha. in consi. cclx. in fi. & Alexan. in consi. cxiii. col. ii. lib. v. sed in curia magni sigilli Regii Senescalliæ Carcassonnæ, cuius custos & cõseruator est iudex maior illius Senescalliæ, cũ duabus primis admittitur tertia, quæ est pacti de non petẽdo seu quittationis, quæ tres exceptiones etiam in statutis Italiæ communiter admittuntur: secundum Bart. in repeti. legis, omnes populi. col. xv. nu. 45. ff. de iusti. & iure. neq; &c. neq; liberatur cedẽdo bonis, vt in stilo curiæ prædictæ cauetur, quod potest fieri per stilum vel statutum: secũdum Angelum & Alexan. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matrimo. Ang. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tributo. lib. x. & in l. is q. ff. de cessio. bono. tamen si resultet æquitas per officium iudicis imploratum, debet conuẽto subueniri. Et ita fuit obtentum in dicta curia parui sigilli: secundum Guido. Pa. vbi suprà: quia aliter pars altera locupletaretur cum aliena iactura: quod fieri non de-

bet vulgatis iuribus. Ideo, facultas implorandi officium iudicis, non cẽsetur prohibita: secũdum Bal. & Ange. in d. l. planè. & fi. ff. de peti. hære. & Anto. in c. item cùm quis. de resti. spoliato. & Ioã. de Imol. in l. fi. ff. à quibus apella. non licet. & Pet. de Ancha. in repe. c. canonum statuta. de consti. & Ludo. Roma. in cõsi. cccxxv. vbi dicit, quòd quã uis aliqua constitutio tollat generaliter quodcunque remedium, nunquam tamen censetur excludere implorationem officii superioris, qui intuitu æquitatis illud requirentibus debet impertiri: vt expressè firmãt Pet. de Anch. in consi. ccix. & Abbas in ca. ex literis. de in integr. restit. Io. de. Imo. in l. ex consensu. §. fi. ff. de ap. & Pau. de Leaza. in cle. i. de seques. pos. & fru. Raph. Fulg. in consi. clxvii. & Alex. in consi. ccccxxxv. & in l. fi. C. de edic. di Adr. tol. & in consi. cxiii. circa fi. in v. volu. & latius Io. de Imo. in consi. suo. cxliiii. & cxlv. incipien. visis &c. cum duobus sequen. & Iason de May. in l. si me & Titium. ff. si cer. peta. Et ideo, quando per partem opponi nõ potest id quod iuridicum est, debet iudex supplere ex officio, partem calumniosè agentem, repellendo: secundum Bald. in rubri. de manumissi. & in rubri. de vindic. liberta. & latius Ludo. Roma. in consil. lxvii. & consil. xlii. & 51. per glos. in l. qui cùm maior. §. si patris. ff. de bo. liberto. de quo amplè per Iaso. de May. in l. i. col. v. ff. de iurisdi. omnium iudi.

ITEM est intelligendum, quòd dicta instrumẽta sub sigillo regio confecta, habẽt exequutionem in liquidis: secus in liquidandis. De quo, latè per Iaso. in l. i. ff. de eden. & Hypp. de Marsi. in singul. suis, singulari clxviii. & Philip. Decium, in consi. ccccciii.

ITEM, etiam respectu cessionarii habentis vtilem exequuntur instrumenta, sicut respectu habẽtis directam: secundum Bart. in l. i. col. v. de actio. & obl. Bal. in l. ex legato. C. de leg. & Ias. in l. iii. ff. de acquiren. pos. quamuis idẽ Bal. videatur tenere cõtrariũ, in l. per diuersas. q. x. C. mãda. vbi dicit, quòd licet ex forma instrumẽti vel statuti capi possit debitor absq; aliqua citatiõe precedẽte, hoc tamẽ fieri non potest ad instãtiam cessionarii: quia prius de cessiõe discutiẽdũ est, citato debitore: quod dictũ refert &

ſequitur Alexan.in conſilio ſuo xcv.& ccccxliii. & Ludo. Roma.in conſi.cxlii.& Hypp.de Marſi.ſingula.xxvi.vbi refert,ita in foro mercatorum in ardua cauſſa practicaſſe: ſed ſecundum Bartho.Chaſſ.in titu.de cenſi.§.vi.in gloſ. ſi.præcedens opinio Bartol. ſeruatur in practica: dicerem concordando, quòd opinio Bart. ſit regulariter vera, ſed limitatur: vt non procedat, vbi agitur de captione perſonæ,quæ videtur eſſe irretractabilis:in qua verſatur maius periculũ ſeu maius præiudiciũ, quàm in exequutione facta in bonis.Nam manu exequutionis ſaiſita ſeu guarnita, poterit debitor opponere contra ceſsionem, quicquid voluerit:vt dictum eſt ſuprà ſecundum Maſue.in ſua practi.titu.de adiournamentis.colum.v. Pro qua concordia, faciunt quæ ſcribit Decius in conſi.lxxiii.

INSVPER, eſt aduertẽdum ad ſingularem doctrinam Ange.in l.ſi fideiuſſo.C.de fideiuſſo .quòd ſi aliquis confitetur coram notario debere centũ, de qua confeſsione conficit publicum inſtrumentum, non tamen habebit exequutionem paratam vigore ſtatuti:quia non eſt inſtrumentum debiti,ſed confeſsionis debiti. Quod dictum refert & ſequitur Hyppoli. de Marſi. in ſingul.ſuis. ſingul. cxxxv. vbi dicit,illud eſſe notãdum: quia faciet honorem in practica. Sed credo quod non ſeruaretur, propter ſubmiſsiones quas faciunt iſti confitentes ſeu recognoſcentes debita corã notario:vt ſentire videtur Iaſo.in l.i.§. ſi quis ita.num.25.ff.de verbo.obligat.

ITEM,ſi debitor ſe ſubmiſit omnibus curiis generaliter,non videtur ſe ſubmiſiſſe curiæ parui ſigilli Montiſpeſſulani vel alteri rigoroſæ:ſecũdum Guid.Pa.q.clxxxi. per cle.non poteſt.de procurat.

VNVM tamen non eſt tradẽdum obliuioni,quòd vbi excluduntur omnes exceptiones,non tamen cenſetur excluſa exceptio innocentiæ:ſecundum Bald.ſingula.in l.edita.in repe.Padua.col.penult.C.de eden. Quod dictum pro valde ſingula.refert Ioan. de Ana.in conſilio ſuo lix. incipiẽ.viſa inquiſitione.& Alexã.in conſ.cxix.incipien. viſo themate.col.ii.in iiii.volu.& Ange.in conſi. clxxiiii. incipien.in facto proponitur.& Alexan.in addit.ad Bart.

in l.i.§. & parui refert.circa fin.ff.quod vi aut clam.& idẽ Bald.in l.i.§. offidius.ff. ne quis eum qui in ius &c. Et est notandum, quòd si petatur exequutio instrumenti contra fideiussorem, non oportet ostendere instrumẽtum debiti principalis,dũmodo fiat de eo mentio in instrumẽto fideiussoris:secundũ Bal. Angel. Alexan.in l. sciendum.ff.de verb.obliga. Et quia suprà facta est mentio de captura debitoris, quę fit absq; alia excussione bonorum in vim submissionis ad rigores sigillorum regiorum, est notandum, quòd aliquæ personæ sunt exceptæ, vt mulieres honestæ, l.i.C. de off.diuer.iud. & autentic.sed nouo iure.C.de custo.reo.secundum Bar.in auten.matri & auiæ.colum.iiii. quando mut.tut.off.fun.po.& in l.si quis sub conditione. ff.de testa.tute.Bald.in l.i. C. qui bo.cede po.Ludo.Ro. in l.alia.§.elegãter. ff.solut.matri.& Methesil.in sing.suo clxxx.aliàs cviii.nisi in caussa tutelę & eius administratione: quia tunc, poterit mulier capi.& carcerari:secundum Bar. in dicta l.si quis sub conditione.& auten.matri & auiæ.alleg.& Ludo.Ro. in consi.cxviii.& Bart.in suo tracta.de carcerib.sed contrarium & melius tenet Card.Alexan.in c. ex parte.col.vlt.de appel.post.Albe.in l.vbi adhuc.c. de iure doti. quia mater est de personis priuilegiatis,quæ non possunt conueniri vltrà quàm facere possint, l.sunt qui.cum sequ.ff.de re iudica.Ideo,limitari hoc alio modo potest,nisi sit mulier meretrix:quia tunc,etiam pro debito carcerari potest,secundum Bald.in l.consentaneũ. C.quomodo & quando iud.& Ludo.in dicto §. elegãter. nisi talis meretrix esset maritata:secundum Ioan.Andr.in addi.Spec.tit.de iniur.& dam.dato. Pro quo facit dictum Bal.in compendiosa sua.in rubr.de quæstio. circa sententiam.versi.xiiii.quęritur.vbi dicit,statutũ permittens meretricem impunè posse offendi, non habere locum in meretrice maritata.Facit dictũ Bal.in l.vnica.C.de rap.virg. circa finem.quòd licet illa lex non habeat locum in meretrice, secus tamen si est maritata.De quo per eũdem Bal. in l.fi.ff.de re.diuisio.Ange.in l.verum.ff.de furt. & Mathesil.in singu.ci. Tertiò,quòd hæc mulier capi non possit,limitari potest, nisi mulier recusaret redire cũ viro suo

sine iusta caussa: quia tunc capi poterit, & viro suo tradi: secundum Abba. & alios, in c. literas. q. vlti. de restit. spoli. Item de personis exceptis sunt doctores iuris, qui capi pro debito non possunt: secundum glo. & doc. in l. medicos. C. de professo. & medi. lib. x. Alexan. in l. si quis. ff. de fur. vbi dicit, idem esse in filiis & vxoribus doctorum: per Millum in reperto. suo. in verbo, carcerari. versi. ii. & Mathesil. in singula. lxi. incipiente, nota quòd legum doctores &c. Quid autem in filiofamiliàs? vltra supradicta, Bar. in tract. de carceribus. tenet quòd capi potest: de quo per eum & alios doctores, in l. si filio. ff. solut. matrimo. in ii. & in l. filius. ff. de procurato. & Alexand. in l. si dubitetur. §. filiusfamiliàs. ff. de fideiuss. & Bal. in l. ii. C. de obsequiis. Sed quid de clericis ad rigores sigillorum regiorum submissis & obligatis, an possint capi? Bal. Anto. & Abbas, in c. dilectis. de appellat. tenent quòd sic: sed Ioan. Andr. in c. si clericos. de sentent. excom. libr. vi. tenet contrarium: quē sequitur Mathesill. in singula. lxii. & Millus in reperto. in verbo, clericus. versi. vi. & per Innocē. in c. vt famæ. de sentent. excom. & Cardi. in cle. i. de offic. ordinarii. vbi Stepha. Aufre. in xx. fallen. secundæ regulę, vult expressè dictam submissionem nihil operari respectu personæ: per notata in c. si diligenti. de fo. compete. & in c. ex rescripto. de iureiurando. vbi Innocen. Hostien. & Ioan. Andr. sed bene respectu bonorū hypothecatorum, in quibus poterit fieri exequutio: secundum Guliel. Benedic. in verbo, & vxorem. in ii. decision. Vnde, dictum fuit in parlamento Tholosano, 1448. die v. Aprilis. quòd exequutio incepta in bonis domini Geraldi episcopi sancti Pauli, aliàs sancti Pontii, virtute obligationis transactæ ad rigores parui sigilli Montispessulani: ad instantiam hæredum Episcopi Laudunensis continuaretur: de quo arresto per eundem Aufre. in suo tract. arrestorum. articulo ccxiiii. Ideo, puto quòd malè faciant custodes seu iudices conseruatores rigorum dictorum sigillorum regiorum, facientes debitores etiam clericos, si personaliter sint obligati & submissi, in carceribus regiis detineri: non habentes respectum ad dictum Ioannem Fab. in §. fina. institu. de actio. vbi dicit,

quòd tunc clericus deberet tenere arrestum in curia Ecclesiastica, non autem temporali. De quo per dictum Aufre. vbi suprà. Istis ergo personis exceptis, & aliis priuilegiatis: poterit creditor procedere ad capturam debitoris obligati & submissi ad rigores sigillorum: & nihilominus eo capto & incarcerato, exequutionem in bonis cotinuare: quia carcer non soluit debitum, sed bursa, secundum Baldum in capi. dilectus. in ii col. de appellat. vbi Cardi. Alexand. idem dicit: & petere tenutam bonorum debitoris: secundum Barto. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. colum. vltim. Bald. in l. ignorare. C. de testa. mili. Pet. de Anch. in cap. i. de eo qui mittitur in pos. caussa rei seruan. Alexand. in consi. cccclxxvii. col. penul. Paul. de Cast. in l. iiii. §. ait Prætor. de re iudic. & in l. qui legati. C. vt in pos. legato. & in l. si Stichum. §. idem Celsus. ff. de nouatio. Angelus in l. qui restituere. ff. de rei vendi. & in l. aduersus. C. de action. & obligation. & in l. nemo carcerem. de exact. tributo. libro decimo. Et facit singulare verbum Bald. in capit. contingit. columna sext. de dol. & contuma. vbi dicit, quòd captura rei principalis non liberat fideiussorem, vel econtra: quia imò vterque potest capi, l. hæres à debitore. §. quòd si seruus. vbi Bart. ff. de fideiussoribus. cùm per capturam nõ sit satisfactum creditori de debito: nec iuuatur reus principalis, si fideiussor appellauerit à captura: vt in l. creditor. in prin. ff. manda. vbi glossa singula. de quo latius ibi per eum. Quæ omnia sunt notanda in materia dicti sigilli quotidiana & practicabili: & de captura debitoris suspecti de fuga, latè per Philip. Decium, in consilio lxxv. & hæc de sigillo regio ad contractus.

EST & aliud sigillum ad rescripta, cuius custos & iudex est magnificus cancellarius Franciæ, vt dictum est: secundum Guido. Pap. in suo tract. rescript. circa finem: qui solus expedit & sigillat literas nomine regis, quamuis illas Rex non videat: secundum Innocen. Anto. de Butri. & alios in capit. ii. de fide instrument. & Philip. Decium. in consil. clxxv. colum. vi. in prima parte: & ipse solus de falsificatione illius cognoscit. gloss. in rubric. *Des iustices*.

Sigilli ad rescripta custos est cãcellarius Frãciæ

in commen. consue. Burg. & in Cancellariis, plures habet subcustodes seu locũtenentes, pro expeditione litigãtium in parlamentis, vel alibi. Ideo dictum fuit xv. Iunii per arrestum parlamenti Tholosani, quòd sigillum non transferretur à loco seu villa, in qua curia sederit, intimatione custodi fiẽda à magistris Petro Sarrati, & Alberto Malenfant iniuncta, secundum do. Steph. Aufre. in suo tract. arresto. artic. cclxii. Et de materia dicti sigilli, plenè habetur in conclusione consue. Burg. & in q. capel. Tholos. xxiiii. per Guido. Pap. q. ccccIxxxi. & Iaso. in repet. l. admonendi. col. xl. ff. de iureiurando.

Dissipat impios Rex sapiens: & incuruat super eos fornicem. Prouer. xx.

Decimumquartum Ius.

Christianiss. Fr. R. aut sui tantùm officiales cognitionẽ habẽt in pluribus casibus de delictis etiã in terris ducum, comitũ, uel baronũ cõmissis.



DECIMVMQVARTVM Ius christianissimi Francorum Regis est, quòd in pluribus casibus, de delictis etiam in terris Ducum, Comitum, vel Baronum commissis, de iure vel longæua consuetudine, cognitionem habeat, aut sui officiales tãtùm. Primò enim nullus in regno de portu armorum cognoscit, nisi Rex aut sui officiarii: vt habetur in registro Casteleti Parisiensis, & in stilo parlamenti, tit. quorum cognitio pertinet ad Regem. vbi sic dicitur, Portationis armorum contra quemcunque iustitiabilem cognitio pertinet ad Regem: licet dominus (cui talis subest) omnimodam habeat iurisditionem in terra sua &c. Et in propriis terminis Pet. Iac. in sua practi. tit. de mune. quæ impo. re. vel locis. sub tit. de succes. Reg. Franc. in addi. dicẽs, quòd si dominus contra dominũ, aut villa contra villam, vel vniuersitas contra vniuersitatem cum armis insurgat, vel plebeii contra nobiles: (vt aliàs in Montepessulano, tempore Caroli v. Francorum Regis, anno malæ noctis sic vulgò

ibi

ibi dicto, factum fuit, & alibi: vt patet ex cronicis Franciæ vel aliàs cum congregatione gentis delinquant, cognitio & punitio ad regem seu eius officiales spectabit: etiã si delictum cõmissum sit in terra comitis vel baronis: secundũ Pe. Iaco. vbi suprà. & Io. Ferral. in xix. iure, qui aßignat rationem: quia ex quo solus Rex prohibet portationẽ armorum, vt in tit. vt armorum vsus inscio princ. & in auten. de armis. æquum est, vt ipse qui solus offenditur, puniat & cognoscat. Et hoc habet ex vetustate, quæ vicem legis obtinet. l. i. §. fi. ff. de aqua pluuia arcen. & habetur magis expressè in instructionibus abbreuitatis super stilo parlamẽti. tit. quæ sint iura regia. arti. pe. & de hoc, est Rex Christianißimus in possessione & saisina seu quasi: à tãto tempore, quòd contrarii memoria nulla extat: secũdum do. de Chassa. in commento consuetu. Burgundiæ. titu. *Des iustices & droictz d'icelles. §. Si aucun commet simple larcin.* in gl. *S'il n'a grace.* in xvi. limita. Contrarium tamen tenet idem Pe. Iac. in eadẽ sua pract. tit. de cõdic. ex leg. §. quadrupli. institu. de actio. col. iii. versi. Idem dicunt regales. & Guido Pa. in quęstio. Delphina. q. ccccxxxvii. circa finem: vbi dicunt, quòd portatio armorum habet pœnam deportationis, cum publicatione bonorũ: & aliquando capitalem, l. quoniam multa facinora. C. ad legem Iul. de vi publi. quę sunt de mero imperio. l. imperium. cum sua materia. ff. de iurisd. omnium iudi. Ex quo, ad dominos vel Prælatos merum imperium habentes pertinet & spectat: quia non debet princeps iura alicuius detrahere, l. si dominus. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iuris. Et ad id quod dictum est pro officiariis regiis de consuetudine lõgæua: respõdent, quòd illam consuetudinem curiales siue officiarii met propter lucrum proprium adinuenerunt: quæ longo tempore non firmatur. §. nulli verò. in autenti. vt nulli iudi. col. ix. Et ad possessionem seu quasi possessionem ipsius Regis & officiariorum suorum, respondet viriliter & rigidè dictus Pe. Iac. dicens, quòd cùm cognouerint aliquando infra territorium alicuis baronis, fortè eo inscio aut inuito (sicut quotidie facere satagunt in periculũ animarum suarum) postea volunt continuare, dicentes regem esse in quasi possess-

ſio.ſed illud allegare,non eſt ſine rubore verecundiæ,ſi ve recundiã vellent ſeruare:quia cùm talis poſſeſsio ſiue quaſi ſit clandeſtina aut violenta, non prodeſt eis, l. vnica. C. vti poſside.cum ſimil.

ITEM, hoc litigare cum regalibus, eſt graue: quia potentioribus pares eſſe &c.l.iii.ff.de aliena.iudi.mutan. cauſſa fac.

ITEM, in illis veriſimiliter præſumuntur impreſsio, metus,aut reuerentia,propter eorũ officia,l.ſi per impreſſionem.C.de iis quæ vi metúſue cauſſa fiunt.iuncta,l.i.ff. quarum rerum ac. non datur. Ita quòd ſi quis teneret palum in manu,non poſſet ſe ab eis defendere, licet hoc poſſit de iure fieri.per nota.in l.prohibitum.de iu.fiſci.lib.x. Et in l.deuotum.de metallis.lib.xii. Tamen ſi hoc aliquãdo fiat,indignantur dicti regales,capiunt, arreſtant, mulctant, & iuriſditionem dominorum ad manum regis ponunt,occaſionem quærunt,ſicut facit lupus cum agno, de perturbatione aquę: vt de modico,faciant magnum:& de non cauſſa, cauſſam: circa quæ, deberet prouidere præfatus Rex:ſecundum eundem Petr. Iacob. vbi multas alias rationes & authoritates adducit. Iſta tamen videtur vrgẽs vltra eum: quia ſi indiſtinctè cognitio delictorum propter portum armorum ad regem aut eius officiarios pertineret, tota quaſi abſorberetur iuriſditio nobilium & prælatorum regni: quia omnia ferè delicta cum armis perpetrantur,vt in autent.de armis.collat. iiii. quod eſſet abſurdum in principe, cuius proprium eſt non reuocare conceſſa: vt in autent.de referenda. collat. ii. & facit cap. decet beneficia principis.de regul.iur.libr.vi.cùm principi tanta dederit Deus,facilè etiam debet ipſe aliis dare.vt in autentic.de non alie.§.ſi minus.collat.ii.ſed ſic faciendo, & iuriſditionem nobilium & prælatorum abſorbendo, effectualiter tolleretur iuriſditio eis ab initio à defunctis regibus in feudum vel aliàs conceſſa. Quare,eſt intelligẽdum iſtud ius Chriſtianiſsimo regi competere, quãdo eſſet coadunatio ſeu cõgregatio armatorum, puta:vna villa contra aliam,vel dominus contra dominum, tumultus aut ſeditio:quia tunc, verum eſt quòd ad regem & eius officia-

rios spectat cognitio, aliàs secus: secundum Gui. Pa. in decisione ccccxxxvii. & Ioan. Ferra. in dicto decinsonono iure. Et ita loquitur stilus prædictus, qui se restringit, vbi arma delata fuerunt publicè, & cum multitudine: & sic, in forma bellica: aliàs secus, secundum do. Guliel. Benedic. in repetit. capit. Rainu. in verbo & vxorem. in ii. decisio. nume. 437. vbi dicit, quòd si portus armorum habet aliquod aliud crimen adiunctum, puta homicidium: regales de portu armorum tantũ, dominus altus de homicidio cognoscet. vt sic, iurisditio vnicuiq; seruetur: licet contrariũ teneat Bartho. de Chassa. in §. i. de confisca. in glos. penul. versi. limita secundò hanc &c. in consuet. Burgun. dicens, quòd crimen priuilegiatum trahit alia: sed contra ambos facit glo. in l. qui de crimine. C. de accusa. quæ vult, quòd percutiens aliquem cum armis, non debeat puniri de portatione armorum, & de percussione: sed solùm de percussione. Et idem voluit Bart. in l. quemadmodum. §. illud. ff. ad legem Aquil. & in l. inficiando. §. infans. ff. de fur. Pe. de Anchara. in consilio cclxxii. colum. penulti. Bal. in l. diuortio. colum. ii. ff. soluto matrimo. & Angel. in tracta. malefic. in verbo, fecit insultũ. & in verbo, admouit. Facit quòd voluit Bart. in l. i. ff. ad legem Iuli. de vi publi. & in l. quoniam. C. eodem titul. quòd si aliquis fuerit inuentus cum armis cum pluribus sociis armatis secum, quantumcunque sint statuta de vtroque, scilicet de portu armorũ, & de habente secum armatos: tamen non poterit puniri de vtroque: secundum Bald. in l. aduersus. in fin. C. de fur. quare, videbatur dicendum in nostro casu, portum armorum nõ debere esse in consyderatione, postquam est aliud crimen inde sequutum: sed hoc facit ius præcipuum seu priuilegiũ regium & pœnarum diuersitas: quia vna regi, alia parti applicanda est. Ideo, non cofunduntur: secundum Bart. in l. nunquam. de priuat. delictum. & Bal. in l. cũ ancillis. col. iii. C. de incest. nupt. Et quòd homines faciãt cõgregationem, gentem aut turbã: latè per Panor. & doct. in ca. i. de electio. Et hæc de portu armorum contra laicos: respectu verò clericorum, dicetur infrà in ii. parte, in qua tractatur de iuribus, quę habet Rex Christianissimus in ecclesia, &

ecclesiasticis personis. Et de portu armorum, latè per do. Pe.Iaco.in sua practica, titu. de lege Aquilia. & Guid Pa. q.preallega. & latius quàm alibi per Hyppolitũ de Marsi. in sua practica criminali.§.pro compleměto.fol.cxlii. vbi ferè omnes quæstiones in materia portus armorum tanguntur.

Officiari regij cognoscũt de Sodomitico crimine.

SECVNDO, Officiarii regii cognoscunt de Sodomitico crimine, cùm sit pœna ignis: vt dicit Sali.in l. cùm vir nubit in fœminam.C.ad legem Iuliam de adulte.ita seruatur de consuetudine in toto regno: secundum gloss. in rubri. *Des iustices.* in consuetu. Burgund.nume.101.

Vide multa de quibus cognoscunt.

TERTIO, cognoscunt de caussa sortilegii: vt dicit Ioan.Gal.in suis quæstionibus per arrestũ decisis q. cxli. Sed postea, dicit contrarium in arrestis parlamenti de anno 1282.ibi, cùm tres mulieres sortilegæ. Ideo, stãdum erit iuri communi.

QVARTO, cognoscunt de delictis cõmissis per officialem regium, etiã si sit clericus: nec ratione clericatus sit remissio: secundum eũdem Io. Gal. q.cxl. ibi, item per arrestum &c.

QVINTO, cognoscunt de delictis commissis per Nobiles: nec Baro vel altus iustitiarius de iis se intromittit: licet confiscatio bonorum ad eum pertineat.

SEXTO, quando est q̃stio inter duos Iustitiarios, cui debeat remitti: nam pendente hac quæstione, cognoscunt officiales regii de materia principali per manum supremã: secũdum eundẽ Ioan.Gal.fo.lxxxii.quæstio. clxxvii. ibi, *Item, par la court fut &c.*

SEPTIMO, cognoscunt de caussa spirituali vel ecclesiastica in possessorio: secundum eundem Ioan.Gal.in q.clxxxiii. de quo, plenè per Guid.Pa.in decisio. Delphi. q.i.lxxxv.cvii.& cccccliii.& Doct.in c.literas.de iura.calũ. & in c.fi.de iudi.& dicetur infrà, in ii.parte, in xii.iure.

OCTAVO, cognoscunt in crimine læsæ Maiestatis, in i.& ii.ca.l.i.ff.ad legem Iul.Maiestatis.

NONO, idem in crimine falsæ monetæ, quod etiam dicitur crimen lęsæ Maiestatis: secundum Salice.in lege, si quis.C.de fal.mone.& maximè, in falsificatione monetæ

regis Francorum illustrissimi, aut portantes falsam monetam in suo regno: qui eo ipso sunt authoritate apostolica excommunicati: vt in extrauag. Ioan. xxii. incipien. prodiens. secundum glossam, in verbo, in moneta. in §. itē fuit deliberatum. titu. de Annali. in pragmat. sanctio. & Ioan. Sanso. in commento consuetudi. Turonen. titul. *Des crimes*. §. primo.

DECIMO, cognoscunt de delictis commissis in viis publicis: quia viæ publicæ sunt de regalibus: per text. & ibi doctor. quæ sunt regal. in vsibus feudorum. quas tenentur principes supremi tenere tutas: & curare, ne aliqui in illis opprimantur. Ideo, si delicta in eis committantur, cognitio ad eos vel eorum officiarios pertinet & spectat: secundum Bartholo. de Chasse. in cathalogo glor. mundi. in v. parte. consydera. xxiiii. nume. 2. quod videtur satis rigorosum: vt domini habentes merum imperium, de talibus cognoscere impediantur intra eorum limites & territoria: cùm talia delicta sint sub mero imperio, vt dictum est suprà, de portu armorum.

VNDECIMO, capiunt officiarii regii indifferenter cognitionem de publicis itineribus, prætendentes alteri non pertinere: quod est verum, de itineribus limites regni aut prouinciarum, baroniarum, aut castellianarum regi immediatè subditarum facientibus: aliàs secus, secundum do. Guliel. Benedict. in repeti. cap. Rainu. in verbo, & vxorem. in ii. deci. nume. 439. vbi inferit ordinationem Philippi Valesiani vi. & Caroli vi. cognomento Pii: quam ponit Stepha. Aufred. in suo tracta. ordi. regiarum. titul. de officio bailliui. capit. hac in perpetuum valitura constitutione, duximus ordinandum, quòd reparationes murorum, itinerum, pontium, locorum baronum & nobilium prædictorum, de cætero fiant de præcepto eorundem nobilium vel suorum officiariorum, & si in defectu vel negligentia &c.

DVODECIMO, cognoscunt officiarii regii de delictis quibuscunque, quoties versatur infractio saluæguardiæ regis, aut assecuramenti brisatio: secundum eundem Guliel. Bene. vbi suprà. Sed latius exordiendo, est in

K iii

hac materia præsupponendum, quòd ipse solus Rex saluanguardiam generalem cōcedit: secundum quod, scriptū reperitur in antiquis registris ordinationum regiarum casteleti Parisiensis: & per Ioan. de Plate. in l. cùm sæpe. quæ est, l. fina. de eroga. milita. anno. libr. xii. vbi in specie de rege Franciæ mentionem facit. & Ioann. Ferral. in xvi. iure. Pro quo, stat ordinatio expressa Ludo. xii. artic. lv. quæ sequitur, *Item, auons interdict & defendu, interdisons & defendons à tous noz Baillifz & Seneschaulx ou leursdictz Lieutenans, qu'ilz ne baillent ne deliurent doresenauant aucunes lettres de debitis, ou sauluegardes generales, & s'il aduenoit, &c.* quamuis ante illam ordinationem, senescalli saluanguardiam concederent: secundum Vincen. Signo. de fac. prin. ca. iudicum. fo. v. Sed illius ordinationis, & istius iuris duæ sunt rationes. Prima, quia sufficit generalis mentio inimicorum aut minarum: & ob id, generaliter conceditur. Sed nulli licet generaliter loqui, nisi regi: secundum Bald. titu. de pa. constan. c. i. versi. dispensationem ii. quia talis saluaguardia fundatur sup æquitate generali seruāda: & sic, soli principi est reseruāda. arg. l. i. C. de legi. & cognitio seu punitio si infringatur, regiis iudicib⁹ pertinet. l. 1. C. vt priua. tit. pręd. suis impo. Qui quidem iudices regii & alii, quamuis non dent saluanguardiā, dant tamen securitatem certę & determinatæ personę, & de certa & determinata persona. l. illicitas. §. ne potētiores. & ibi Bar. & Albe. de Ro. ff. de offi. præsi. l. iubemus, ibi, lęsis implorandi pręsidii facultatem denegari non conuenit. de præpo. sa. cubic. & in. §. sed neque. in auten. de manda. prin. Facit text. nota. in l, si pater. in fine, C. qui bo. ced. pos. secundum Ioan. de pla. in l. i. de apo. publi. & tex. in l. iii. §. insuper. tit. de cano. largi. lib. x. C. Et hæc securitas, aliò de tribus modis præstatur.

PRIMO modo, per personę publicæ puta seruientis adhibitionem. l. final. de ero. mili. anno. allega. præhabita aliquali informatione. l. fina. de offic. milita. iudic. & l. fin. ff. de iudiciis. aliàs, incideret in pœnas legis, ne quis. C. de offic. Recto. prouinciæ.

SECVNDO modo, per tituli appositionem, hoc est armorum regiorum trium liliorū affixionem. C. vt nemo

priua.titulos &c. & per Bar.in l.ſanctum.ff.de re.diuiſio. præhabita etiam ſummaria cognitione,ſecundum Bart.in dicta l.fina.de eroga.milita.anno.

TERTIO modo,per iuramentum illius, à quo timet offendi,l.præſenti.C.de iis qui ad eccle.confu.& §.ſi verò.in auten.de monach.Et hoc fit per traditionē bireti, naſitergi,aut alterius rei ſimilis,in manu eius,à quo timētur verbera ſeu iniuriæ: præhabito iuramento ab eo,qui ſecuritatem petit,quòd illum timet, ſecundum Ioan.Fab. in §.po.hoc.inſti.de fideicom.libert. Et nunc iudex inhibet illi ſub pœna capitis,galicè,*de la bart*,ne habeat huic timenti ſecuritatem poſtulanti iniuriari verbo vel facto &c. Quæ ſolennitates non ſeruantur in ſaluaguardia Regis, ſed ſolùm vt cognoſcatur,debent apponi penuncelli regii in domibus ſeu prędiis,pro quibus impetratur ſaluaguardia,ſecundum Iac.Rebuf.in l.decernimus. de aquæduct. lib.xi.Sed de infringente eam, videndum eſt, & ſecūdum aliquos,pœna eſt extraordinaria ſeu arbitraria:cùm de iure ſtatuta non inneniatur,ſecundum Vinc.Signo.in alleg. ſuis,de bello Ital.c.iii.regal.& Guid.Pa.q.ccccxviii.per l. hodie.ff.de pœ.& l.i.ff.de effrac.& c.in cauſsis.§.ſi.de offi.dele.quod eſt verū in infringente ſaluanguardiā aut ſecuritatem ab aliquo iudice ſpecialiter conceſſam:ſecus ſi à principe aut eius locūtenente,vel magno conſilio ſeu parlamento emanata eſſet:quia tunc infringēs teneretur pœna legis Iul.maieſt.l.i.& ibi latè Bart.ff.ad l.Iuli.maieſta. ſecundum Paul.de Caſt.in conſi.ccccxii.in ſecunda parte antiqui.& addi.ad Guid.Pap.q.præal.Et an iſta ſecuritas quæ eſt triplex liget extra territorium, & quis ſit effectus talis ſecuritatis præſtitæ,ibi habetur:& latè per Ioan. Sanſo.in commento conſuetu.Turonen.titu. *Des crimes*. §.iii.Et de materia ſalųeguardię,plenè per Rebuf.in l.ab iis.C.de nauicula.libro xi. & an tollat ſeu impediat ordinariam iuriſditionem,tex.eſt quòd non,in capi. ex parte, ii.de priuileg. de quo per gloſſam & docto.in capi.ad audientiam.de appellatio.ad propoſitum ergo redeūdo, nimirum ſi Regii officiales procedunt contra infringentem ſaluanguardiam Regiam, cùm talis incidat in cri-

men læsæ Maiestatis: per tex. nota. in l. i. ibi, securitaté &c. ff. ad legé Iul. Maiesta. per Masuerium in sua practica. titu. de possesso. Est enim in tantũ priuilegiata, quòd trahit ad se totá caussam & materiá, quòd est iuridicũ: cũ maius dignũ, trahat ad se minus dignum, l. si cõmunem. ff. quéadmo. seruitus amitta. glos. in ca. de ieiunio. lxxvii. distin. de quo latè per Iaso. in l. si emancipati. C. de colla. & in l. imperium. ff. de iurisdi. omnium iudi. Hypp. de Marsi. in singu. suis, singu. clxxx. Barba. in cõsi. suo xxxvi. & Fel. in c. i. col. iiii. de præscriptio. Et hoc etiá, ne continentia caussæ diuidatur. l. quoties. & l. nulli. C. de iudi. Et licet aliqui dicant, hoc obseruari in laicis vel clericis coniugatis, non auté in solutis: tamen quotidie puniuntur pecuniariter & pro pœna corporali: si casus illam exigat, remittuntur ad iudicem ecclesiasticum. Pro quo, facit tex. in autent. clericus. de episco. & cle. & in corpo. vnde sumitur: de quo latè per do. Aufre. in repeti. cle. i. in xii. parte i. regulæ fallé. de offi. ordi. & dicetur infrà, in ii. parte, de iuribus sacræ Coronæ Franciæ, in ecclesia Dei. iure vlti.

DECIMOTERTIO, recognoscunt officiarii regii de vsuris manifestis: vt patet ex ordinationibus Caroli viii. & Ludo. xii. in quibus, expressè ponitur illud verbum manifestis, & notanter: quia si esset dubium, an esset vsura vel non: ad iudicem ecclesiasticũ pertineret cognitio: secundum Bart. & Docto. in l. ii. ff. de iurisdi. omniũ iudi. & in l. Titia. ff. solut. matri. & Canonist. latè in c. cũ sit. de foro compe. & in clemen. dispendiosam. de iudiciis.

DECIMOQVARTO, cognoscunt in caussa nouitatis seu arresti querelæ officiales regis, scilicet Parlamenta tantũ olim, vt in stilo parlamenti, tit. de cau. nouitatis. §. ité in casu nouitatis. Sed ex arresto, per beatũ Ludouicum Franciæ regem statutum fuit, quòd querelæ de nouis desaisinis nõ veniant in Parlaméntis: sed quòd quilibet Bailliuus in Bailliuia sua cognoscat. De quo, latè per Guido. Pa. in q. ccccclii. & mentionem facit de dicto casu nouitatis Cyn. in lege, nuda. C. de contrahéda emptione & venditio.

DECIMOQVINTO, cognoscunt regii officia-

les, scilicet dignissimus Cancellarius Franciæ, de falsificatione sigilli, aut rescriptorum Christianissimi regis: vt declarat Ioan. Gal. in suis quæstio. q. cxli. versi. circa falsas literas fabricantes. fo. lxxxix. & Bartho. de Chassa. in rubrica. Des *iustices*. circa finē. in commento consue. Burgund. Et non est mirum, quia ad eum pertinet prædicti sigilli custodia, & rescriptorum concessio: secūdum Guido. Pap. in suo tracta. rescriptorum, circa fi. vbi dicit, quòd licet talis concessio censeatur mixti imperii maximi, secundum Barto. & Docto. in l. imperium. ff. de iuris. omnium iudic. & nō possit per alium quàm per Principem expediri: per l. ii. circa princ. C. de tempo. appel. tamen in cancellaria regis & domini Delphini Franciæ seruatur, quòd cancellarii rescripta concedunt, sine scitu regis & Delphini, sub nomine tamen regio aut dicti Delphini: quo casu falsificationis sigilli aut literarum confiscatio fit ad vtilitatē dicti cācellarii: secundum eundem Gal. sub rubri. iura cōsuetudinaria regis. ver. iii. In aliis verò criminibus ad regem & eius officiarios pertinentibus, vt dictum est: si contingat bona confiscari, regi & nō baroni vel comiti à quo tenentur in feudū vel emphiteusim, (quamuis & intra suam iurisditionem sita sint) confiscabuntur: secundum Specula. in titu. de feud. §. quoniam super homagiis. versi. xl. quæritur. Guido. Pap. q. cccxli. Et ad hoc facit: quia in prędictis criminibus, officiarii regii manum ponunt, prætendentes ad eos cognitionem pertinere. Quæ quidem manus appositio, deuoluit totā caussam, vt notat̄ in c. vt nostrū de app.

ITEM, cùm maior sit cognitio seu cōdēnatio ad mortem, quàm confiscatio quæ est accessoria, & principale trahat ad se accessorium: sequitur, quòd data cognitione seu cōdemnatione iudici regio, datur & ipsa cōfiscatio regi: & maximè, quia de facili reuertitur ad suam naturalem, l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. cùm ad ipsum regem regulariter & de mero iure, pertineant confiscationes: secūdum Bart. in l. i. de bo. vacan. libro x. & est de regalibus, ca. i. quæ sunt rega. & est text. in ca. i. §. si quis aliquem. de pace tenē. & ibi Aluaro. De quo, p Aegidiū de Bel. me. in decisio. cvii. vel. ccccccccxxv.

ITEM facit: quia confiscatio censetur esse introducta pro supportandis expensis, quæ fiunt in processu taliũ criminosorum secundum Oldr. cõsilio suo xvii. Ideo, cùm Rex sentiat onus, faciẽdo prosequutionẽ suis sumptibus, & processum sentire debet, & commodum confiscationis. De quo, per eundem Aegidium de bel. me. cõsilio suo xv. Et ita seruatur in Frãcia: secũdum eundem Ioan. Gal. sub rubrica iura consuetudinaria regis. Quid autem in crimine hæresis? Cui debet applicari cõfiscatio? per Guid. Pap. quæstio. lxxvi. & Alexan. in additio. ad Bar. in dicta l. i. de bo. vacan. Feli. in c. vrgentis. in primo nota. de hæreti. Philip. Fran. & Docto. in c. cùm secundum. §. confiscationis. de hæreti. libro sexto, & Guliel. Benedic. in repetitio. ca. Rainu. in verbo, & vxorem. numero. 244. vbi dicit terras Raymundi comitis Tholosani hæretici, fuisse inter ecclesiam & regem Fanciæ diuisas: vt ibi per eum.

Time Dominum filii mi, & Regem. Prouer. xiiii.

Decimumquintum Ius.

R. Christianißim⁹ Fran. occupat bona extraneorũ qui moriuntur in suo regno iure albanagii.



DECIMVMQVINTVM Christianissimi Francorum regis ius albanagii ab ipsis albinis, id est, alibi natis dictũ est: q, quantocũq; tempore in regno habitauerint, & bona acquirere tolerati fuerĩt: nõ possunt de illis testari, aut aliter disponere per vltimam voluntatem: imò, ipsis defunctis, cum testamento vel sine, cum liberis vel sine, Rex omnia eorum bona occupat iure isto albanagii: exclusa omni parentela, agnatione, vel cognatione. Quod testatur gl. in verbo, liberius. in §. verũtamẽ. de colla. in prag. sancti. Nico. Boe. in conmento consuetu. Bituri. ti. de testa. §. fin. & do. Guliel. Benedic. in repeti. c. Rainutius. in verbo, & vxorem. circa fi. vbi dicit, hoc probari in l. i. non licere, habita metraco. lib. xi. C. limitando, nisi tales extranei fuissent per

regē habilitati de acquirendo, & de acquisitis disponendo per eius literas vulgariter naturalitatis dictas, ab istis alienigenis impetrari solitas: per quas, ad tenenda seu acquirēda bona etiā feudalia cū iurisditione, ac de illis disponēdū habilitantur: quas habent verificare in camera cōputorum Parisi. soluēdo Regi financiam, (inquisito de inquirēdis) taxandam: nisi per regem emissa fuerit. Impetrantur etiam dictæ literæ naturalitatis aliquando ad effectū tenēdi officia regia, aut beneficia & dignitates etiā Pōtificales, ac si de regno forēt eorūdē: quia eis obstat ordi. Caroli vii. Ann. 1431. die x. Martii facta: per quā statutū fuit, alienigenas in suo regno nō posse tenere aliqua beneficia: quia interest regū, nosse qui ecclesias administrēt, quarū ipsi tutores sunt. ca. boni principis. xcvi. distin. c. tributū. xxiii. q. viii. c. principes. xxiii. quest. v. & c. administratores. eadē caussa & quæst. ibi, qui ad ecclesiarū tuitionem &c. Quæ quidē ordi. fuit in parlamēto Parisiensi tūc Pictauis sedente, die viii. Aprilis tūc sequētis, lecta & publicata, & tāquā lex perpetua registrata. Facit c. bonę. el. ii. de postula. Prælato. & l. in ecclesiis. C. de episco. & cle. de quo, latè per glo. in verbo, exterorū. in proœ. pragma. sanctio. & dicetur latius infrà in. ii. parte in xv. iure. Alibi tamen, hoc iure albanagii vtuntur alio modo, vt in patria Turonensi: in qua, talis est super hoc cōsuetudo sic dicēs: *Quād aucuns forains, qui ne sont du bailliage de Touraine, decedent en sa iustice, il a droict d'auoir l'aulbenaige, c'est assauoir, une bourse neufue, & quatre deniers dedās: & doibt estre payé ledit aulbenaige au seigneur, ou son recœueur: ou en son absence, à autre sō officier, auāt q le corps decedé soit mis hors de la maison ou il est trespassé. Et en default de payer ledit aulbenaige, ledict seigneur peult prēdre & leuer soixante solx d'amende, sur les heritaiges & biēs dudit defunct, ensemble sondit aulbenaige.* De qua cōsuetudine, habēt tit. *Des droictz de moyenne iustice.* arti. v. vbi gl. dicit, quod ibi albini dicūtur nati extra præsidatum: sed secundū cōsuetudinē pluriū locorū, Bastardi & illegitimi, ac alii non habentes seu tenentes domum, dicūtur albini: & inde dicitur albanagium: secundum Nico. Boeri. in §. fina. de testa. vbi refert do. Ioan. Ganayum

Cancellarium Franciæ interpretantem hoc esse verum: si sint alibi, quàm in regno nati. Et quamuis Bald. in l. certū. col. v. C. vnde cogna. dicat, quòd bastardo non succedit filius spurius, sed fiscus: tamen nō excludit filios legitimos, si extent: vel extraneos hæredes institutos: quia tā de iure communi, quàm generali consuetudine regni Franciç, testari possunt, ac de bonis suis disponere: quia ab eis incipit caput & linea. Et ita fuit per arrestum parlamenti Parisiensis pronuntiatum pro quodam nomine Luca de Malleuo, *de tronce uache*, contra procuratorem regium, die Sabbati post quasimodo, 1428.

ADVERTENDVM tamen est, quòd ad hoc vt dominus succedat bastardo, tria requiruntur de consuetudine illorum locorum, in quibus hoc ius albanagii ab ipsis albinis, quasi alio quàm legitimo modo natis: licet impropriè, vt dictum est.

PRIMO, quòd nati fuerint in terra illius domini.

SECVNDO, quòd ibi moram faciant.

TERTIO, quòd ibi moriantur. Secus est in Rege, qui bona talium illegitimorum sine liberis legitimis decedentium ab intestato occupat: secundum Guliel. Benedi. in verbo, & vxorem. in mate. success. ab intesta. nume. 73. Nico. Boe. in d. §. fin. de testam. & Ioan. Sanson. latius in §. viii. *Des succeßions des bastardz.* in suis glo. ad consuetudines Turonenses. vbi de illo Christianissimi Regis iure succedendi bastardis, testatur. Et de materia succedēdi bastardis, per Bartholo. Chass. in commento consuetu. Burgund. titu. *Des succeßions des bastadz.* §. i. cum sequen. quæ hîc nō inserunt: quia hîc de iure albanagii, per quod Christianissimus Rex albinis & alienigenis extra regnum oriundis succedit loquimur: quo, omnino ipse per totū regnum gaudet: nisi in ciuitate Tholosana, & patria linguç Occitan. cuius habitatores quantūcunque extranei sint, liberè de rebus suis disponere possunt: & hæredes ex testamento vel ab intestato habere, ac si de regno originarii essent: dicto iure albanagii cessante. Et ita declarauit Rex Ludo. vndecimus per suas patentes literas in archiuiis capitolii Tholosani repositas, & in parlamēto Tholosano,

audito procuratore regio, registratas & publicatas: die xvi. Augusti, 1476. & pòst, per alias patentes literas Lud. xii. confirmatas, lectas & publicatas die vi. Iulii. 1484.

PRO quo quidem priuilegio patriæ linguæ Occitan. tres faciunt rationes.

PRIMA, quia Narbonēsis prouincia, quę ferè totam illam patriam comprehendit, semper fuit iuris Italici, & omnino libera: per text. in l. fin. §. i. iuncta glo. in l. i. ff. de cēsi. Ob quod, ab aliquibus historiographis, Gallia togata dicta est: quia togis, more Italorum vtebantur. Et fuit de principaliter vnitis Romano imperio, l. ii. §. eodem tēpore constituti sunt. versic. capta deinde Sardinia. ff. de origin. iuris.

SECVNDA est, quia ex quo vnita fuit Romano Imperio, semper vsa est iure scripto, scilicet Imperatorum & iurecōsultorū, quo voluit regi. Et ita Christianissimi Reges Franciæ tam in acquisitione dictæ patriæ, quàm erectione & institutione curiæ parlamenti Tholosa. consenserunt, scilicet quòd iure scripto regeretur. Ex quo, mulctæ seu emendę pro mala appellatione, cessante dolo, tergiuersatione, & desertione, & alia plura quæ in patria cōsuetudinaria seruantur, cessant. Sed sic est, quòd prædictū ius albanagii de iure scripto est incognitum, cùm quilibet ingenuus habeat testamenti factionem actiuam & passiuam, nisi in casibus specialibus. C. & ff. de testa. & qui testam. facere non poss. positis, etiam peregrinus & omnino incognitus. §. fin. insti. de hæred. insti. & l. i. C. eod. tit. Sequitur ergo dictum ius in illa patria cessare debere.

TERTIA ratio est, quia Comitatus Tholosanus, qui ferè totam illam patriam linguæ Occitan. complectitur, qui per donationem Papę, ad Regem Erancię pertinet: secundum Pet. Iaco. titu. de success. Reg. Fran. col. v. non cedit regno accessoriè, sed principaliter & de per se: tanquam Rex sit comes, & Rex. Ob quod, omnia sua priuilegia, vsus & consuetudines, ac viuēdi modum retinuit: secundum Barto. in l. si conuenerit. la ii. §. si nuda. ff. de pigno. acti. & sentit in l. i. §. ii. ff. de appe. & in l. ii. C. eodem titu. Facit gloss. in c. i. ne sede vacan. & in clem. per literas.

de preben.& doctrina.Panor. in capit.ii.de reli.domi. Ob quòd, iura regni videntur ibi cessare, & per consequens, albania: attento maximè, quòd statutum & conuentum fuit, ius scriptum seruari debere in exclusionem aliorum iurium,l.cum prætor.ff.de iudic. & cap. nonne præsumptionibus. Vnde, de prædicto comitatu Tholosano tanquam excellenti, facit mentionem gloss. super rubric. de Comi.qui prouincias regunt.libr.xii. & in suprascriptione cap.super quibusdam.de verborum significati.qui (secundum aliquos)non pertinet ad regem ex donatione Papæ: vt dicit Pet. Iacob.sed ex diuisione confiscationis bonorum Comitis Raymundi hæretici: secundum eundem Benedic.in repetio.capi. Rainutius.in verbo, & vxorem. nume. 245.de testam. In cuius vnione, tria fuerunt conuenta cum Rege Christianissimo in forma contractus, scilicet quòd priuilegia & ius commune scriptum seruarentur, vt dictum est. Secundò, quòd gubernator esset de sanguine regio. Tertiò, quòd talliæ aut alia subsidia non inducerentur per regem, nisi de voluntate statuum eiusdem: prout in documentis, libris, & registris statuum dictæ patriæ latius continetur. Verùm, quia aliqui temerariè asserunt regem Aragonum habere ius ad dictum comitatum Tholosan.fuit, 1290. abscissa lingua in mercatu seu foro castri Narbonensis, cuidam homini temerario, qui coram Senescallo Tholosan. in iudicio hoc temerariè affirmauerat: prout vidisse refert Petr.Iacob.in sua practic. titul. de succesion.Reg.Franciæ.De Tholosanorum gestis, plura scripsit do.Nico.Bert. & habetur in fasciculo temporum. fol.lii.quòd riuus sanguinis longissimus fluxit tota die apud Tholosam, 434. Succederet tamen Rex & nobiles iustitiarii in dicta patria homini suo sine hærede proximo & legitimo ab intestato decedenti: secundum Bald.& Alexand.in addit.ad Barto.in l.si quis.C.de hæred. decurio. secus ex testamento: quia testari possunt, dum tamen inter homines eiusdem conditionis & loci, & non inter extraneos: secundum Ioan.Fab.in princip.instit.de hæredi. quæ ab intestà.deferun. & Iason. in autentic. si qua mulier.C.de sacrosanct.ecclesi. Et Nico, Boe.in §.v.de testa.

in consuetu. Bituricen. in fine. Sed quid de sacerdote extraneo de alio regno existente decedente? ad quem spectabit hoc albanagii ius? an ad eius Episcopum, an verò ad Regem? habetur in stilo parlamenti. in quæstio. Ioan. Gall. folio octauo.

Nimis honorati sunt amici tui Deus, quos constituisti Principes super omnem terram. Psal. cxxviii.

Decimumsextum Ius.

DECIMVMSEXTVM Ius altum & præcipuum Christianissimi Francorum Regis, in hoc quòd validè potest eligi Imperator, & consistit ac tenet electio, sicut si esset Germanus: secundum Bal. in c. venerabilē. de elec. & Io. Ferra. in xiii. iure, de insig. Re. Frã. & Iac. Bon. in suo Panegerico, post trac. Io. de terra rubea dictũ vinea ecclesię: vbi de hoc satis arduo pũcto, sicco pede pertrãseunt. Quare vt excellentia huius iuris pateat, est prętermittendũ secundũ gl. & doc. in d. c. venerabilē. ꝙ dum olim ecclesia Ro. esset oppressa ab Astulpho rege Lõgobardorũ, Papa requisiuit auxilũ ab Imper. Constãtino, & Leone filio eius apud Cõstãtinopolim sedem imperialē tenētibus: qui noluerũt aut saltē distulerũt ecclesiæ ꝑstare auxiliũ. Vnde, Pa. Steph. ii. natiõe Romanus eos priuauit, & imperiũ de Grecis trãstulit in Germanos in personã magnifici Caro. magni filii Pepini, quē Zacharias ꝓdecessor eius substituerat Ludo. Frã. regi (quia esfœminat⁹ erat) deposito. vt in c. alius. xv. q. vi. De qua trãslatione, habetur in d. c. venerabilē. de ele. & in c. Indiæ. de consecra. distin. v. & in c. in synodo. lxiii. distin. & in li. de tēporibus mũdi. fo. clxxvii. sub rubri. de processu imperii, & translatione eius in Germanos. ibi, constituto principe lege antiqua, quæ regia nũcupatur: populus ei & in eum

Rex Frã. potest eligi Impator.

omne suum imperium ac potestatem contulit. Nec vel populare regimen (quod politicum vel optimorum ciuium & aristocraticum appellatur) tam iustum, támque pacificũ esse potest, quàm monarchicũ, quod in Romano principe recognoscimus: quod aliquando per Italos, aliquando per Hispanos, interdum per Afros, Dalmatásque constat administratum: peruenit etiam ad Græcos, diúque apud Constantinopolim tanta gloria dignitatis permansit. Et quamuis duo insimul fuerint Augusti, vt Diocletiani, & Maximiani, & nonnunquam plures: id tamen vsurpatione magis, quàm iure contingit. In apibus enim (inquit Grego.) princeps vnus præeminet: Grues vnam sequũtur ducem, Imperator vnus &c. Obuenit autem hæc dignitas nunc Senatus electione, nunc populi vocatione, nunc militari fauore, nũc Principis ordinatione: demum verò, negligentibus Romam Græcis, eámque nunc Barbarorum, nunc aliorum direptioni relinquentibus, populus ille Romanus, qui suo sanguine tantum pararat imperium, quíq; suis virtutibus monarchiam fundauerat orbis, venientem in auxilium eius Carolum Magnum Francorum Regem, natione Germanũ, qui vrbem sacráq; loca ab omni hostiũ cõcursione defendit, primò Patricium post Augustũ concurrente summi consensu Pontificis acclamauit. A Carolo itaque Magno imperii dignitatem occidenti restitutã, vsque ad Ludouicum Arnulphi filium, imperium apud Gallos non paruum habuit incrementum. Verùm, post principum illorum ignauia, splendor illius Romani imperii in obscuras tenebras conuersus est, atque imperium, quo annis centum & decem Franci potiti fuerãt, demum in Longobardos deductũ est, postremò in Germanos, duce Ottone Henrici Regis filio, translatum est, talíque modo, in Germanos Romanum imperium constat esse translatum: atque vsque in presens obseruatur. De qua translatione, & Electorum institutione, habetur eodẽ libr. fo. clxxxiiii. in hæc verba: Sanctionẽ de Imperatoris electione fecit Grego. v. ad vndecimum quàm obierat mensem, Romæ restitutus acerrimam de accepta à Romanis iniuria vltionem sumpsit. Ottone enim 3. per successionem non sine difficultate

cultate creato Imperatore, idē pontifex ex eadem gēte natus, cognoscens Imperii imbecillitatem ac fortunæ mutabilitatem, vt diutius apud Germanos summa Imperii maiestas remanere posset, synodo congregata, statutum tulit de Imperatore eligēdo, solis licere Germanis, qui inde Electores sunt dicti, principem eligere. Quam sanctionē huc vsque per annos supra quadringentos seruatam videmus, vt in futurum, non per sanguinis successionem imperium duceretur, sed per solos Germanos proceres, vnà cùm Bohœmiæ rege, Imperator eligeretur &c. Et latius de dicta translatione per Ioan. le Cyrier, in suo tracta. de primogenitu. quæsti. xii. ii. libr. vbi de hoc per septem col. Sed dubium facit, an dicta translatio imperii in Germanos, intelligatur actiuè tantùm, vt ipsi potestatem eligendi habeāt: an etiam passiuè, vt nullus nisi Germanus in Imperatorem eligi possit. Et quamuis Cardi. in dicto capi. venerabilem. intelligat dictam translationem actiuè tantùm : cum quo videtur concordare quod legitur in eodem libro de tēpo: mundi. fol. cclxxxv. sub rubric. de Franconia Germaniæ superioris, prouincia. ibi, Est autem imperium apud Germanos: non eo modo, vt nullus nisi Germanus imperare possit, sed quoniam eligendi Imperatorem Germanis authoritas tradita est: & plerumque Germanus eligitur &c. Contrarium tamen sentiunt Bal. Panor. & plures alii doc. ibi dicentes, quòd debet hoc intelligi etiam passiuè, vt nullus princeps in Imperatorē eligatur, nisi Germanus: per illum tex. ibi, in personam Caroli magni: in quem, certum est fuisse translatum imperium passiuè, & non actiuè.

ITEM, secundum aliorum opinionem, non fuisset à Græcis trāslatum imperium, cùm adhuc possent Græci eligi: & sic, malè diceret ille text. & similes suprà allegati. Nec est indecens, vt de certa gente debeat quis elegi. cap. cùm dilectus. de consue. & cap. Abbate. de verb. sign. Vnde, præceptum fuit Moysi, Deutero. xii. regem constituere de numero fratrum : non enim (inquit) poteris alterius gentis hominem regem facere. Facit l. ii. C. de offi. præto. & l. in ecclesiis. de sacrosan. eccle. quæ vult, quòd ad ecclesias eligātur poti⁹ illi qui sunt ex vico, quàm alii. Ex quo,

dicit Bald.ibi per illum text. quòd quandiu in ecclesia reperiuntur idonei,non sunt extranei promouẽdi. Idẽ Bal. & Alberi.in l.diuus.ff.de tuto.& cura.da.ab iis.per glo.& doc.in l.planè.ff.quod cuiusque vniuersi.nomine.& in c. cùm inter canonicos.in verbo,ad ecclesiam alienam.de electio.& Specula.in tit.de syndi.§.debet autem.colũ.vlti. & Bald.in l.si quis argentum.§.similíque modo. C.de dona.vbi dicit, quòd si quis recepit potestatem à superiore, admittendi abbatem in monasterium,quòd quandiu sunt idonei de gremio,debet de illis admittere, & non de alienis:per text.in d.c.Abbate.in fine.de verb. signifi. Nimirum ergo,si ad imperium non nisi Germani eligi possint, cùm ad eos sit translatum imperium,vt dictum est,ratione excellentiæ dictę nationis.De qua Hieronymus(qui tempore quo Pharamundus primus Franciæ Rex coronaretur,viuebat)sic ait. Inter Saxones & Alemanos gens non tam lata quàm valida apud hystoricos Germania, nunc verò Francia vocatur. Ratione enim patriæ,quis præsumitur esse melior & præstantior: vt est casus secũdum vnum intellect.in l.quod si nolit.§. qui mancipia vendunt.ff. de ædili.edic.& in autent.de referen. collat.ii.& xxiiii. dist. ca.quando Episcopus.in ver.patriam.& ca.si gens.lvi.distinct.& per Veget.lib.i.de re milita.Facit gloss.in ca. tolerabilius.xxxii.q.v.in verbo,lupanaria.& text.in l.iii.de natura.liberis.vbi Sali.notat ad hoc illum text. & tex.cum glo.in c.Afros.xcviii.distinct. In quibus iuribus habetur, quòd ratione patriæ vel nationis, præsumitur pro aliquo vel contra aliquem:secundum Bart.in tracta.de Guelphis & Gebelli.vbi dicit,quòd talis quis præsumẽdus est,qualis est patria sua.Meritò ergo dictum est per Bald.in dicto cap.venerabilem.regem Christianissimum Francorum in Imperatorem eligi posse,tanquam Germanum seu saltem de genere Germanorum,scilicet Caroli magni:vt in arbore de successione regum Franciæ.De qua,per Pet.Iaco.in sua practica,Guag.in sua cronica,& Pirrhum post cõmentum ad consuetudines Aurelianenses.c. intitulato,Sermo de fortuna,in Plutar.& de fortuna Gallorum. Vnde, Romani ab Aenea,dicuntur Aeneades.tex,iuncta gl.in autẽ.

vt præpona.nomen Imper.colla.v.& à Romulo, Romani dicebantur,per glo.& docto.in l.fina.ff. de rerum diuisio. Et à Franco filio Hectoris Troiani,Franci: secundum glo.in verbo,Francorum.in procœ.prag.sancti.& in fasciculo temporum,& Guagui.lib.i.c.ii.& Bergo. in supple. croni.lib.iii.Idem de Gallis à Galathea : Hyspanis & aliis nationibus: prout in illustrationibus Galliæ habetur.

ITEM, nobilis dicitur,qui ex genere nobiliũ descendit,vt nota.in clement.ii.de senten.excommu.& in l.i.de dignita.lib.xii.latè per Barba.in consilio lvii.ii. volu. vbi plenè disputat,quid veniat appellatione generis.per Bar.& doct.in l.i.ff.de probatio. & Alberi.de Rosa. in dictiona.in verbo,genus.

ITEM, natus progenie Guelphorum , est dicendus Guelphus: secundum Barto.in tracta. de Guelph. & Gebel.circa finem.hinc glo.in l.peto.§.i.ff.de legatis secundo.dicit,quòd ille qui est de familia,est eiusdem iuris cum prędecessoribus. Quare, rectè dicitur regem Francię tanquam de genere,agnatione,& familia Germanorum posse eligi in Imperatorem. Ratione enim generis, parentũ, seu cognationis,præsumitur pro aliquo,l quod si nolit. §. qui mancip.allega.secundum vnam lecturam. per glos.in verbo,mittuntur.sexta quæstione i.capit.quisquis.& cap. fina. de consecratio. distinctio. v. sicut etiam præsumitur contra aliquem,ratione malæ progeniei.l.quisquis.C. ad legem Iuliam maiesta.ca.venerabilem.de electio.si gens, lvi.distinctio.& capit.i.§.si miles.& quod ibi nota. per Aluaro.de pa.tenẽ.in vsibus feud.De quo,per Bal. in l.i. C. loca.& in l.si quis.C. de capti.vbi dicit , ꝙ natus ex mala progenie,est suspectus ꝙ sit mallus:ꝓut hoc ibi no. Ang. & facit tex.in c.quãdo.in verbo,genus.xxiiii.dist.& gl.in verbo dñm.in l.cùm vnus.in prin.ff.de alimen.& cibar.lega. Et ideo,dicit Alberi.de rosa.in l.secund.§.quæ omnia. in verbo,antiqua stirpe. C.de veteri iure enuclean. per illum textum,quòd ex eo quòd quis ab antiqua stirpe procedit , præsumitur pro eo : & si quis habuit prædecessores peritos alicuius artis , & ipse eadem arte vtatur : præsumptio est , quòd sit bene peritus in ea : de aduoca . diuerso.

iudicum.l.nemini.§.filios.& l.iubemus.§.filios. vbi gloss. C.de aduoc.diuerso.iudicum. Vnde,ad probationem bonæ famæ, fit capitulũ,quòd natus est de bonis parentibus. per dictam leg.quod si nolit.§.qui mancipia.de ædil.edic. Quare,rectè concluditur cum Bald. Illustrissimum regem Franciæ tanquam de genere & familia Germanorum, in Imperatorem Romanum eligi posse.

Ve destructio regni à muliere regi: quis enim fortem inueniet? procul, & de vltimis &c. Prouerb.vlti.

Decimumseptimum Ius.



ECIMVMSEPTIMVM Ius clarum serenissimæ coronæ Fráciç est,quòd fœmina in ea non succedat,sed soli masculi: quamuis in regnis Amasonum, Hispaniæ, Aragoniæ, Nauarræ, Angliæ, & aliis secus: secundũ Bal.in l.quoties. C.de suis & legi.hære.& in c.i.§.hoc quoq;.de succes.feud. in vsib. feud.Pet.Iaco.tit.de caussis, ex quibus vassal. feu. priuatur. & Andreã de Isern. in.§. hoc autem. qui feu.da.pos. latè per Pet.de Ancha.in consi.cccxli. Et hoc,propter eius singularem claritatem & nobilitatem: quia nihil est, quòd fœmina de regno cogitet,sed vir tãtùm speret. Ob quod, superis gratias referat,sicut fecit ille Thales Milesius, qui gratias Deo agere dicebat,eo quod vir esset, & non fœmina: testante Diogene Laertio, de vita & moribus philosophorum: & in terminis nostris vltra prçalle. quòd fœmina non succedat in regno Francorũ,tenet Bal.in l.i.ff.de Senato.gl.in verbo,cõsanguineis.in proœ.prag.sanc.Pe.Iaco.vbi suprà &c.do.Bene.in verb. duas habẽs filias.in repet.c.Rainu.de testa.Io.Ferran.in trac.de insig.reg.Franciæ.in vlti.iure. Nico.Boe.in cousue. Biturigũ,§.ii. Anto.

Corse.in tract.de potesta.re.q.xxiii.& lxvi.Cy.in auten. post fratres.C.de legi.hære.Io.Faber.in §.cæterum. de legiti.agnato.succesio.Geor.Natan.in repe.c.quamuis pactum.de pact.lib.vi. & Bartho.de Chassa.in cōmento cōsuet.Burgun.tit.de feud.§.v. vbi concludunt, quòd reges Angliæ nullum ius prætendere possunt in regno Francorum,licet descendant ex filia regis Franciæ:vt latius infrà dicetur.Quinimo,ipse Bal.in c.i.de feud.mar.col.ii.dicit, quòd sanguis Franciæ est perpetuus:adeò,quòd si extaret vnus de sanguine antiquo masculus,excluderet fœmellam in infinitum,etiam si esset in millesimo gradu:quod dictū est plus diuinum,quàm aureum:secundum Vincen. Syg. in suo tracta.de fac.princip.cap.iii.regali.fol.iiii. Istud ergo ius altum,quòd fœmina non succedat in regno,multipliciter obtentum est.

Pharamundi i. Frāco. regis tēpore obtētū est lege Saliqua ne fœmina succedat in regno.

PRIMO, lege saliqua tempore Pharamundi primi Francorum regis condita, sedente Bonifa.i. & imperante Honorio i. anno salutis ccccxx. & regni sui x. Nam cùm Franci ad Rhenum vsque peruenissent, ferísque moribus viuerent,quatuor ex Sicambris spectatos viros elegit: qui legem conscriberent: Vzugastum, Losogastum, Sologastum,& Visogastum:qui omnium cōsensu & authoritate, legem Saliquā à Pharamundo promulgatam condiderūt: sic dictam à loco salethon,in quo condita fuit : secundum aliquos:secundum alios verò,à sale condimento cibi,tanquam fuerit condimentum moribus Francorum sine lege aut temperamēto degentiū.De qua lege saliqua, per Guagui.lib.i.c.iii.in hac verba, Primus Marcomirus dominationem in Francos accepit: quem à Priamo Troiano rege longua generis serie prognatum,summa veneratione Frāci obseruabant.Hic præterquam &c.Et de ea fit mentio in vsi.feudo.tit.de filiis nat.ex matrimonio ad morgani.con tracto.& per Aluaro.in c.i.§. mulier.si de feud.fuer. controuer.vbi de l.Saliqua,Longobarda,Arabica,Alemanorum,Vvandalorum,& Frācorum tradit. & per glossam in c.in legibus seculi.xii.q.ii.tex.autē legis Saliquę est in tit. de allod.lxii.ca.i.huius tenoris : Nulla portio hæreditatis de terra Saliqua mulieri veniat,sed ad virilem sexum tota

Masculi soli succedūt

In serenißima corona Fräciæ, & non fœminæ.

hæreditas perueniat. Terra auté saliqua dicitur, quæ adhęret coronę, ad differentiã terræ allodialis, q̃ est subditorũ, quasi per hanc legé à regibus constitutã, succeßioni in terris regni sit data forma & modus. Et est in hoc lex saliqua cõformis legi diuinæ datæ filiis Israel. Nu. 27. c. vbi dicit, Si homo mortuus fuerit, filii ei succedet &c. & etiã legib⁹ imperialib⁹, in vsib⁹ feudorũ. c. i. §. hoc notandũ. de iis qui feu. da. pos. & c. filia. de succes. feu. per Bal. in l. si defunct⁹. C. de suis & legi. hæred. & Nico. Boe. in §. ii. de testa. in cõmento consuetu. Bituri. & in addi. ad Io. Mõta. de autho. & præemi. sacri magni consi. & Ludo. Roma. in consi. i.

SECVNDO, obtentum est istud ius altum ex longæua consuetudine tenaciter in regno Francorum obseruata, cui tanquam matri est reuerentia adhibenda: secundum Bald. consil. clxxxv, cùm habeat vim decreti veritatis & iustitiæ: secundum eundem Bald. in ca. i. qui feu. da. pos. in vsi. feudorum. latè per doct. in rubri. de consue. & legistas. in l. de quibus. ff. de legibus. Pro qua quidem consuetudine, fuit obtentum in contradictorio iudicio, quod maximè iuuat per gl. in verb. contradictorio. in c. abbate. de verb. sig. & in l. cùm de consuetudine. ff. de legi. præcipuè, quando bis vel ter ita fuit iudicatum: quia duo actus inducunt consuetudiné. gl. & doct. in l. nemo. C. de episc. audien. imò aliquando per vnicũ actum habétem caussam permanenté & succeßiuã per tépus sufficiés. per tex. sing. in c. cũ de beneficio. de præbé. lib. vi. secundũ Pañ. & doc. in c. fi. col. viii. de cõsue. Et q̃ ita fuerit obtentũ in cõtradictorio iudicio, sunt tria arresta cõformia, vt ex registris curiæ parlaméti, & triũ statuũ regni, iunctis cronicis patet.

PHILIPPVS diui Ludouici filius duos habuit filios, Philippum qui cognominatus est Pulcher, & Carolũ comitem Valesii bellimontis. Et post modum, Andegauiæ & Cœnomaniæ Philippus Pulcher Francorum & Nauarræ Rex, tres filios & tres filias genuit, Ludouicum dictum Hutinũ primogenitum, qui anno vno: Philippum longũ, qui annis quinque: & Carolum Pulchrum, qui annis septé regnauerunt, Margaretam quam nuptui dedit Ferrando primogenito Castellæ, Isabellam maritatam Odoardo

ii. Anglorum Regi, ex qua alius Odoardus vindefoze natus est: qui regnum Franciæ prosequebatur. Tertia verò filia in virginitate obiit. Ludouicus Hutini Ioannem filiũ habuit, qui ante coronationem moritur, & filiam vnã maritatam Carolo Comiti Eboricensi, qui (mortuo socero) vtrunq; regnum Franciæ & Nauarræ nomine vxoris suæ & filiæ vnicę Ludouici prędicti habere voluit. Sed per arrestum curiæ Parlamenti, Nauarræ regnum tãtùm ei adiudicatum fuit, tanquam fœmina in illo succedat. Sed eodem arresto, Philippus longus frater Ludouici, & sic remotior, tamen quia masculus, regnũ Franciæ adeptus est.

PHILIPPVS autem Longus filiam vnicam habuit Comiti Attrebatensi coniunctam: cui Philippo frater eius Carolus Pulcher (exclusa dicta filia) in regno Francorum succesit. Deinde dictus Carolus sine liberis (vxore tamen prægnante) obiit. Vnde orta est quæstio, quis interim pro Interrege acciperetur, an Philippus Valesius proximior masculus, an Odoardus terti⁹ Angliæ Rex ex ista Isabella natus, & dicto Carolo magis propinquus. Verùm quia nullo tempore visum est, per fœminam Francorũ regnum regi: Philippus Valesius Interrex præficitur, de consensu & approbatione duodecim Pariũ Francię. Et postea, posthumo in breui mortuo, rex coronatus, & ab ecclesia tutatus: & ab illo Odoardo regnum prętendente approbatus: qui de consensu Anglorum, fidelitatem pro ducatu Aquitaniæ regi cum iuramento præstitit, anno cccxxix. Idẽ iudicatũ extitit contra Henricum regem Anglię. Ex quibus orta sunt bella horrenda inter reges Francię & Angliæ: vt dicit glo. in proœ. prag. san. Vnde, dictus Odoardus Anglorũ rex, missis legatis ad Francos, dicebat scripto tenus, *Anglorum regno succedo iure paterno Frãcorum: siquidem materno, uocor idem.* Sed responsum fuit per Regem Francorum & eius consilium in hunc modum,

Prædo regnorum qui cernis esse duorum,
Succedunt mares huic regno, non mulieres.

Sicq; obseruatum fuit nouissimè in Lud. xii. qui succesit Carolo viii. & non Anna soror Caroli Borbonii ducis relicta, dicto Lud. xii. ꝓpinquior. Iniustè ergo cõquerebanť

Anglorum reges, regnum Franciæ per medium Isabellæ filiæ Franciæ querelantes: quia sicut filia non succedit, sic nec natus ex ea. §. hoc om. q feud. da. pos. & c. i. §. ad filias, de grad. succes. & l. fin. C. de natura. libe. & l. si viua. C. de bo. mater. per Ludo. Rom. in cõsi. i. Vnde, dicebãt Cy. in auten. post fratres. & Bald. in auten. cessante. C. de suis & leg. hær. & Aluarotus in d. c. hæc autem. quòd si statutum aut consuetudo disputat, quòd fœmina non succedat in Baronia, & aliquis decedat relicto nepote ex filia, talis nepos nõ succedit: quia nõ plus virtutis potest esse in caus sato, quã in influenti potentia caussę: & quia radix mortifera nõ potest ramos virentes producere, secundũ Raph. Fulgo. in consilio xii. Cùm ergo quis caussatur ab infecta radice, nõ potest esse melioris cõditionis, quàm ille à quo caussatur. Ideo, nõ potuit dictus Odo. Isabel. filius nec sui Angliæ successores in regno Francię aliquid petere secũdum Bal. in l. i. C. de sum. tri. & fi. catho. & in l. i. ff. de sena. gl. in pro. pra. san. & Corse. in trac. de potesta. regi. q. lxvi. vbi dicit, quòd si fortè malè succesit regibus Frãciæ: hoc fuit propter aliam caussam in mente diuina retẽtam: Vnde. Pet. Iacob. in arbo. succes. Reg. Fran. dicit ius Anglorũ (si quod habebant) fuisse præscriptũ per reges Frãcorum in possesione longisima existẽtes, cum bona fide: attenta dicta consuetudine, & lege Saliqua, ac prædecessorũ possesione pacifica. Ad quod non aduertunt Cõsiliarii domini regis, secundũ ipsum. Vtinã deleta & rupta essent trium Leonum Anglorũ insignia, quæ tempore ipsius Petri Iacobi, in Aluernia erãt depicta: quia apud vulgũ malè sonant, cùm signũ repræsentet signatum. l. decreuimus. de aquæduc. lib. xi. & l. stigmata. de fabricensib. Et sic, respectu huius Isabellę, Angli nullum ius habent in Francorum regno: alio vero respectu & ex alia caussa, ius habere prætendunt Anglorum reges. Nam apud Guagu. in vita Caroli septimi legitur, quòd dum Catherina Caro. sexti filia Hẽrico Anglorũ regi nuptui daretur, eæ matrimonii leges authore Philippo Burgundo, dictę sunt: si superstite Hẽrico, vita fungeretur Carolus sextus Frãciæ regnũ Hẽricus adiret: sin cõtra, id est, quòd Hẽricus præcederet: &

si Henrico virilis proles superstes foret, Carolo deficiēte, Henrici filius Franciæ regnum adipisceretur: nulla de Carolo septimo legitimo (licet successore) mentione habita. Per has igitur omnium maiorū tēpestates, Henrico mortuo, ei successit filius eiusdē nominis, qui in regia Parisiaca ciuitate regium Franciæ nomen vsurpauit. Vnde, Franciæ Angliæq; Rex, publicis priuatisq; literis & forensi sigillo monetaq; (quam nouā cudi fecit) appellabatur. Eò quoque per hos dies fortunæ iniquitas processit, aut Deus ita voluit: vt Carolo vi. eius temporis Regi, Bituriges tātùm parerēt: & Bituricensis Rex dumtaxat ab hostibus appellaretur: Henrico Anglo tametsi illustre exordium fortuna concessit, eum tamen deseruit, & vtrūque tandem regno exclusum, misera seruiture senescentem affecit. Erat nempe illis diebus apud Vallicorem annos vinginti nata Ioanna, quā omnino diuinitus missam ad Francos verisimiliter arbitrabātur: quæ patre Iacobo Dario, matre Isabella in vico damprenio genita, ob corporis perpetuam integritatem, puellæ appellationē obtinuit. Ea rerum tunc præsentium aduersitatibus (deo authore) compatiens: cum vitæ puritate puella præ se ferebat sanctitatē: & nihil muliebre aut agebat, siue loquebatur. Enimuero, sacerdotali cōfessione quaq; ferè ebdomada conscientiam purgabat, & diuinam Eucharistiam desumebat: secūdum Guagui. in vita Caroli vii. fol. v. Et cùm ea puella militaribus esset instructa, in expeditionibus equo vsa est potēti & animoso: in quem, ad instar militis strenuè conscendebat: gladium quē cōpertum in templo diuæ Catherinæ dedicato apud agrū Turonēsem Rex Carolus ei dono dederat, antiquū vtraq; parte liliis insculptum manu gestans, Anglos ferè omnes à regno Franciæ expulit. Per hos conflictus bis vulnerata, semel in humero Scorpione quodam pugnaculo misso vulneratur: quo neque tristior, neque negligentior fuit: iterum missa è muro sagitta, in crure percutitur, nec eò tardius in opere perseuerat. Sed non multis postea diebus, dissimilis fortuna fuit viragini puellæ: nā capta à Ioanne Luxēburgo, eā Anglis venundedit, à quibus hostiliter habita, Rothomagi cremata est odio Gallici nomi-

nis & eò ꝙ virili veste fœmina vsa est. Obiit diuina puella, anno. 1431. mense Mayo. De qua. per Guido. Pap. quæ. lxxxiiii. vbi testatur eam vidisse, & incepit regnare, anno. 1430. quo tempore fuit ipse Guido doctoratus.

TANDEM, contra Anglos faciunt conuentiones in matrimonio Marię Anglorũ Regis sororis, cum Ludo. xii. rege Francorum: Anno 1514. Per quas, Rex Angliȩ de consilio suorum Procerum & totius populi consensu, remisit omne ius quod in regno Francorum habere prætẽdebat ex quacunque caussa. Et sic, vt o reuolet ad a: fœmina exclusa, solus mas sceptrifer in regno Francorum succedit ex illa consuetudine antiquissima: quæ quantùm sit rationabilis, ex sequentibus authoritatibus demõstratur. Dicitur enim viii. Aethicor. quòd corruptio vrbanitatis est, quòd dominium ad mulierem perueniat. Vnde, Lucas de pen. in l. si quis. de professo. & medi. dicit, quòd intentio tuitionis publici frustratur, si fœmina in regno succedat: & allegat quendam Sapientem dicere, cùm regna regunt vuluæ, Gens tota proclamat, veh destructio regni, à muliere regi. In hoc sexu, non leges nec arma insunt, testo Ala. de complau. catu. Hinc est, quòd ruina potius, quàm Regina dicitur fœmina in dominio seu principatu succedens: quia secundum Hyeronimum, fœminȩ in propagatione sui generis, materia sunt ruinæ, & Augusti. super Ioan. sermone ii. Quid peius domo, in qua mulier habet imperium super virum? recta (inquit) domus, in qua fœmina obtemperat, vir autem imperat. Vnde, Titus Liuius de bello macedonico, li. iiii. Maiores nostri nullam nec priuatam quidem rem agere fœminas sine authore voluerunt: date frenũ impotẽti naturȩ & impotenti animali. Fœmina enim vir facta, sexus denigrat honorem. Hinc est, quòd repellitur ab omnibus officiis ciuilibus & publicis. l. fœminę. ff. de reg. iu. & l. i. §. sexum. de postulan. Et si quispiam diceret plures fuisse insignes mulieres strenuitate & armorum scientia vigẽtes: vt Minerua, Diana, Arthemisia, Semiramis, Pitadoris, Cleopatra, Orithrea, Pãthasilea, Camillia, Thomiris, Zenobia, Chloelia, Sabba Regina Austri, Iudith, Iahel, & Ioãna darce, vulgò dicta. *La pucelle*.

De quibus & earũ geſtis,per do.Benedic.in repeti.c.Rainutius.in verbo,duas habẽs filias.& latius per Iaco. Bergomen.in libro intitulato de claris mulieribus.

ITEM,apud Amaſones duæ fuerũt Reginæ ſtrenuiſſimæ mulieres Martheſia,& Lampedo,quæ maiore parte Europę ſubacta,Aſiæ quoque nõnullas partes occupauere: quæ Scithicæ fœminæ iuxta Thanaim primũ inhabitantes, deinde ad loca iuxta Termodonta fluuium deuenerũt:quæ magnam Aſiæ partem occupauere. Et ideo,ſic dictę Amaſones,eò quòd mammis careant: ab a,quod eſt ſine,&maſos mamma:quaſi ſine mamma.Mos fuit Amaſonibus(interfectis maribus)ſeruare fœminas, earúmque mammas dextras incidere,ne impedimento eſſent ad pugnam conferendam : & ne ſagittarum ictus impedirẽtur. vel, dictæ ſunt Amaſones tãquam in communi viuentes. Aliç fuerunt Amaſones,quę in Africa floruerunt.De quibus,Euſtachius in commẽta.dionyſii Libici multa cõmemorat.Durauerunt enim Amaſones vſque ad tẽpora Alexandri Magni, qui Minithiam ſiue Thaleſtram vltimam Amaſonum reginam, cum omni Amaſonum nomine interemit & intercidit,teſte Iuſti.hyſto.li.ii,fo.ii.& iii.

PER quæ videbatur, fœminas etiam in regno Francorum ſuccedere debere,& in feud.contra iura prçallegata.Sed veritas eſt in contrarium: quia licet viſę ſint aliquę armis & ſcientia pollentes,tamẽ paucæ ſunt: ita, quòd de illis bonis mulieribus, non eſt fiẽda lex:quia raræ ſunt.gl. in l.nã ad ea.ff.de legib. Et in nulla fœmina reperitur animi probitas,niſi ſpecialiter ſanctificetur:ſecũdũ Odofr.in l.ii.C.de iis q ven.æta.impetra.vnde Menãder PoetaGręcus ait,Mare,ignis,mulier,tria mala. & Seneca, dux malorũ fœmina,&ſcelerũ artifex:optima nãq; fœmina rarior eſt Phœnice:ſecũdũ Valer. in quadã epiſto.ad Ruffi.quæ inter epiſtolas diui Hiero.inſeritur: & Ouid.lib.x.Meta.

Viderat offenſus uitiis,quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit.

Et Salomõ eccleſiaſtici ſeptimo,Virum vnum de mille bonum repetiſſe ſe dicit,mulierem autem nullam:quo loco, Hieronymus ait mulierem omnium eſſe malorum caput.

Et idem Salomon Ecclesi. xxv. anteponit malitiam mulie ris, malitiæ colubri & draconis. vbi alia multa scribuntur. quinimo mulieres (vt plurimùm) sunt molles ad bellorum pondera perferenda, & iudicia discretè excercēda. xxxii. q.ii.§.sed illud.& c.forus.de verb.sign.iuncta l.cùm prætor.ff.de iudi.per Bal.in c.i.de iudic.vbi allegat illud Aristotel. Mulieris consilium inualidū.& c.significauit.de rescrip.& gl.in l.i.C.de confirmat.tuto. dicit mutabile esse mulierum consilium: quia ter mutatur in hora: secundum Bal.in l.fi.C.de suis & legi.hęredi.quę est vna de caussis, quare nō succedunt in feudū: secūdum Iac.de sanct.Geor. in tract.feud.col.vi.Nic.de Neapo.& Aluar.in §.& quia. col.vlt.de his qui feud.da.pos.alia est propter sexus honestatem, quia virorum cœtibus cōmisceri nō debēt, c.ii. de iud.li. vi.alia verò caussa, quia arma facere non valent, secundū Bal.in l.quoties.C.de suis & legi.hære.& do Ben. in repe.præalle.in verbo, duas habens filias.vbi latè de vitiis mulierum: sed latius per Anto.Flo.in i.parte iii.partis principalis suæ sum.tit.i.c.xxiiii.vbi per literarum ordinē mulierum vitia describit: & Petrarcha, de remediis prosperæ fortunę.& in li.de vita solitaria.& Bocat.li.de geneal. Deorū.iiii.c.xliiii.Alua.pelagi.lib.ii.de planctu ecclesiæ. art.xlv.c.ii.Robertus Holkot, in sapientiā Salom.lectio. cviii.& de Bustis in rosario.sermo.xxviii.in iii.parte: & in malleo. maleficar, parte i.q.vi. Et vltimò plura descripsit Cellius lib.antiquarum lectionum.viii.c.xiiii.& Alber.in dictionario, in verbo, mulier. in l.filia. in orbitate. C. de inoffi.testa.& in l.iiii.de sponsa. Per quę apparet, non sine maxima & sanctissima ratione obtentum fuisse, quòd fœmina in regno Frācorū nō succedat. Nec obstat c.dilecti. de arbit.quia Regina vocatur ibi: nec ꝙ regnū ad eā perti neret, sed quia vxor regis: vt vidua, quæ durāte viduitate, dignitatē retinet: secūdum Pan.& doct.ibi. De quo amplè per Hyppo.de Marsi.in repetit.l.vnicæ.C.de rapt. virgi.

QVID autē de Hermaphrodito an possit succedere? per Bal.in l.quoties.C.de suis & legi.hæred.& Iason in l. sed est quæsitum.col.fi.ff.de libe.& posthumis.

QVID autem de dignitatibus Parium Franciæ vel a-

liis? an in illis succedunt fœminę? est dicedum quòd sic ex consuetudine generali regni: de qua, per Ioan. fab. in §. i. institu. de legiti. patro. tute. latè per glos. ii. in §. vi. titul. de feud. in consuetu. Biturigum.

PRIMO, de ducatu Normaniæ, legitur in cronicis Franciæ: cum quibus concordat Vincent. in Specul. libr. xxiiii. quòd Ludo. simplex donauit filiæ suæ ducatũ Normaniæ, in fauorẽ matrimonii cũ Rodulpho i. Duce Christiano contracti, cuius successores tenuerunt regnum Angliæ ccxcii. annis, vsque ad tempus Philippi conquerentis: mortuis Honorio Duce, & Rege Angliæ, succesit & filia domina Mahaud vxor Henrici quarti Imperatoris: & pòst, Godoffredi Comitis Andegauensis, vt refert Frõtinus historiographus.

DE ducatu Aquitaniæ, legitur in eisdem cronicis: & cõcordat Vincen. in Specu. lib. xxviii. c. fin. quòd sanct. Gulielmus Comes Pictauensis ex eius vxore tenebat ducatũ Aquitaniæ: ex qua habuit filiã Halienor nomine, quæ nupsit Ludo. vii. filio Ludouici le gros Regis francorum. Et pòst, sequuto diuortio, Hẽrico filio regis Angliæ, qui fuit Rex Angliæ, Dux Normaniæ: & per eius vxorem, Dux Aquitaniæ, & prætendebat comitatum Pictauensem. Occasione cuius, & repudii seu diuortii prædicti, initium guerrarum inter Francos & Anglos procesit.

TERTIO, de ducatu Britanniæ, mortuo Ioanne Duce, ortus est processus inter domin. Carolum de Bloix qui habebat in vxorem filiam domini Guidonis de Britãnia Comitis Lemouicẽsis fratris dicti Ducis: & do. Ioan. Comitem de Monfort. Et tamen, fuit per arrestum parlamenti Parisiensis adiudicata recredentia domino Carolo de Bloix ex persona vxoris suæ.

ITEM Rex Carolus, dimissa Margareta, Annã Ducem Britannię in vxorem duxit: cuius medio, ducatum habuit & sui successores: scilicet Lud. xii. qui post mortẽ Caroli, dictam dominam Annã reaccepit in vxorem: & Franciscus primus nunc regnans Illustrisimus Britãniæ Dux est, per medium dominæ Claudiæ de Francia eius vxoris: quæ eius matri in dicto ducatu succesit.

QVARTO, de ducatu Borbonii, legitur quòd Robertus filius beati Ludouici, à quo domini de Borbonio descendunt, habuit ducatum Borbonii per fœminam: & vidimus, quòd dominus de Montpensier vltimatè defunctus in obsidione Romana, licet prætenderet fœminam incapacem ad dictum ducatum: fuit tamen conueniens pro medio pacis, quòd filiam Ducis Borbonii acciperet in vxorem: quamuis cum domino d'Alenson sponsalia contraxisset.

IDEM in comitatu Flandriæ, Campaniæ, & Briæ, Coloniæ, Aluerniæ, Niuernensi, Darthoys, Vermandoys, Rothelin, Tholosan. Claromonen. De blexis, Carnoten. & similibus: in quibus plures fœminæ successerunt. vt in l. fin. C. de arbit. & in cap. fi. de concess. præben. & ca. dilecto. de testi. & cap. dilecta. de maior. & obedien. & ibi domi. Abb. & Felin. & Angel. in repet. l. eam quam. de fideicom. & in l. fœminæ. de regu. iur. & in l. cum prętor. ff. de iudi. in quibus locis de Regina Ioāna, (quam Felin. vidit sedentem in solio regali ferentem sententiam capitalem contra illos de Balso) fit mentio. Concor. Panor. in cap. significauit. de rescrip. & Bald. in cap. i. §. hoc quoque. de success. feud. & Imola in cap. grandi. de supplen. negligen. prælato. & patet ex cronicis relatis per Barthol. Chassa. in commento consuetud. Burgun. titu. de feudis. §. v. vbi excipit ducatum Aurelianensem & Bituricensem: de quibus Carolus v. statuit expressè, ne fœminæ in illis succederent: cùm ab antiquo sint cum corona & eius patrimonio vniti. Meritò, terra Saliqua (de qua sup. in princip.) est censenda. Excipit etiam ducatum Burgundię, ratione vnionis factæ per Regem Ioannem ex deliberatione trium statuum Franciæ. Quare, debet regi eiusdem regulis, quibus regnum cui vnitur, regitur. Cùm ergo regnum respectu succesionis coronæ regatur lege Saliqua, ita & ducatus Burgundiæ: secundum doctrinam Barto. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. actio. plenè per Fel. in c. translato. colum. iii. de constitu.

PRO qua quidem lege Saliqua, quia multi nituntur eam de iniquitate impugnare, & ꝙ lex dici nō mereatur.

cap. erit autem lex. iiii. distinc. Ad eius tamen iustificationem, rationem, & æquitatem demonstrandam, adducuntur rationes sequentes.

PRIMA enim est, quia de iure, fœminæ non succedunt in feudo: multò ergo minus in regno. §. hoc autem notandum. de iis qui feud. dar. poss. & cap. filia. de success. feud. Sed vsus feudi faciunt ius: secundum docto. in præludiis feudorum, Geminianum & Imolam in cap. grandi. de supplend. negligen. prælato.

SECVNDO facit: quia facta est pro conseruatione familiæ & agnationis, l. i. §. publicæ. ibi, dignitas familiarum salua sit. ff. de ventre inspicien. quæ per masculos, non autem fœminas conseruatur. §. i. instit. de legi. agnato. success. cum similibus.

TERTIO, quia fœminę sunt incapaces eorũ, quę ad regimẽ requirũtur: maximè belli. d. §. hoc autẽ. & consilii seu iudicii, l. fœminæ. ff. de reg. iur. l. i. §. sexum. ff. de postul. latè per Specu. tit. de feudis. §. quoniam. versi. xxv.

QVARTO, faciunt rationes quæ adducuntur ad fundandum & roborandum statutum excludens fœminam, existentibus masculis vel agnatis: quæ ponuntur per Bal. in l. fi. col. iiii. C. de suis & legit. hæred. de materia cuius statuti, latè per Philipp. Decium, in consil. lxxxvii. cv. cvi. & lxxi. partis primæ.

QVINTO, facit lex i. ff. de senato. quòd in rebus publicis dignior est masculus, quàm fœmina. Ex quo infertur secundum Bald. ibi, masculos potius debere in regno succedere, quàm fœminas: addendo ad extentionem legis Saliquæ, quòd sicut non succedit fœmina, ita nec filius eius ob radicem infectam. Ideo Angli nullum ius habere possunt in regno Francię: cùm in caussato non possit plus esse virtutis, quàm procedat ab influenti potentia caussæ: vt dictum est suprà.

SEXTO, facit à simili: nam licet regulariter per ingressum monasterii, bona transeant in monasterium: auten. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. nec amittant ingredientes iura suitatis, quo ad effectũ succedendi, l. Deo nobis. & ibi Bal. C. de episc. & cler. & per eundem Bald. in l. cùm in

adoptiuis. C.de adoptio. & in l.sub conditione.ff.de libe. & posthu.& Cano.in c.in præsentia.de proba. Fallit tamē in dignitatibus regalibus: vt dicit Bal. fuisse in beato Lud. & (vt dicunt hystoriographi) Theodoricus ex monasterio ad regnum reuocatus est. Refert etiam Bal.in l.si paterfami. §.in arrogationibus.ff.de adop.post Pe.de Anch. in consi.cccxxxv. quendam Remigium monachum & sacerdotem de sanguine regio Aragoniæ, ex dispensatione apostolica vxorem duxisse, cùm alii defecissent: ex qua, suscepit Petronillam nuptam Raymundo Comiti & Marchioni: ex quibus, ortæ sunt octo generationes illius domus Aragoniæ: quod etiam tetigit Ias.in l.fi.C.de transa. vbi multa allegat. Ideo, dicit Bal.in loco præall. quòd si filius vnicus Regis ingreditur monasteriū, nedū non meretur, imò peccat: & Papa potest, imò debet secū dispensare, ne regnū pereat. De quo per Io.And.in cōsi.ccxl.in c.semel Deo.de reg.iur.Pe.de Anch.in c.i.de constit.& Dec. in consi.cxii.col.ii.& Ias.in l.si arrogator.ff.de adoptio.

SEPTIMO facit, quia Rex Francorum Christianissimus & de ecclesia catholica meritissimus, est Imperator in suo regno: cùm neminem in temporalibus superiorem recognoscat, c.per venerabilem. qui filii sint legiti. vt satis amplè in sexto & seq. iuribus suprà dictū extitit. Vnde, potuit hanc legē Saliquā authoritate sua, non alterius superioris roborare: sicut & alias ll. siue ordinationes generales in regno suo facere, secundum Barba.in c.nemini. de offi.deleg.& Bal.in c.i.de constitutionibus.

OCTAVO facit, quia de duobus malis, minimū est eligendum, aut si nullum, tamen maius est euitandum, c. duo.xiii.distin.& c.quod Dauid.xxii.q.iiii. Vnde priuatū interesse seu iniuria quæ infertur vni fœminæ, nō est tanti æstimanda, vt non publico bono consulatur. Facit lex, in multis.ff.de sta.hominum.

NONO facit, quia regia potestas est à summo Deo instituta, vt rectum iudicium reddatur, & fiat quod bonū & æquum est, c.regnum.xxiiii.q.v. vt ecclesiam ab hostibus tueatur, & ei insidiātes ꝓpellat.c.Maximianus. xxiii. q.iii. vt hæreses vrgeat.c. quando. xxiii.q.iiii. vt blasphe-

mantes

mantes puniat, cap. non inuenitur. eadem co. & q. vt se & suos prudéter, honestè, & iustè, regat. c. duo. xii. quæstio. i. Quorum omnium excercitiũ mulieribus etiam prudentibus nõ conuenit. Vnde, propter hoc, Bar. & docto. in l. i. per illum text. ibi, virorum &c. ff. de legi. dicũt, quòd mulieres non sunt vocandæ in legibus vel statutis condendis.

DECIMO facit, quia iura exhorrescunt, vt fœminę viribus officiis fungantur, l. fœminæ. ff. de regu. iur. cap. si qua mulier. xxx. distinct. ca. infames. §. tria. iii. quæst. viii. cap. certis de caussis. xv. quæsti. iii. Si enim à tutela pupilli (quia est virile munus) repellitur, l. i. C. quando mul. tute. offic. fun. potest. multò magis à tutela reipublicæ: secundũ beatum Thomam. ii. secundæ. quæst. lxiiii.

VNDECIMO, non obstat si dicatur quod lege xii. tabularum improbatur dispositio, quæ inducit sexuum discretionem, & naturam quodammodo accusat, l. lege xii. tabu. C. de legiti. hære. & l. maximũ vitiũ. C. de libe. pręte. vel exhæreda. & §. cæterũ. instit. de legi. agna. succes. quia illud est verum in iis, quæ naturæ repugnãt: &, vbi est eadem ratio in fœmina, sicut in masculo: vt in bonorũ possessione vel successione. d. l. maximũ. Sed natura inductum est, vt fœmineus sexus masculino esset inferior & subdit⁹. c. hæc imago. xxxiii. q. v. & fragilior. l. quisquis. §. ad filias. C. ad leg. Iuli. maiesta. quæ sunt potissimæ rationes legis Saliquæ à regno fœminas repellentis. Vnde dicendum est, eam non esse naturæ contrariam, sed conformam.

DVODECIMO, non obstat quod scriptũ est Nume. 27. Accesserunt autem filiæ Salphaad, filii Hepher, filii Galaad &c. Steteríntque coram Moyse & Eleazaro sacerdote &c. ibi, Retulítque Moyses caussam earum ad iudicium Domini. Quia dixit ad eum, Iustam rem postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hæreditate succedant. Ad filios autem Israel loqueris hęc. Homo cùm mortuus fuerit absque filio, ad filiã eius transibit hæreditas: si filiam non habuerit habebit successores fratres suos: quòd & si fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris eius: sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi sunt: erítq;

hoc filiis Israel sanctũ lege perpetua, sicut præcepit dominus Moysi. Nam si per illum text. inducitur discretio inter sexus, extãtibus masculis: nimirum si per legem Saliquam & consuetudinem iudicatur similis sexuũ differentia, existentibus agnatis. Potest enim lex positiua addere ad ius diuinum, ampliando: vel detrahere, limitando in aliquo casu, vt notatur in cap. quæ in ecclesiarum. de consi. & in l. fi. C. si contra ius vel vti. publicam.

DECIMOTERTIO, Non obstat si dicatur, quòd quandocunque regnorum gubernacula fœminæ susceperint, iudicauerint, & bella gesserint: sicut scribitur iii. Regum, c.x. Regina Sabba ex finibus Austri venit, audita fama Salomonis tentare eum in enigmatibus, & audiuit sapientiam eius, & dedit ei centum & viginti talẽta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas. Et scribitur Iudith xiiii. quòd Iudith abscidit caput Holofernis in opprobrium eius, & suspẽdit supra muros ciuitatis: & Semiramis viuo marito ad mortem adacto pro filio virilem sexum mentita, regno præfuit, diúque regnauit. Nõne & Erithrea & Pantasilea, & aliæ Amasones regnabant, & cũ Hercule etiam ipso acriter dimicabant? Et vxor Mitridatis bello assueta, virum armata sequebatur? & virago illa Carthaginẽsis, & Ioanna puella quæ diuinitus armata est aduersus Frãcorum hostes, vt suprà dictum est, Guaguino in cronicis Francorum relato? & mulieres in veteri testamento populum iudicasse in libris iudicum legitur: vbi Delbora posuit tentoriũ suum in monte Ephraim sub arbore palmæ, & ibi iudicabat filios Israel: & aliæ plures? Nam hæc in sacris scripturis potius narrantur, quàm disponantur: iuxta notata in c. si Papa. de priuilegiis. Et licet tales probæ mulieres aut strenuæ tunc visę fuerint, tamẽ raræ sunt. gloss. in l. nam ad ea. ff. de legi. Et sicut Gallorum regnum olim plerisque prudentissimis ornatum fuit, ita olim fœminarum procacitate fœdatum est. Quis enim illius Reginæ, quæ filiorum animos in patris necem instruxit, perniciẽ non detestetur? quis Brunechildis crudeles ausus, quis Fredegundæ pellicis insidias & illius procacitatem seu libidinem incredibilem, quę concubinos apud Lutetiam ex

altißimo loco præcipites faciebat,& huiusmodi inconsultos fœminarum conatus non exhorrescit?regnauit Semiramis,regnarunt & Amasones,& Ioanna Siciliæ & plerçque:quarum insania fœdísque exemplis,hystoricorum libri magis inquinati sunt quàm ornati. Mulierem enim fortem quis inueniet? Quibus denique argumentis satis constat,legem Saliquam in eo capite quo fœminæ regno excluduntur,non esse iniquam:imò æquam,sanctam, & rationabilem. Vnde, Vincē. Sygault in suo trac.de fact. prin ci.c.in regali.sic dicit,lege Saliqua notabiliter edita,à Pharamundo primo rege Frãciæ de vero stipite Troianorum vsque nunc inuiolabiliter & inconcussè obseruata,& iuramento validata,fœmellæ protinus excluduntur:quare, arma Franciç apud principalem domus masculum ab ea descendentem remanere penitus,cum in ipso tanquam in capite stet splendor genituræ:secundum Bal.in l. sancimus. C.pro soci. sed ista lex Saliqua dicitur esse iusta &c.postea subiicit, in tantũ quòd pro ista parte & decisione qucstionis, ipse Deus fuit præsidens: & pro victoria Francorum, gladium portans de comite Salbri duce belli Anglicorum diuinitus à petra vnius(canõ)insciẽtè magistro miraculosè illum morti subitò tradidit.Insuper de alio Anglico,tẽpore Philippi ii.regis Franciæ,qui in odiũ lucri & recuperationis castelli(de Chinon)per Francos cõtra imaginem beati Georgii,eò quòd nationis Anglicorũ asserebatur esse,eos indefensos relinquẽtis: magnum ictũ gladii seu ensis dedit:ex quo,sanguis effluxit & emanauit;vnde, oẽs mirati fuerunt. Quid de virgine vocata, *La pucelle*, diuinitus transmissa?diuina fuerunt eius excercitia, & voluit ipse Deus vincere Anglicos per fœmellam, cùm de fœmella ageretur,& cognitionem rei incognitæ eidem virgini seu pucellæ attribuit de spata, apud sanctam Catherinam de Fertboix existente,eã designando quolibet latere, *De cinq fleurs de lis*,quod ita repertum extitit. De qua tunc viuens nunquam loqui intellexerat,secundum eum ibi.

Gallis absurdũ uisũ fuit fœminã ĩ regno succedere ꝓpter multa incõueniẽtia q̃ ide seq̃ poſſet.

VLTIMO,absurdum antiquis Gallis visum fuit,fœminã in regno succedere,propter incõuenientia magna q̃ inde sequũtur,aut sequi possent,vltra præalle. Posset enim

mulier matrimonii auida personæ vili aut saltē impari nubere, vt sæpius contingit. In qua vilesceret dignitas, ac cōtemneretur maiestas minus, quàm seruaretur fidelitas. Vnde, fortè murmurationes, odia, & proditiones procederēt, in totalem regni ruinam: vel forsan cùm sæpe contra propria commoda laborent, alicui inimico regni nuberet, qui odium per prius conceptum vindicādo, in proceres regni prælatos aut nobiles & officiarios seuiret, aut regnum ipsum francum & libertum Imperatori vel alteri subiiceret, spe futuri coniugii, qui priuilegia, & regni documenta, & autenticas scripturas surriperet: in totalem libertatū & iurium regalium (de quibus per discursum huius opusculi) eneruationem & perditionem. Futurorum enim & eorū quæ contingere possunt, consideratio ad sapientē spectat, l. gallus. cum ibi notatis. ff. de libe. & posthu latè per Bart. & alios in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. oblig. Quæ quidem rationes in hoc xvii. iure regio deductæ & allegatæ validè fuerunt pro Philippo Valesiano filio Caroli de Valesio fratris Philippi Pulchri, post mortem suorum trium liberorum contra Edoardum tertium Anglorū regem, ex persona Isabellæ regnum petētem: qui à proceribus regni repulsus fuit: per legem Saliquam: de qua, hæc pro nunc dicta sufficiant.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Psal. xliiii.

Decimumoctauum Ius.

Regina Frāciæ est excellētissima reginarum totius orbis.



ECIMVMOCTAVVM Ius altum Christianissimi Frācorum regis est, quòd sicut ipse alios huius seculi principes fideles & infideles præcedit, sic & eius charissima cōiunx Regina Frāciæ tāquā excellentior inter reginas totius orbis, & tanquam dilecta illi qui pascitur inter lilia, omnes & quascunque mulieres quantacunque fulgeāt dignitate

antecellit: quoniam mulieres radiis maritorum coruſcant, l.fœminæ.ff.de ſenato.§.hæc itaque.in autent.de conſuli. col. iiii. & maritorum dignitate honorantur, l. mulieres. C.de incol.lib.x.cum ſimilibus: quia ſunt vna & eadē caro.cap.nec illud.xxiiii.quæſt.v.& c. Martinus.de cogna. ſpiri.cap.debitum.de biga.cum ſimilibus.

HINC eſt,quòd priuilegia quæ habet Rex,habet & ipſa regina,l.princeps.ff.de legibus. & in l.iii. de præpo. ſac.cubi.lib.xii.Facit lex bene à Zenone.de quadrien.pręſcri.& lex fiſcus.cum l.ſequen.ff.de iur.fiſ.Quod eſt verū de priuilegiis quæ mulieri conueniunt,& quæ nullum vel modicum parant præiudicium:ſecundum Lucam de pen. in d.l.iii.de prępo.ſac.cubi.vbi dicit,quòd non poteſt cōdere leges,& ſimilia mulieri nō conuenientia. Eſt tamen aduertendum, quòd licet mulier habeat dignitatem à viro,eſt tamen ſine adminiſtratione regulariter: ſecus tamē in muliere excellenti,vt eſt Regina Franciæ.ca.dilecti.de arbi.& in l.fi.C. de arbi. Et ſecus in Abbatiſſa quæ habet adminiſtrationem cum dignitate in ſuas moniales:ſecundum Barto.in repet.l.i.de dignitatibus.in ii.oppo.& Cy. in d.l.fin. pariter, cum vxor habeat dignitatem in conſequentiam,ſcilicet iure mariti: relicta vel commiſſa reginæ ſub nomine dignitatis, non tranſibūt in ſucceſſorem, ipſa mortua:quod ſecus eſſet in rege.per text.in l. quod principi.cum l.ſequen.ff.de lega.ii.vbi Bar.& alii.Gaudet ergo regina cæteris priuilegiis ſexui conuenientibus.

Priuilegia quæ habet Rex, habet & ipſa regina.

HINC eſt,quòd Regina Frāciæ non recognoſcit Imperatorem in ſuperiorē, ſicut nec Rex: vt dictū eſt ſuprà. in vi.iure.nec legibus Romanorū ſubeſt.Vnde, Papa in c. cùm deuotiſsimā.xii.q.ii. Reginæ Frācorum inducit legē Longobardam non Romanam: ſecundum gloſſ.nota.in verbo,exterorum.in ca.de accuſatio.iii quæſt.v.

HINC eſt etiam,quòd Regina Franciæ intrando de nouo in aliquam ciuitatē pro ſuo iocundo aduentu,de antiqua regni conſuetudine, concedit abolitionē & gratiam criminoſis ibi exiſtentibus:ſicut Rex faceret,l.abolitio.cū ſequen.ff.ad turpil.ſecundum gloſſatorē conſuetud. Burgund.in gloſſa ſuper verbo,*Du prince*.ca.v.ti. *Des iuſtices*

& droictz d'icelles. Et Nico. Boe. in §. xiiii. in gloss. fina. in additio. titu. de iurisdi. omnium iudi. in consuetud. Bituri. vbi etiam dicitur, quòd eodem iure vtuntur illi qui sunt de prosapia regali ex priuilegio seu tolerantia regis Christianissimi, non obstante statuto vel consuetudine vetante elargitionem incarceratorum: secundum Bartol. in consil. clxvii. incip. quòd minister fratrum &c. Et non obstante, quòd sint incarcerati per iudices ecclesiasticos vel pro crimine ecclesiastico, vt habetur in c. i. de here. lib. vi. in casus positione, quando fit mentio de hæreticis liberandis. Sed in contrarium est doctrina Ludo. Roma. in l. si quis in graui. §. ii. quoque. ff. ad Sylle. vbi dicit, quòd in generali abolitione vel liberatione delinquentium, non compræhenduntur rei criminis læsæ maiestatis, aut alterius grauis criminis, sicut sunt falsarii: secundum Barto. in l. Lucius. ff. ad Turpil. De quo latè per Hypp. in l. vnius. §. cognitarum. col. xiiii. ff. de quæstio. & in repet. l. i. C. de rap. virgi. aliàs secus. Et nimirum, quia tales abolitiones sunt modici præiudicii, propter clausulam apponi consuetam & subintellectam: scilicet facta satisfactione parti læsæ. Iaso. post gloss. in l. venia. C. de in ius vocando. vbi Lancelotus & Decius plura ad hoc cumulant.

Ministri reginæ gaudét eisdem prærogatiuis, quibus ministri regis.

HINC est etiam, quòd deseruientes Reginæ gaudét eisdem prærogatiuis, quib' ministri regis. per l. iii. de præpo. sac. cubi. & obstetrices eius gaudent ducali dignitate: de ripa in suo tracta. de peste. fo. lxxx. vbi plura alleg.

HINC est etiam, quòd sicut Rex in contractu vel quasi læsus, potest petere restitutionem in integrum, l. i. C. de sentent. aduer. fisc. lat. saltem de consuetudine regni Franciæ: secundum Guido. Pap. quæst. ccciii. sic & Regina si sit læsa in aliquo actu. Et ita dictum fuit de domina Sancia Regina relicta incliti regis Roberti, quę fuit lęsa in alienatione castri Montisalbani: secundum Lucam de pen. in dicta l. iii. de præpo. sac. cubicu.

HINC est etiam, quòd licet nulli liceat vestes olobe ras siue deauratas deferre nisi principi, per l. i. cum seq. C. de vest. olobe. lib. x. Idé tamé est in ipsa Regina, iuxta illud Psal. xliiii. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato.

imo hoc generaliter mulieribus cõpetit, ꝓpter honorẽ sexus, secundũ gl. & doc. in l. ii. ti. præal. & Tiraquellũ in iii. l. cõnubia. & doc. in l. i. ne li. in fre. equest. Vnde, Vale. lib. v. ti. ii. scribit sancitũ fuisse à Romanis, vt fœminæ purpurea veste & aureis segmẽtis vti possent: & rationẽ ponit li. ii. ti. de instit. anti. Ideo dicit Bal. in l. ꝙ ratione. ff. de legi. ꝙ statuta q̃ quotidie fiũt cõtra dñas, ne margaritas deferãt & similia, sunt sine ratione, quod sequit̃ Cepol. de ser. ru. prę. ti. de seruitute aquæ hauf. col. pe. & Martia. in c. veniens. col. xiii. de accus. De quo latè per do. Guli. Bene. in ii. parte suæ repet. c. Rainu. in ver. cuidam Petro tradiderũt.

HINC est etiam, ꝙ sicut Rex aut eius fiscus est immunis à solutione vectigaliũ, l. licitatio. §. fiscus. ff. de publica. sic & Regina, secũd. Luc. de pen. in d. l. iii. quod nõ seruat̃ in Hispania: quia, vt audiui, in ciuiate insigni Barchilonẽ. hoc an. 1532. ciuitates Aragonię coegerunt reginam Hispaniæ Imperatricem transeuntem, ad soluenda iura consueta: & malè, per prædicta iura. *Regina est immunis à solutione uectigaliũ, sicut Rex.*

HINC est etiã, ꝙ sicut Rex adepta corona vocatur ab omnibus Rex, sic & Regina, quãuis sit filia Ducis aut Comitis, Regina ab omnibꝰ nominatur, c. dilecti. de arbit. & in suprascriptione, c. cùm deuotissimã. xii. q. ii. & in c. mãnam. ii. q. v. In quib. locis fit mẽtio de Regina Frãcorum, maximè de Brunechilde, cui per Papã cõmissa fuit caussa quædã spiritualis, secũdũ Aufre. in repe. cle. i. de offi. ordi. in addi. & in i. fallen. i. regulæ: & Ias. de May. in rubri. ff. de offi. eius cui est mã. iurisf. circa fi. Si tamẽ sit filia Regis & vxor Regis (vt erat domina Claudia de Frãcia filia Regis Ludo. xii. & vxor Francisci 1. illustrissimi principis & Regis moderni) est maioris pręeminẽtię: quia retinet illã dignitatẽ quã habet à patre, secundũ Iac. Rebuf. in l. i. C. de dignit. li. xii. quæ fortior est, cùm sit ab origine illa quę procedit à marito, secundũ Bal. in l. fœminæ. ff. de senato. Et ideo si filia Regis nubat alicui Duci vel Comiti, dicet̃ regalis: si tamẽ dignitas mariti esset maior q̃ patris, vti poterit mulier ea, vt si filia ducis nubat Regi, dicet̃ Regina: vt Regina Frãciæ quę nunc est filia Archiducis Austriæ: quã tota Gallia, Italia & Hispania colit, & ob eius copiam

virtutũ, veneratur. Et nimirũ si Regina vocatur: quia etiã sicut Rex coronatur, & corona ad hoc destinata est in monasterio diui Dionysii reposita. De qua Guag. li. vii. ca. v. sic dicit, Fecerat idẽ Philipp⁹ Pulcher aureas coronas três gemmis multi pretii ornatas: eas Ludouicus Hutinus in cœnobium diui Dionysii transtulit: vt ad coronandos deinceps Reges Reginasque reponerẽtur. Quas Matthæus Abbas &c. In cuius coronatione, Pares Franciæ secundũ eorum distincta officia deseruiunt: secundũ Guliel. Benedic. in sua repe. ca. Rainu. in verbo, & vxorem. in. ii. deci. nume. 478. de testa. Ad propositũ ergo posset quæri, an mater Regis quæ non fuit vxor regis, dicatur Regina: ad quod respondit Bal. in l. i. ff. de senato. quòd nõ. De quo, per Corse. in trac. de po. & excel. re. q. xxiiii. & Bartol. de Chassa. in v. parte catha. con side. xxxix. vbi dicit, quòd illustris domina Claudia de Francia filia Lud. xii. & vxor Christianissimi regis Francisci nũc regnãtis præcedebat, & meritò dominam Loysiam de Sabaudia matrem præcedentis regis Francisci primi: sed post Reginam est cunctis aliis ipsa mater Regis præferenda: cùm scribatur iii. Regum, ii. ca. Positus est thronus matris iuxta thronũ regis. De quo, in eodem catha. & parte, conside. xl. Vtrum soli verbo, Reginæ credendum sit, latè per Corsetum, q. lxxxviii. & an possit cognoscere de caussis seu ferre sentẽtias, per Panor. in. c. dilecti. de arbi. Bald. & docto. in l. fin. C. eodem titu. & Corse. latè, quæstio. xcvii. Et quid de vxore regis mortui vidua, an sit dicenda Regina, latè per eundem Corse. q. xxix. Et an Rex teneatur vocare vxorẽ suã Reginã, per eũ ibi. q. xxx. & Guliel. Benedic. in sua repe. c. Rainuti. in verbo, in eo. testa. relinquẽs i. de testamẽ.

Radegundis isignis virgo e Germania in Galliã adducta regina Frãciæ fuit.

INTER Reginas Franciæ, fuit Radegundis insignis virgo natione barbara, ex Thuringia Germaniæ prouincia: quam patriam cùm Lotharius Frãcorum Rex expugnasset, hæc paruula captiua in regalem prædam deuenit, cuius elegantiam cùm Rex conspiceret, eandem enutriendam in veromandensem transmisit ciuitatem: & tandem eam nubilem effectam, in coniugem sibi assumpsit: sed cognito sponsæ virginitatis proposito, eius precibus

permotus, eam intactam reseruauit virginem. Radegundis virgo suas regales facultates in eleæmosinis pauperum cupidissimè penè omnes dedicauit: ex omnibus quæ sibi obueniebant, antè decimas dabat, quàm reciperet: quodque supererat, monasteriis dispensabat, egenosq; congregabat, quorum capita propter Christum diluebat, atq; eorum morbos & putredinem velut humilis ancilla curabat noctéq; intempesta à lectulo cōsurgens, orationi vacabat, lachrimas effundēdo. Postremo, rege Frāciæ viro suo cōsentiēte, in Nouione monasterio à sancto Medardo Episcopo sacro religionis habitu suscepto, cōfestim sacro velamine cōsecrata est: monasterioq; celeberrimo apud Pictauium à rege extructo, in eodem à prædicto sancto Episcopo Abbatissa præfecta fuit. In quo, & abstinētia, & charitate, & aliis virtutibus illustrata, etiam miraculis in morte & pòst, effulsit clarissima. Quas ob res, eius mors demum extitit gloriosa: cuius anniuersaria festiuitas Idibus Augusti à cunctis venerabiliter celebratur: secundū Phili. Bergomen. in libro de claris mulieribus. c. cl. & quòd sanctitate claruerit, legitur in fasciculo temporum, fo. lv.

ITEM, inter easdem Reginas Franciæ, fuit illa protochristianissima Clotildis, per quā fides catholica in regnum Frācorū intrauit, fauente semper altissimo: de qua, Guagui. libro. i. c. viii. sic dicit, Conuentu apud Suessionē habito. Clodoueus Rex Clotildē Burgūdionum Ducis filiam, cuius speciem, prudētiamq; cùm per Legatos occultè explorasset, regio apparatu in vxorem suscepit, amauitq;: tametsi Christi documenta mulier sequeretur. Quamobrem, illa sedulò admonebat virum, Deos non colere, sed eum cui se ipsa addidisset dominum Iesum Christum. Sed veteri obseruātiæ assuetus, se maiorū traditiones relicturum negat: pertinaci autem in errore Clodoueo, bellū in Alemanos instauratur, cōstituti in cōspectu vtrinq; exercitus, manus conserunt: pugnatum cùm diu esset, Francis cedētibus timet sibi Clodoueus, cœlúmque suspectās, Deus (inquit) quem Clotildis religiosè veneratur audi: si vicero, fide te perpetua colam: vix preces finierat Rex: Ecce alacres Francos prœlium reintegrare conspicantur, qui-

Clotildis inter Frāciæ reginas protochristianißima.

bus animum ipse quoq; adiiciens, Rege Alemano peremipto, victoria potitus est: & Alemanis lex posita. Victorem etiam credulum Christo regem Vedastus qui Tulli aderat, & qui postea Attrebati pōtificatum administrauit, sequutus est: cui Rex credulitatis & fidei suę rationem enarrauit: Clotildis credenti Clodoueo gratulata, Remigium Pontificem nihil morata conuenit, atque ad Clodoueum introducit: quem ad se admissum, Rex diligēter audit de fide & Christi religione differentem. Dies abluendo Regi indicitur: parato ingenti ornatu lauacro, cùm sacrosanctum oleum (quo liniri ritu Christiano qui abluuntur solent) siue ministrorum incuria, siue hoc agente Deo, allatum nō esset: Ecce de superis delapsa columba, phialam quam ampullam vocant, odoratissimi liquoris oppletam ad manus Remigii detulit. Creditum est spiritus Dei ministerio hoc perpetratum esse. Eo liquore hic Clodoueus primùm, posteri deinceps Francorum reges hactenus regnum administraturi, sacrantur. Ministerio ablutionis expleto, Clodoueus ad circumstantem nobilitatem populū́que breui oratione habita, suadet aspernari falsam Deorū religionem, & eius fidem profiteri, qui Christus appellabatur, & Dei filius esset: quo authore hostem Alemanū (inquit) superauimus. Regis oratione perculsis Frācorum animis, Christū professi abluti sunt. Clodoueus, vt professam fidē insigni aliquo opere illustraret: templum in colle Lecuticio, qui nunc Genouefæ appellatur &c. Hic profectò Clodoueus videtur quasi secundus Constantinus, qui sedem Petri & Pauli dicauit: & Clotildis altera Helena rememorari, c. constantinus, xcvi. distin.

Clodoue⁹ Francorū Rex à Remigio liquore cæli t⁹ demisso primū sacrat⁹ fuit, & de ampullæ missione.

ITEM, Gasimunda Regina Franciæ vxor Hilpitii Aldchilderici Regis, qui eam nocte iugulauit, sancta mulier miraculis claret, vt in fasciculo tempo. vi. ætate. fo. lvi.

ITEM eodem libro. foli. lxxxv. de alia Regina Franciæ sancta sic habetur: Ioanna Regina Franciæ virtutis studiosissima & humillima: &, vt piè creditur, sancta obiit anno Domini. 1349.

Reginæ Frāciæ cō numerātur aliquot sanctæ.

PLVRES aliæ fuerunt Reginæ insignes, vt per domi. Philipp. Bergomen. in suo libro, de claris mulieribus:

& per alios hystoriç scriptores videri potest: sed quia breuitati inquantū possum studeo, hæc nunc dicta sufficiant.

In omnibus enim magnificasti populū tuū Domine, & honorasti, & nō despexisti &c. Sapien.vii

Decimumnonum Ius.



ECIMVMNONVM Ius altum Frācorum regis est, quòd sicut ipse alios huius seculi Principes propter eius claritatem, iura, & prçrogatiuas: et pariter Regina totius orbis mulieres antecellit, vt in præcedentibus iuribus dictum extitit: sic & regnum ipsum Franciæ diuitiarum potentia, & rerū quibus homines indigere possunt vbertate & copia prç aliis eminet. Quod omnibus notū in hac particula reddet.

Regnum Fr. diuitiarū potētia, & rerū, q b' homines idigere possunt, Vbertate præ aliis eminet

PRAESVPPONENDO primò, ꝙ ex descriptione Imperii Tartarorū, Solini de mirabilibus mūdi, & registri Romanæ Curiæ (prout refert Corsetus in tracta. de potesta. & excellen. reg. quç. xiiii.) In toto orbe, 52. regna colliguntur. Sunt enim in Asia, regna Catal, Tharse, Turuestar, Corrisiniæ, Cōfaniæ, Indiæ, Persarū, Mœdorū, Portiæ, Georgię, Siryç, Capadociç, & Bithinniç. In Africa, sunt regna Aethiopiæ, Libiæ, Aegipti, Arabiæ, Iudęç, & Ciliciç. In Europa verò, sunt regna Francorū, Romanorū, Hyspanorū, Anglorū, Siculorū, & alia posita in primo iure: vltra quæ, reperiuntur in Europa etiam regna Thessaliç, Macedoniç, Thraciæ, Scithiæ, Mauritaniæ, & Numidię: quorū reges cōsequūtur eorū regna ex generis succesione, præter Romanū secūdū Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Narrat preterea Augusti. de ciuita. Dei, lib. xvi. c. xvii. tria olim fuisse insignia regna: videlicet, Sycioniorū, Aegyptiorū, & Asiriorū. Sed vt habetur Dañ. ii. antiquitus fuerūt quatuor regna ꝑ quatuor metalla figurata: scilicet orientale, Asiriorum, per aurū: meridionale,

& quot in toto orbe sint regna

Perfarum & Mœdorum,per argẽtum: Septentrionale per æs,quia fuit æneum: & Occidentale Romanorũ,per ferrum fignificatum. Et cùm diu fuiffent regna Orientis illuftria, voluit Deus Occidẽtale quòd tẽpore effet pofterius: fed imperii latitudine & magnitudine illuftrius: ꝙ ficut ferrum comminuit alia metalla, fic etiam illud vltimũ cõminuit alia regna. vt dicitur ibidẽ. Vnde, ait Methodius, ꝙ regnũ Romanorũ magnificabitur fuper omnia regna Gẽtium: & nequaquam delebitur ab vllo eorum in æternum. Habẽt enim arma inexpugnabilia:per quæ deiiciẽtur omnes aduerfarii eius. quod verum dici poffet de imperio Romanæ ecclefiæ,nõ Capitolii: vt dicit Lucas de Pen. in l. conductores. col. iiii. C. de conduc. & procura. lib. xi. Nam fecundum glo. Danie. ii. relatam per glof. in proœ. pragm. fanctio. & Bal. in l. fi. C. de loca. & conduc. ficut à principio nihil fortius fuit Romanorũ imperio: ita in fine nihil erit debilius. Multas enim pennas amifit Aquila, fed in fine, forfan denudabitur. vt fentit glo. in rubri. C. de ftudio libera. vrb. Rom. lib. xi. & vt magnificentia aut excellentia regni Frãcorum melius ac magis patefiat, aliqua de aliis regnis mundi tangenda funt: quia fecũdum Philofo. in ii. de cœlo & mundo. & in i. Elencho. pofitis iuxta fe cõtrariis, maiora à minoribus difcernuntur.

Regnum Aegiptiorũ mirabilis ingenij viros producit.

REGNVM enim Aegiptiorum fummos viros ac mirabilis ingenii producit: & primi fuiffe traduntur, qui viuendi formã morúmq; difciplinã præftiterunt: & aratri vfum inuenerunt. Tum etiam qui cœlum radio fuerunt dimenfi, & Solis ipfius curfum obliquũ excogitauerũt: neq; vlla eft terra fertilior, propter Nili flumen in ea decurrẽs: vel, quæ illam ędificiis vincat: fecundum Dyonifiũ, de fitu orbis. folio ix. Sed hæc (exclufa vera Dei religione) nihil funt: Sapien. xiii. vbi vani funt omnes homines, in quibus non fubeft fcientia Dei &c.

Scithiæ regnũ multa admirãda producit.

SCITHIAE regnũ multa producit pretiofa & admirandã. Gentes eius regni innumerofæ, quarum aliquæ funt prorfus Barbaræ per deferta vagantes: quales funt Phurii & Seres: alii funt homines, quales funt Cafpii & Albani feroces & bellicofi: alii quos Maffagetas & Saccas vo-

cant, continuo sagittãdi vsu exercentur: fidem aut amicitiam cum vicinis populis diu seruare non possunt: fruméti ac vini vsum omnino ignorant, bibunt enim lac admixtũ cum equorum sanguine. Sunt enim alii qui carnibus humanis quandoq; vescuntur. Item alii dicti Poliphemi, qui vno oculo tantùm in fronte insigniuntur, quibus assiduũ bellum cum Griphis est: secũdum Plinium ii. lib. Illic Bacchum tanquam Deum colunt, & choreas circa torcularia musto spumantia agitantes induti Dãmarum pellibus oe hoe Bacche quasi mente capti clamant: teste Dyonisio, de situ orbis: illic etiã Boreas inflatus tãtam conuehit glacié, vt armentis & hominibus sit mortalis: secũdum eundem.

IN Bithiniæ regno læta est regio rerũ vbertate referta, supra quam & in Asia habitare dicuntur Chabiles hominum genus durissimum, qui in elaborando ferro, parãdisque armis à malleis vel incudibus nunquam vacant: totáque illa regio fumo contecta ardere igne videtur, & ferramentorum structuris ictibúsque inhorrere.

SIRYAE Reges primi fuisse dicuntur, qui mare nauibus pertentarunt nauigandum: vnde, primi inceperunt mercãdi vsum, quo ad cupiditaté & auaritiã mortales excitarẽtur. Et ii primi stellarũ cursum eorũ ingenii magnitudine compreheńderunt: teste eod. Dyonisio, vbi suprà.

ARABIAE regnum tantis hucusq; floruisse muneribus dicitur, vt eius montes aurum pariant: & flumina cõuehant argentum, eorúmque ripæ tymiamate, mirrha & fragrãtibus herbis redoleãt. Sunt tamé in aliqua sui parte siluestres homines, vt Erenibi, qui mõtana colentes loca, nudi intra saxa inhabitant. Et si quippiam aduersi superuenerit: arma non capiunt, sed per colles discurrétes vagi & deuii quasi insani fugiunt: teste eodem Dyonisio.

CAPPADOCIAE regnũ, quod in Asia situm est ob id laudatur, ꝙ eius incolæ ob equorum copiam & assiduam exercitationem, præstantissimi in ea re dicuntur.

BABYLONIAE regnum insigne est admodum & ferax, palmas parit suauissimas præ cæteris, ferentes, fructus daptilos: parit & berillum, qui glaucei coloris est, ac longè pretiosior auro.

REGNVM Parthorum in pede montium Persiæ situm est: ibi est genus hominum bellicosissimum, & sagittandi vsu solertissimum: soli sunt, qui cæteris dignitate & potẽtia præstare se pertinaciter asserant, postquam Mœoniam & Sardiniam excellentes Asiæ vrbes vi belli deuastarunt: deinceps, tantam vim auri & argenti ex ea victoria reportarunt, vt vsi fuerint armis aureis in bello, eorũq; spumantes equos frenis & phaleris, argenteísque ferris seu calceis exornãt. Sũt enim huiusmodi homines ignari ad colẽdam tellurem, nauigiũ, vel mercaturam. Sed quãprimum possunt per ætatem, equitationibus cõtinuis, aut pedum cursibus, & armorum vsu exercitati, mirabiles in ea arte censentur. neque vlli fas est cęnam adire, nisi prius certandi labore, totum corpus in sudorem defluxerit: teste eodem Dyonisio de situ orbis.

INDIAE regnum licet omnium extremum, iucũdissimum tamen tradunt scribentes. Sunt enim horti & prædia per totum annum virentia, quę studio vacantibus valde conferunt: secundum Senecam & Ioan. Baptis. de caccialup. Inter arenas fluminum reperiũtur lapides pretiosi: ibi arbores tantæ altitudinis esse cernuntur, vt superari nequeant: arundines etiam tantæ proceritatis, vt singuli nodi alueo nauigabili tres interdum homines ferãt. quod ex cœli temperie, aquarum abundantia, & cœli vbertate procedere tradunt Cosmographi. Ibi præest presbiter Ioannes tanquam Patriarcha, eíque cẽtum & vigintiseptem Archiepiscopatus subsunt: quorum quilibet, viginti habet episcopos. Hi Romano more fonte baptismatis in nomine patris & filii & spiritussancti baptisant, eodémque ritu sacramentũ altaris conficiunt, hoc solùm excepto, quòd pater noster ante corporis eleuationem decãtant. Eorum quippe Imperatorem ferunt Christianissimũ, cui septuaginta quatuor reges ac multi alii principes obtemperant: duodecim regulis exceptis, qui Mahumeticas obseruãt leges: in reliquis, Imperatori parent: secundũ Philip. Bergo. in supple. cronico. lib. viii. Hic presbiter Ioannes, quando equitat, crucẽ lineam præ se fert, nisi quando vadit ad bellum: quia tunc, duas portare facit: vnam ex auro, alteram

ex lapidibus pretiosis. In illa terra est corpus beati Thomę apostoli in maxima veneratione. In hoc solũ à fide nostra discrepant, quòd non approbãt Papam Romanum in summũ Pontificem totius ecclesiæ: quamuis aliàs fuerint sub Romano Pontifice, vt declarat Ioan. Echius in suo tractat. de primatu Petri. li. iii. Hæc tamen regio monstris & horribilibus hominum figuris abundat: in multis eius mõtibus, habitare dicuntur homines capitibus caninis. Ferarum pellibus velari, pro voce latratum emittere, vnguibus pro armis vti, venatu & aucupio vesci, horum supra centũ viginti milia fuisse, Plin. ii. natural. histo. lib. scribit

ITEM, est hominum genus qui Monocelli vocarentur, vnicam habẽtium tibiam: qui in maiori æstatis calore humi iacẽtes, resupini vmbra pedis se protegunt. Sunt & alii sine capite, oculos in humeris habẽtes: & alii sine ore, circa fontem Gangis anhelitu tantùm viuentes, & odore quem naribus trahunt, sine cibo & potu. Ideo aliquando quæritur, an odor sit cibus, & per odorem ieiunium rumpatur? De quo, per Aposthl. Panor. in ca. ex parte. de celec. missa. Sunt etiam in parte montium Spitamiæ Pigmei, de quibus Plinius eod. lib. Fama est (inquit) Pigmeos insidẽtes arietum caprarúmq; dorsis, armatos sagittis, veris tempore, vniuerso agmine ad mare descendere: pullósq; gruũ consumere, tribus eorum expeditionem mensibus cõfici, aliter futuris gregibus non resisti. casas eorũ luto pennisq; & ouorum putaminibus construi, vel in cauernis habitare tradit Aristotel. viros quoque Indorum quosdam cum feris coire dicũt: vnde, mixti & semiferi sunt partus. Alibi iuxta montes modicissimum animal cernitur hunanam faciem habens, quadrupes tamen & tam bene currẽs, vt nisi in senectute capi non possit. Sunt & alii homines, quos inter Coromandarum gentem Plinius connumerat, auribus tam magnis onerati, vt illis totum corpus tegant: ex piscibus Sole torrefactis panem conficiunt. Et alibi, circa illas tamen partes homines cauda longa & vilosa à tergo nascuntur: sicut persequutores diui Thomæ Cantuariensis Angliæ antistitis: vt res ipsa demonstrat.

HISPANIA, quæ aliàs Hiberia, & quandoq; Hes-

peria nominatur, prima loca Europæ tenet, à supremo ipsius latere incipiendo: vbi Herculis columnæ cõfixæ sunt ad Athalantos montis verticem, atque ad Gadium extrema: inter quas, vna adhuc cernitur ænea, tãtæ altitudinis, vt transcendere nubes videatur, & cœlum attingere, secũdum Dyo. de situ orbis. Cuius ptes, sunt Bethica, siue Tudertonia, id est regnum Granatæ, quod Ferdinandus & Isabella Hispaniarũ Reges Christianitati adiecerunt: cuius longitudinem & latitudinem ponit Plinius, lib. iii. c. ii.

LVSITANIA, id est regnum Portugalliæ, de qua Plinius, libro nono.

TARACONIA seu Taraconẽsis, quæ & Cathalonia nominatur, hinc taraconensia vina. Vnde Martialis, Taraco campano tantùm cessura lyeo.

GALLICIA seu regnum Compostellanũ, satis vulgatum propter vniuersalem peregrinationẽ ad sanctũ Iacobum Compostellanum.

ARAGONIA, Andelosia regnũ Castellæ, Legionis, & Cordubæ, quas partes & regna Hispaniç, tenet nũc Carolus Austriacus Imperator cũ Ioanna matre sua, præter Portugalliam. Laudatur enim ex pluribus per Philip. Bergomen. in supplem. cronic. lib. ii. quia magna est regio multas continens prouincias, fertilis valde: & quia plurima habet regna & coronas, & plures producit viros doctos sanctos & Romanos Pontifices: & quia habet mare vndique, & plures fluuios nauigabiles. Originem verò & eius antiquitatem & regum genealogiã, ponit Ioan. Amicius, lib. suo xii. ad Berosum, de tempo. priscis, c. i. ii. & iii. cũ seq. vsq; ad fi. libri: vbi describit xxiiii. reges Hispaniæ.

GERMANIA magna extẽsa vsque ad Sarmatiam, in Rhenum fluuium ab Occidente, & mare à Septentrione, & Danubium à parte Meridionali. Diuiditur in superiorem & inferiorem. In superiore, sunt Saxonia, Bauaria, Austria, Suæuia, Bohœmia, Alemania: ac secus Lembi fluenta, est Curuania & aliæ nationes multæ. In inferiore verò, sunt Albia, Daunia, Rusia, Marcomaudia, & aliç nationes vsque ad quinquagintaquatuor gentes, qui vniuersam Germaniam inhabitant, secundum Philip. Bergomẽ. lib. xii.

lib.xii.sui supplem.cronica. Aliæ autem partes Germaniæ nominantur in Margarita philosophica. libro vii. tracta. primo.capit. xlvii. sed Franconia aliàs Francia orientalis, Phrisia, Vvestualia, Thuringia, Hassia, Marchia, Brandeburgeñ. Misia, Bohœmia, Hungaria, Dacia vulgò Deumimarch, Marabia, Cimbrica &c.

ITALIA inter septentrionalem meridionalémque plagam collocata est, & mixtione efficitur temperatissima: quemadmodum Iouis stella inter Martem feruétissimum, & Saturnum frigidissimum media currens, tempe rata salutarísque fit: ipsáque Italia aut Roma, quę eius caput est, vt dicunt Amenianus Marcellinus, & Phili. Beroaldus, omnium virtutum fuit domicilium. Cùm diuino pene ingenio, præclari etiam innumerabiles in ea per diuersas ætates extiterint. Vnde, Latini (vt Dionysio placet) gloriosum est hominum genus nedum ingeniorum excellẽtia, verumetiam soli vbertate fœcundũ. Estque patria munitissima Pirreneo mõte aut alpibus Mineruæ opere: quẽ montem incolæ Appennium vocant: qui illam ab omni latere circunsepiens, miro quodam ornamento Mineruę opera instructo, ad illius decus & munimentum, quo Itali insuperabiles gloriãtur. quibus alludit illud Ciceronis Retho. noua. lib. iiii. Armis Italia non potest vinci, nec Græcia disciplinis. In ea sunt regiones sequentes, Longobardia, Tuscia, Aethuria, Campania, Marchia, Apruria, Calabria, Apulia, & sic de aliis positis in marga. philosop. vbi suprà. De cuius longitudine, latitudine & circuitu, per Philip. Bergo. libro iiii. sui supplemen. vbi dicit, quòd Iginus, qui de Italiæ vrbibus scripsit, refert septingentas fuisse ciuitates. Blondus vero, (facta per singulas regiones dinumeratione) dicit tantummodo ducẽtas sexaginta quatuor ciuitates sedẽ Episcopi habentes fuisse. Et licet hæc Italiæ patria laudetur per Strabo. lib. vi. suæ geographiæ, & Beroaldum in suis orationibus dicentem, quòd Italia est omnium rerũ parens & alumna: quæ omnes nationes ingeniorum claritate & artiũ præstantia antecellit. Tamen hoc de Gallia, quæ cæteris nationibus est sine cõtrouersia anteponenda, fatendum esse inferius demonstrabitur.

GRAECIA pars est Europæ post Hũgariam, cuius partes sunt Mesia superior & inferior, Bulcia, Vvalachia, Thracia: in qua, Cõstantinopolis quondã ciuitas insignis & Imperialis Cheosonesus, Eper⁹, Dedania, Molossa, Charina, Peloponnessus, seu Moria, Achaia, vbi Chorinthus, Archadia quę & Sitina, Macedonia Thessalonica, Ellados seu Attica, vbi Athenæ, Bortia vbi Thebæ ciuitates famatissimæ. Et hæc Græcia à Turcis spurcissimis crucis Christi inimicis occupatur. Has mundi partes longiori stilo ponit Io. Lasiardus in epithoma. histo. vniuersalis. ca. xlii.

Gallia regionũ oĩm excellẽtissima, & unde dicti Galli.

NVNC ad rem de qua agitur deueniendo, s. ad Galliam omnim regionum excellentissimam: est vnũ tantùm præmittendum: secundum textum Niuer. in suis epithe. in verbo, Galli. vt sint qui dicãt Gallos dici Galathas à Galatha filio Herculis: qui, vt describit Diodor. de victo. Heryonæ, in Galliam veniens, ex virgine quadam eius loci indigena Galatham genuit: que regno præpositus, incolis dedit nomen: quod Beroso & Appiano placet. Sunt alii qui dicãt & verius, ꝙ Galli dicti sunt à niueo lactis colore, qui galla dicitur: quasi eorũ corpora ad modũ lactis sint alba. Cum quibus, cõcordat illud Mãtuani ex Diony. lib. ii.

Ignea mens Gallis, & lactea corpora nomen
A candore datum populis.

Galliæ partes.

Cuius sentẽtiæ est Lasiardus in suis epito. hist. vni. c. xvii. in fi. Partes Gallię sunt Belgica, Celtica, & Aquitania: secũdum Philip. Berg. lib. iiii. post Cæsarẽ in suis cõmenta. licet aliter eas ponat Plinius, lib. iiii. natu. histo. c. xvii. Belgica à Belga insigni ciuitate nomẽ accepit, & hæc nũc est Treberis: dicta Belgica quasi bellorũ gẽs. Et in hac plures sunt ducatus & comitatus, vt Brabãcia, Luxẽburgẽsis, Flãdrẽsis, Picardia, Attrebateñ. Barẽsis &c. Celtica diuiditur in Lugduneñ. & Narboneñ. Lugdunẽsis, (cuius Lugdunũ ciuitas est caput) tripertita est: prima, est Lugduneñ. secũda, Rothomageñ. tertia, Turoneñ. Narbonẽ. verò in duas partes diuiditur: scilicet in Gottiã, cuius caput est Narbona: & Burgundiã. Alia est Aquitanica: quæ secundũ Ptolo. lib. ii. ab occasu mari Aquitanico, ab ortu & Septẽtrione Lugduneñ. regione, & à meridie pireneis mõtibus termi-

natur. Et habet insignem ciuitatem Burdegaliam. Populi eius Aluerni, Pictaues, Xantones, Bituriges, Caturcenses, Petragoricen. Lemouicenses, & alii permulti.

Galliā amœnitate, fertilitate, & cœli tēperie reliquis mundi regiōib⁹ præstare iudicant.

E T, vt Galliæ claritas vltra & super omnes mūdi partes & nationes appareat, est imprimis extollenda ex amœnitate, fertilitate, & cœli tēperie. Tam enim est moderata loci natura, tam blanda amœnitas: vt saluberrimus vbique aer trahatur. Id autē facit maxima ex parte pestiferis obiecta austris alpium vastitas, summonēs ab Arcto Aquilonis rigores horridos. Non hîc vt in Italia, crebrò fulmina sæuiunt: quia teste Lactan. lib. iii. Romanā Capitolium non semel, sed sępius fulmine ictum conflagrauit: nulla hîc infida grassantur maria, nulli terræ motus vrbes absorbent: sicut in Asia, & Græcia: non hîc campi vastis arenarū solitudinibus squalent, nec vt in Africa, innumerę serpentum & horribilium beluarum pestes, quæ homines deuorāt & intoccicant. Terrę enim tanta est vbertas, vt illi Sicilia inuidere posit: quæ tirannicis crudelitatibus nunquam non exercita stupendæ fertilitatis pœnas etiam luit. Hîc nullæ paludes latifundia occupant, nec tenuissimo cespitum corio, statim arena subest: peculiare Germanię Septētrionis malum. Hîc Pallas cum Baccho certasse videtur, maior ne vini copia, an olei exūdaret: quibus Anglia caret indigétque. Frumenti pariter abundantia hinc spectatur, non ab Hispania: quæ frequentissimis rupibus aspera torrido Solis vapore magna ex parte squallida, & siticulosi tractus iniuria famē vel incolis suis indicit. Gallia autē Hispaniæ, Asturiæ, Cantabriæ, & aliis regnis quamplurimis horreū est, nō Germania: quæ quicquid à cibo superest, in potum coquit, & in ceruisiā vertit. Quid si bellatores Morinorū, Treuerorum, & Burgundorū equos commemorem? quid optima Britonū armenta? Quid fœlicia Lemouicū, Aruernorúmq; pascua? Quid perpetua Cereris & Priuonæ in armoricis studia? Tot nobilia Biturigū & Alceti vellera? tot generosa Leodiorū saxa? tot splendida Heluetiorum æra? Quid tenuia Attrebatū Remorū, & Cameracensium lina? Quid illa terris omnib⁹ expetita Nerniorū aulea? Allobrogum, Lothoringiorū, & Corisopitēsium, quo recentiores

sunt argenti auríque fodinæ? nam apud tecto sagos Tarbelios & aquitanici maris accolas, aurum effodi ex Strabone apud Metellam ex Plinio nemo nescit. Quid verius q̃ Rhodani, Garumnæ, & Dordonæ auriferas esse vndas? Druentiæ non solùm aureis armis beata, sed & gemmis & lapillis prætiosa fluenta? Narbonensis prouincia dotes quis pro merito attigerit? tam suaues florum odores, tam numerosos succorum sapores, tam varios herbarum colores, tot suaue rubentia cocci grana, fragrantes thimo, saliunca libanotide campos emicantes, benignæ calidorum fontium scaturigines fertilissimos croci Albigasiorum agros? Nemo secundum Christoso. Longolium in oratione de laudibus diui Ludouici & Francorum in vniuersitate Pictauiensi habita. Et concordat Campesius iii libro de trophe. Gallo. tract. primo. Et Budeus in lib. de asse & partibus eius. libro iiii. & iii. vbi inter cætera dicit, regẽ Franciæ qui ferè Galliam omnem tenet, habet tot nummos reddituales, quot olim Romanũ Imperium habuit. Deinde, potius ad virtutes quàm ad diuitias respectu habito, pauci fuerunt Franciæ reges, qui Romanorũ Imperatoribus nõ sint præferendi. Quis Franciæ regũ pronus fuit in stupra, & rapinas, vt Iulius Cęsar? in adulteria, vt Augustus? ebrietatem, vt Tiberius? vim sororibus inferendam, vt Caligula? ad crudelitatem, vt Claudius? Nullus vnquam regũ matrem interfecit, vt Nero: auaritiæ studuit, vt Galba: aut gulæ, vt Vitellius: vel luxurię, vt Heliogabalus: nullus Senatorum interfector, vt Domitianus Traianus & Diocletianus: Christianorum homicida, vt Adrianus: pedolatres, aleator, & pepino, vt Antonius: vt cõmodus Neronis imitator Parcus: vt Aelius pertinax: paricida & incestuosus, vt Caracalla instar Maximini: gulosus, instar Guordiani iunioris effœminatus. Fœlix enim Gallia regib⁹, quæ iis portentis caruit, & caret, teste Politiano.

Gallia ex religione, & cultu diuino extollenda est. EXTOLLENDA est vlterius Gallia ex religione, cultu diuino, & fide Christiana semper seruata, ab anno ccccłxxviii. quo illam Galli receperũt, hortatu Clotildis vxoris Clodouei prothochristiani: & nunquam ex illo tẽpore ab illa recesserunt: secundũ Iustinum de Massilia, nec

à fide deuiarunt,ficut Afiani,Africani, Græci & Orientales:fecundum Ioan.Echium,in fuo lib.iii.de primatu Petri.Imò ante Chrifti aduentum,Galli fidem habuerunt in eum venturum : cùm ecclefia Carnotenfis ædificata fuerit in honorem virginis pariture,ficut aliàs Græci ædificarũt templum Athenis Deo ignoto. Gallia enim femper caruit monftris hærefi confe&is:fecũdum Petrum Blefen. in fuis epift.& Hiero.in vigilantum. Ex Romanis autem Imperatoribus,multi poft fidẽ receptam(ea deferta) retrorfum abierunt:ficut Conftans Cõftantini magni filius, qui fuit Arrianus,& Chriftianorum perfequutor : & Conftantius eius frater & fimilis. Item, Iulianus apoftata ex fua perfidia nuncupatus, Chriftianos fummopere odio profequutus eft,& Valen.Imperator Arrianus illi fimilis,& Anaftafius Imperator in hærefi pertinax fuit:Iuftinus minor nepos Iuftiniani,Leo iii.Conftantinus v. Valerianus Aurelianus Seuerus,Domitianus,Traianus, Maximinus, Decius ecclefiã fanctã & Chrifticolas perfequuti funt. Ideo, dicit Philelphus in epiftola ad Carolum vii. Si verum fine cuiufquam inuidia fateri licet, pofteaquam illa immanis & fceleratifsima Mahumeti fecta inualuit: nullum eft vnquam hominũ genus, cui plus debeat Chriftiana religio, quàm inuictæ Francorum nobilifsiméque virtuti:cùm reliqui ferè populi omnes & reges tanquam ignauo quodã animi torpore elãguiffent:foli Franci inuenti funt,qui validè Barbarorum impetum repreſſerunt & fugarũt. Item, reges Franciæ aut in bello certantes aut inter fuos (rebus bene geftis)fœliciter fuos dies clauferunt. Romanorũ autem principum maior pars à fuis ignominiofè aut infortunio periere : ficut Iulius Cæfar, qui (vigintitribus plagis acceptis) in Senatu occiditur. Octauianus apud Campaniã intoccicatur.C. Calliguli à fuis interficitur. Claudius venenatur.Nero adhuc in florida corporis iuuentute, fuo enfe feipfum cõfodit. Vetellius minutatim excarnificatur. Galba fenex trucidatur. Otho fuo pugione fe interemit, & multi alii(breuitatis cauffa)omifsi infœlici morte obierunt.Romã (de qua vt facrofancta Itali gloriantur) prophanifsimam dixerim,quæ tantũ Chriftiani fanguinis fola

per Carolum Magnum Imperatorem Romanum & Frãcorum Regem portata aut transmissa fuerunt. Quæ quidem reliquię per totum regnum religiosissimè venerãtur, vt verificetur illud Cæsaris in commentariis de bel. Galli. libr.vi.vbi sic ait, natio est omnium Gallorum admodum dedita religioni &c. Et vetus manet de hoc apud Valeriũ Maximum exemplum, tit. de seruan. relig. namque Gallis capitolium obsidentibus, ne statutum Fabiæ gentis sacrificium interrumperetur G. Fabius dorso (gabino ritu) cinctus manibus, humerísque sacra gerens, cùm de capitolio descendisset per medias Gallorum acies egressus, in Quirinalem collem peruenit: ibíque omnibus solenniter peractis, in capitolium post diuinam veneratione ad suos sine offensa rediit, Gallis religione deorum motis. Extollendũ est etiam super omnia Francorum regnum ex insigniũ vrbium frequẽtia. Nam Veneto auro non inuidebit Parisianę vrbis opulẽtia, ædium apparatus ac mœnium pulchritudo. Mettis aut Monspessulanus æmulam reddet Florentiam. De magnitudine cum Mediolano contendet Gãdauum. Neapolis elegantiam æquabit vel Rothomagus, vel Auinio, vel Lugdunum, vel Turo. vel Diuio. Xantonum seu Aurelianorum feracitati cedet Bononia. Heduorũ vetustati, Rauenna. Carcassonensiũ aut Narbonensium fortitudini, Cremona. Et quo ad fluuiorum excellẽtiam pertinet, facilè vincit Gallia Italiam. Nam Mosa Vulturnum, Dordona Aruum, Carantonus Ticinnũ, Athesim Athax, Druentia Truentũ, Isara Lyrim, Mosella Tiberim, Rhenus Padum excellit. Sed quem Rhodano cõferent? quem Garumnæ Tholosanorum fluuio opponent? quem Ligeri committẽt? quos scaldi Lisiæ, Sequanæ, Matronę, Arari seu Sagonæ, Sabi Dordonæ comparabũt: cùm omnes sint magnarum nauium capaces? Hæc denique est regio Gallorum, quæ duros educat Britannos, vafros Normanos, industrios Flandros, mites Lothoringos, faciles Andegauos, bellicosos Vascones, animosos Burgundos, & feroces Picardos, alacres fugæ Xantones, Aurelianos atque Pictauos Narbonenses, & Carcassonenses fideles, fortes Aruernos, Hannonios pertinaces, magnanimos Senones, versu-

tos Cenomanos, militares Bituriges, lemouicos Cathurcos, Petragoricos & martios omnes, qui citra Rhenũ habitant theutogallos.

Gallia laudãda ex literarũ traditione & studiorum exercitio.

LAVDANDA est etiam Gallia vltra alias nationes ex literarum traditione, & studiorum exercitio: cùm apud Gallos antiquius quàm Latinos & Gręcos literas floruisse Berosius li. xv. antiquitatum testetur: & Lõgolius in dicta oratione de Francorum laudi. dicit, eam eruditione literarum, & scientiarum splendore Italiæ præferendam. vnde Mantuanus.

Neu desit Gallis ullum decus, illa per orbem
Clara per Aethiopes nigros, audita per Indos.
Illa tuæ quibus in cœlum tolluntur Athenæ
Tot Sophiæ fœcunda bonis &c.

Et Satiricus Aquinas Galliam sic ornat,

Gallia Causidicos docuit facunda Britannos.

Et iterum

Gallia uel potius nutricula Causidicorum.

Et Hieronymus in vigilantum. Sola (inquit) Gallia mõstra non habuit, sed viris semper fortibus & eloquentissimis abundauit. Luc. enim Plottũ Lugdunensem Romanos primũ docuisse Rethoricen fertur, & Tullius eloquẽtiæ princeps prima eloquii Romani rudimenta ab eo didicisse fatetur. Habuit enim Gallia quàm plures multifariæ eruditionis viros consummatos, qui in theologia, philosophia, hystoria, rethorica & in vtroq; iure ciuili & canonico, splendidè scripserunt: quos refert & nominat Campesius Lugdunensis, in tracta. de Galliæ viris illustribus. Ex quibus, verificari potest illud Iulii Celsi, dicentis Galliam disciplinarum parentem. *Vnde uersus,*

Gallia doctrinæ genitrix, tu prima probas
Quicquid mendacii Græcia uoce refert.

Vigent etiam in Francia studia seu Vniuersitates Parisiensis & Tholosana in toto orbe famatissimæ. De quarũ priuilegiis & pręrogatiuis, testaĩ Bal. post Guli. de Cug. in l. omnia. C. de episc. & cle. & Iaso. in l. i. col. iii. ff. de leg. i.

F. Regnũ est extollẽ-

EXTOLLENDVM est insuper hoc Frãciæ regnum de militaribus aut bellicis rebus. In quibus, cæteras

nationes mundi superauit. Vnde Vincen. Cy. In tracta. de dũ propter factis princi. c. in rega. sic dicit, Nam bellicas exercitationes sicut Romani in campo Martio, sic iuuenes Franciæ assuescunt se honestis ludis, *aux lisses*, parisius, in curia Frãciæ: secundum eum ibi. Quinquies enim Galli ante aduẽtum Hannibalis alpes traiecerunt, vt dicit Textor in suis epithe. in verbo, Galli. eorũque fulgurantem impetũ per Italiã nõ prius retuderũt, quã (vt in suo sterquilinio canes plurimũ valẽt) Romã omnia populabũdi intrauerint. De quo meminit Laziar. in epithoma. Hysto. vniuersa. c. lvii. vbi oppressam à Gothis Italiã Merouei Frãciæ Regis auxilio fuisse liberatam legitur. vnde Strabo, libro iiii. vniuersa (inquit) natio quam hæc ætas Gallicam vel Galliticam nominat, Martis studio & animorum ardet impetu conferẽdę pugnę alacritate impigra &c. Et Florus de Senonib[9] sic ait, Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita. Ad hæc, ipsa corporum mole perinde ac armis ingentibus adeo omni generi terribilis fuit, vt planè nata ad hominum interitum vel vrbium stragem videretur. Hi quõdam ab vltimis terrarũ oris, & cingente omnia Oceano, ingenti agmine profecti cùm media vastassent, positis inter alpes & padũ sedibus, per Italiam vagabantur. Quinetiam Romam aggressi, vniuersum populum in Capitolium se suaq; omnia recipere compulerunt. Et vbicunque transierent, fulmina videbantur: pacemque proponebant venalem. Meritò ergo Titus Liuius auidas armorũ gallicas gentes semper fuisse scribit. Et Trogus apud Iustinum lib. xxxiiii. sic ait, Galli abundãti multitudine cùm eos non caperent, terræ quę eos genuerant trecenta milia hominum ad sedes nouas quærendas velut peregrinatum miserunt. Ex iis, portio in Italia cõsedit, quæ & vrbẽ Romam captam incendit: & portio Illiricos (suis tantùm ducibus auibus: nam augurandi studio Galli præter cæteros clarent) per strages Barbarorũ penetrauit, & in Pannonia cõsedit gens aspera, audax, bellicosa: quæ prima post Herculẽ alpium inuicta iuga, & frigore intractabilia loca trãscendit. Ibi domitis Pannoniis, per multos annos cum finitimis varia bella gessere. Hortante deinde successu, diuisis

bellicarum rerum excellẽtiã, qua Frãci super reliquas gẽtes floruerũt.

agminibus, alii Græciam, alii Macedoniam omnia ferro proterentes petiuere, tantúsque terror gallici nominis erat, vt etiam Reges non lacesiti vltrò pacem ingenti pecunia mercarētur. De quo latius per eundem. lib. xxv. & Cāpesium in suo tracta. i. de trophe. Gallo. vbi Antiā hystoricum de victoriis Gallorū contra Romanos refert.

ITEM, Iulius Celsus lib. v. de bellis Cęsaris de gallis sic loquitur, Galli homines sunt aperti, minimeq; insidiosi: q per virtutē magis, quàm per insidias dimicare cōsueuerūt in commētariis. Et Antonius Sabellicus Aeneadis decimæ lib. iii. de moribus Francorum sic ait, Gallorū ritus omnino diuisus ab eo qui olim fuit malorum quondam demonum cultorum. Hi vt cæteræ gentes, nunc veræ pietatis obseruantissimi viuebant: tunc populi quisq; sibi viuebant & ciuitates: pauci numero Reguli in tota gēte. nunc Regis imperiū latè omnia tenet, matrimonia Italico more celebrant, liberales artes multis curę sunt: & imprimis diuinarū artiū studia: vt gymnasium quod Parisiis est, declarat omnium quę sunt in terris celeberrimū. Sunt & Romanorum literarum appetentissimi, nec Græcas aspernantur: penes Magistratus, iudicia sunt. Regis est hos eligere & instituere, in bellis Cataphracto equite vtuntur, pediteq; leuiter armato vtuntur: & sagittariis qui longiores intendunt arcus, nec corneos, vt Scythæ & totus ferè oriens, sed ex taxo aliáve duriore materia.

Frāci à Troianis oriūdi sunt

Sunt præterea Franci Troiana stirpe oriundi. vt suprà in ii. iure latius dictum extitit.

Vnde Mantuanus de sancto Dyonisio, quamuis Ita lus testimonium laudis Gallicæ nationis ferens, sic ait,

Gallia terreni pars est non infima mundi,
Sed longè latéq; patens, hyspanica tangit
Oppida. ab occasu sese seiungit ab ortu
Italiæ nostro huic pelago quà respicit Austrum
Clauditur Oceano geminas quà respicit ursas,
Vnde uenit Boreas, hybernáque frigora surgunt,
Et uada Theutonici tangit uastißima Rheni:
Terra hominum frugúmque ferax, armenta gregésque
Vberibus pascens, globis non languida cœlo

Tabifico, non mortiferis infesta uenenis &c.
Subiungit postea,
Gallia fert acres animos & idonea bello
Corpora, non illis ausit componere sese
Thracia &c. Idem eodem lib.
Ignea mens Gallis & lactea corpora, nomen
A candore datum populis &c.

Et quamuis Itali à nullo vincibiles esse glorientur, authoritate Ciceronis confisi, armis Italiam vinci non posse dicentis, Franciæ tamē Regem semper memoria tenere exceptū deberent. Nōne Ludouicus ille Sfortia Ital' vulgò dictus, *le More*, tirannus Mediolanensis de suorum erga se fide dubius, adueniente Ludo. xii. Francorum rege, subducere se periculis cogitauit, & vecors terga fugæ præstitit, quamuis intra fortem roquetam Castelli Mediolanensis vix expugnabilē cōclusus esset, quem postea Francus inuictissimus in vincula coniecit, vbi ex quadam infirmitate fati munus soluit, secūdum Vinc. Cygault, de bello Itali. ca. iii. cuius filium inuasionis & tyranniæ paternæ successorem Maximilianum Sfortiam velut captiuum subacta Italia in Franciam adduci fecit Franciscus Illustrissimus huius nominis primus? Non est silenda fortunatissima Fornouii dieta in Italos & maximè Venetos, in qua, Carolo viii. Franciæ Regi Roma ac Neapoli redeūti prosperè cuncta successerunt, quamuis septem tantùm milia pugnatorum Carolo militarent, nihilominus tamen cesis quadraginta milibus, ac ferè vsq; ad vnū interemptis aduersariis, Carolus victor cum perpetua laude & gloria in Frāciā reuersus est. Magnę etiā laudi ascribēdū est Ludo. xii. q Genuēses difficili bello superarit, atq; Venetos potētissimos accepto duce Bartholomeo profligarit & in fugām verterit. Non est enim cor dominans super cor Francorū, inquit Vincen. Cygault, vbi suprà. Franciæ siquidē Regum fœlix & strenuissima militia (vt Claudius ait) illa nobilis (vt eam Lucanus appellat) audax & animosa. Nam (teste Horatio) illius audacia pro muro habetur. Illa parens disciplinarum, vt Iulius Celsus, illa virorum acris ingenii, vt Isido. carens omni monstro, vt Quin-

tilia. & post eum Hieronym. illa laboris patiens,ad arma propensior, vt Robert. Guagui.illa à natura armata nata est, vt Vincen. Cygault, illa specie aurea atque lactea, vt Virgi.testantur. Iam verò tota ea vitalis ac perennis salubritatis cœli temperies in ea est.

QVIS enim totius mundi Rex suo de regno verè loquendo dicere posit, quantum volo, tãtum mihi regnum valet meum, vt Francorum Rex: secundum eundem Vincent.Cyg. in principio suarum allegat.in c.regali.colum. vi. Et, vt paucis absoluam, Francia cuncta regna pręcellit, testante Gregorio, vincit ex se cunctos terræ principes in suorum fide subiectorũ in eum perpetua. Semel enim acceptos Reges inuiolata fide obseruauit gens Franca suo principi, ad seruitutem vsq; ferè obediens amicitiæ perpetuæ custos: secundum Guagui.de Francorum gestis.li. xi. cùm de Ludo.xii.differit, quod habent Galli ab æuo.

Frãciã cunctã regna præcellit.

VLTIMO, ac magis extollendum est Frãcorum regnum ex iustitiæ obseruantia, quæ semper ibi præ cæteris regnis mundi viguit & viget: prout ipse Hierarchicus iustitiæ status demonstrat. De quo in cathalogo glo.mundi. in vii.parte. & suprà in duodecimo iure, de institutiõe parlamentorum Franciæ dictum est. Necnõ regiorum stipendiorum cuilibet sufficientiam assignatio, quæ Francorum Reges anteire fecit.argumen.l.nemo.C.de offi.magistr. offi. Ascendunt enim stipendia quæ officiarii singulis annis capiunt in regno, ad viginti centum mille libras, & vltra: præter statum hospitii Regii. & vadia gentium armorum ordinantiarum: secundum Guliel.Bened.in repet.c. Rainu.in verbo, & vxorem.in v.deci. & Budeum in trac. de asse & partibus eius. Tertio, Regum Franciæ iustitiæ obseruatio patet: quia quamuis Papa, Rex, & Imperator in propria valeant caussa iudicare. capi.cùm venissent. de iud.& l.proximè.ff.de his quæ in testa. delen. tamen ipsi Franciæ Reges nedum parlamentorum sed & Bailliuorũ & Senescallorum suorum iudicio sponte se submiserunt, iudicatísque omnino obediunt, & suas literas exequutioni demandari volunt, mandántque.argum.c. nos & si incompetenter.ii.q.vii. sicut de Theopompo Spartanorum

Franc. regnum ex iustitiæ obseruãtia extollendum est

Rege scribit Vale.lib.iiii.titu.de modera.animi,qui ephoros magistratus illos quales Romæ Tribuni plebis erant, ad suam moderandam regiam voluntatem creauit:& censuræ eorum se submisit:vt eo modo, regnum diuturnum magísque duraturũ redderet: consideratione habita,quòd testante Ouidio,Faciles motus mẽs generosa capit.Et Salustio in Iugurtino,Plerunque (inquit) regiæ voluntates vt vehemẽtes,sic mobiles sæpe ipsæ sibi aduersæ:vnde moderatione opus fuit:quæ adeò est apud Reges Franciæ,vt literas suas seu rescripta ab eis emanata, de nullitate, iniquitate, & surreptione publicè & iudicialiter impugnari, & per sentẽtiam declarari posse per plures constitutiones siue ordinationes iusserint & declarauerint: prout seruatur insequendo ordinationem Caroli vii.incipiente,*Item, & que souuentesfois plusieurs obtiennent de nous, & de noz Chancelleries*.Philipp.vi.& aliorum regum,de quibus per domi.Aufre.in suo tractat.ordina.regia.titul.de rescript. Et hoc est quod dicebat Casiodorus pro æquitate seruanda,nobis patimur contradici:ideo, sanctè ordinauit Lud. xii.anno 1499.die 13.Iunii,quòd orto dubio super rescripto concedendo vel non concedendo, per Cancellarium sigillari nõ debet, donec habito peritorum consilio. vnde regum Franciæ & eorum intemeratæ iustitiæ per orbem terrarum tanta insurrexit fama, vt exteræ nationes eorum iudicio se submiserint:secundum Guagui.lib.iii.cap. iii.& per Bal.in consil.ccccxviii.i.parte. vbi ponit tenorẽ submissionis Ducis Sabaudiæ erga Francorũ Regem. De qua,per Barba.in c.quoniã. Abbas de offi.deleg. & Iaso. in l. qui liberis.§. hæc verba.& ibi per Additio.ad Bartol. ff. de vulga. substitu. Tantùm enim exuberat iustitia in Francia,vt si inops litem habeat cum rege,ei datur aduocatus expensis regis,vt ita melius veritas eruatur:secundũ Bal.in l.magis puto.§.imprimis.vers.Item quòd si inops. ff. de rẽb. eorum qui sub tut. &c.&Nico.Boe.in cõmen. consuetu.Bituri.titu.de feud.§.xxiiii.in glos.in addi.incipiente,& idem maximè.circa crimina& facinora puniẽda extraordinariè:vt suprà in septimo iure dictum extitit. Nec olim Galli, Cęsare lib.vi.referente,alia Diis immor-

talibus gratiora esse arbitrabātur, quàm supplicia eorum, qui in latrocinio aut aliqua alia noxa deprehēsi erant: imò tantus (vt ibi dicitur) erat in Francia zelus iustitiæ, ꝙ cùm copia eius generis deficeret, etiā ad innocentiū supplicia Deos malorū punitione placare cupientes, descendebant: malè tamen in hoc, quia sanctius est nocentis facinus impunitum relinquere, quàm innocentem damnare. l. absentem. ff. de pœnis. cum similibus. Vnde in ipso Christianissimo Rege verificatur illud Psa. xcv. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua. & idem Psalm. xcvii. Et deinde in Psal. xliiii. ꝓmittitur remuneratio: ibi, Propter veritatem, mansuetudinem, & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. Ideo, gentes Franciç de eorum rege maximè in nouis ingressibus ciuitatum gaudent: cū Psal. dicente, Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Vnde, acclamant vna voce, viuat Rex, viuat Rex: secūdum Boerium in §. xxiiii. de feud. in addit. incipien. Et sic est more Tuscorum, & Apullorum, quando vident eorum dominos: secundum Andr. de Barulo, & Ioan. de Pla. in l. i. de questo. lib. xii. ob gaudium ex iustitia principis iusti caussatum: iuxta illud Cypriani, li. de xii. abusio. Iustitia regis est pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, nutrimentum gentis, & hominū gaudium. Per eam regnant reges, Esayæ xxxi. & l. inter claras. C. de summa trinit. & fide catho. Et proprium regis est, facere iudicium & iustitiam. c. regū. xxiii. q. v. & iii. Regum x. Cōstitui te regem vt faceres iudicium & iustitiam: & honor regis iudiciū diligit: quia sine ea, respub. regi aut conseruari nō potest. vt per plures authoritates comprobat diuus Augusti. lib. vii. de ciuit. Dei. c. xii. Ex qua, Traianus Hyspanus Imperator iustissimus, paganus tamen summè laudatus est, vt scribit Helinandus in gestis Romanorum: cuius animam ab inferno ad preces magni Gregorii: & in altari beati Gregorii diui post mortē suam liberauit altissimus, de quo testis est totus mundus: secundum Damascenum, vt habetur in legēda beati Gregorii: & per Ioan. Fab. in proœ. instit. & Lucā de Pen. in l. ii. de exact. tributo. lib. x. Ex ea etiam

laudatur Carolus Magnus Francorum Rex, qui in facti contingētia alter Salomon, cuius iudicium notabiliter cō mendatur in c. afferte mihi gladium. de præscri. visus est, cùm pater & filius arguerētur de homicidio, ignoraretur tamen percussor: iussit ambos suspēdi: sed pater, dum fuit in pede furcæ: se, vt filium liberaret, confessus est. Quod regis factum extollit And. de Iser. in ca. i. §. publici latrones. de pa. tenen. in vsi. feudo. & Paris de Put. in suo tract. syndic. Iustitia enim Francorum regis est, neminem iniustè per potētiam opprimere, sine acceptione personarum iudicare: aduenis, viduis, pupillis, & aliis miserabilib' personis defensor esse, l. i. quādo impera. inter pupill. & vidu. cogno. cohibere furta, adulteria, & omnem mœchiam punire. c. regum. & c. Rex. xxiii. quęstio. v. ecclesias tutari. c. boni principis. senes, sapientes, & sobrios consiliarios habere, & iustos super regni negotia constituere. c. estote. i. q. i. magorum & phitonissarum superstitionibus non intendere. xxvi. q. v. c. nec mirum. iracūdiam suam differre. c. cùm apud. xi. q. iii. & c. illa. iūcto c. summo. patriam fortiter & iustè contra aduersarios defendere. xxiiii. quęst. ii. c. iustum. cum c. sequē. fidem catholicam in Deum habere. cap. si Imperator. xcvi. distinctio. filios suos non sinere impiè agere. c. Rex. xxiii. quæst. v. horis congruis orationi insistere. c. i. de celebrat. missa. Accusantium sermonem inuestigare: quoniam habetur Prouerb. xviii. Gloria Regum est inuestigare sermonem, pauperes eleęmosinis alere. c. non satis. & c. pasce. lxxxvi. distin. & cap. quamobrem. de pœni. distinct. i. secundum Cypria. de xii. abusio. Propter quæ, in nouis egressibus ciuitatum adfluunt gentes ad vidēdum vultū regis, vt hoc anno 1533. mense augusto, quo Christianissimus Francorum Rex Franciscus primus, cum Regina & tribus liberis suam nouam & hylarem cum triumpho fecit intratam in ciuitate Tholosana: sicut de Salomone dicitur iii. regum. x.

HINC est, quòd Rex & Regina debent habere vultū discoopertū: quia ex vultu cognoscūtur sensus & virtutes eorū, Eccle. xix. Est enim vultus, litera mentis. §. sicut. xli. distin. Et dulce ac delectabile est oculis, videre Solem:

secundum Vinc.Cyg. Et quãuis August.de ciuit.Dei, lib. xvi.c.xvii. dicat tria olim fuisse regna eminentia, scilicet, Sycioniorum, Aegyptiorum, & Asiriorum: tamẽ ex prædictis restat Franciæ regnum illa & alia totius orbis superare. Quod præfiguratum fuit Dani.ii. vbi dicitur, In diebus autem regnorum, suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. quod de Romanorũ regno intelligi non potest: quia iam ad Germanos translatum est eorum imperium. Ideo istud est regnũ Christianissimum à Deo institutum: vt arma, oleum sacrum, & auriflãma cœlitus demissa clarè demonstrant, vt supra in primo & secundo iuribus dictum extitit.

Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Psal.ij.

Vigesimum Ius.



VIGESIMVM Ius sacræ coronæ Franciæ Regum est, vt cũ aliis regibus & principibus in iuribus, prærogatiuis, præeminentiis, & facultatibus eis à iure specialiter concessis, concurrat. De quibus 1. Regum, 8.ca.ibi, Hoc est ius regis, filios vestros faciet equites, præcursores, agricolas, fabros armorum: filias vestras faciet vnguentarias, quęstuarias, & pannificas &c. Quod est verum, secundum Nico. de Lira, ibi, tempore necessitatis, propter bonum cõmune regni &c.

Fluminum vectigalia ad Christianissimũ Regẽ spectant.

HINC est, ꝙ flumina nauigabilia, & vectigalia fluminum, quæ apud aliquos pedagia dicũtur, ad ipsum Regem Franciæ spectant, secundũ Isern. in tit. quæ sunt reg. De quo latè per Bar. Ias. & doct. in l. quominus. in ii. q. ff. de flumi. & Philip. Dec. in consi. ccxliiii. & maximè, flumẽ Rhodani excellens, quod insolidum regi Frãcorum pertinet, secundum Guid. Pap. in decisi. cccccLxxvii. vbi dicit, quòd

quòd quando officiarii Ducis Sabaudiæ in ipso Rhodano aliquid iurisditionis facere attẽtant, officiarii regii Lugdunenses illos inquietant, & condemnant. Et respectu quæstionis & litis quæ est ad caussam Rhodani inter illos de Tarascone, & illos de Bellocadro, facit quod notat Pe. Iaco. in tit. de serui. pec. pascen. in fi. in addi.

PORTVS etiam & eorum redditus ad ipsum regem spectãt, l. inter publica. ff. de ver. & rer. sign. nisi aliquæ ciuitates illos habeant ex priuilegio: secundum eundem de Iser. vbi suprà. vel nisi dominus illius territorii, in quo est portus, habeat regalia: quia tunc ad eum spectat. secundum Bartholo. Veronen. in tractatu de seruitu. rusti. prædio. in titu. de portu. vbi de portu ciuitatis Neapolitanæ, & aliarum ciuitatũ Italiæ. Sed, quid de naufragiis? ad quem spectãt? Latè per Ioan. de plat. & omnes doct. in l. i. de naufragiis. lib. xi. & glo. in ca. dispensationes. i. quæstio. vi. dicentem, quòd malè faciunt reges Hispaniæ, naues fractas occupantes. per Cepolã. de serui. rusti. prædio. tit. de nauicul. & in rubri. de vsucap. pro derelic. nu. 10.

Portuũ redditus, & pꝛouẽtus ex ripis pꝛouenientes, reddit' etiã salinarũ ad chri stianißimũ regem spectant.

ITEM, ripatica sunt de iuribus regis, hoc est redditus & prouentus ex ripis prouenientes, quicquid dixerit Andreas in dicto tit. quæ sunt regal.

ITEM, salinaria seu redditus salinarum ad regem spectant. ca. i. quæ sint regal. & cap. super quibusdam. §. præterea. de verbo. signi. l. si quis. C. de vectiga. latè per Deciũ consilio cccxii. Guagui. lib. vii. capit. ii. sic dicentem, Cùm multa bella inter Philippum Valesium Frãcorum regem, & Edoardum Angliæ regem mota essent: cùm Philippo parum pecuniæ suppeteret, nouam exigendæ pecuniæ formam excogitat: qua, sine cuiusque cõditionis discrimine, omnes regnicolæ tenerẽtur sal, quo nemo facilè abstinet, comparere aliunde quàm ex publicis quæ instituerat prõptuariis, vetat &c. De quo, latè in cathalo. gl. mundi, parte septima. conside. xxii.

VECTIGALIA, hoc est octaua pars eius quod vehitur vel venditur, sunt regi soluenda, l. attestatione. & l. à legatis. C. de vecti. Et ita seruatur in lingua Occitana, vbi octaua de vino, carnibus, & piscibus venalib' fisco de-

betur: & sunt octonarii, hoc est firmarii ad istud ius recipiendū cōstituti. De quo verbo vtitur tex. in d.l. à legatis.

IVS indicendi subsidia, seu extraordinariā collationē, ad fœlicissimā exercitus expeditionē, ad solum regē pertinet & spectat, l. ii. de superindi. lib. x. C. ita notat do. Stepha. Aufr. in trac. arrest. versi. xxx. ibi, Nullus potest in regno Frāciæ subsidia imponere super suis subditis, quacūque prærogatiua, dignitate, vel potētia fulciatur, absq; cōsensu regis, qui est omniū superior in regno suo. Et postea subdit, & hoc teneas, nec vnquā cōtrarium dicas. De quo latius per do. Io. Gal. in suis quæstio. arresto decisis. q. lvi. versi. nota de regis Frāciç potestate. Sed an potuerit Rex Franciæ collectāre nobiles Frāciæ pro sua redēptione aut filiorum suorū in Hispania detentorum: scribit Bartho. de Chassa. in v. parte cathalog. consydera. xxiiii. nu. 119. per doctri. Iaso. in l. si ex toto. ff. de leg. i. Sed, an pro coronatione regis, possint nobiles vel ecclesiasticæ personæ collectari: dictū fuit quòd sic, per arrestū contra Decanū & capitulum Remen. vt in stilo parlamēti. tit. de caus. nobi. §. item fuit dictum per arrestū curiæ. Sed, an crederetur Cācellario vel alteri excellentissimo asserēti viuæ vocis oraculo sibi cōmissum, tallias in aliqua regni parte imponere sine literis Regis. tradit Io. de pla. in l. i. de superindi. lib. x.

ITEM, ad solum Regem spectat facere numerare populum suum: sicut Dauid fecit ii. reg. xxiiii. ca. & Rex Ludo. xi. Francorum Rex in ciuitate Parisi. cuius tempore, trecenta milia fecerunt monstram cum crucibus albis, &, *bauquetons rouges*. Et transiuerunt ante bastillam sancti Antonii: secundum Vincentium Cyg. in tracta. de fac. princip. cap. ii. Rega.

ITEM, Rex Franciæ duos habet bonos angelos custodes: vnum ratione suæ priuatæ personç, alterum ratione dignitatis regalis: vt habetur iii. Reg. iiii. secundū Gulielmum Benedi. in repetit. cap. Rainuti. in verbo, adiectç impuberi. nume. 45. de testamen.

ITEM, potestas seu facultas cōstituendi magistratus & officiarios ad iustitiam exercendam, ad ipsum Regem spectat, l vnica, circa initium. ff. de offic. præfect. præto. &

l.i.§.cùm enim.ff.de veter.iure enuclean. Imò noua officia in regno suo creare potest:secundum Alberi. de roza. de Rege Franciæ loquentem,in lege, studentibus.quę est prima C.de offic.præfect.vrb. & Bartholo. de Chassa. in rubri.*Des iustices*.versic. Vnde nemo potest.in commento consue.Burgun. vbi dicit, quòd ita fecit Frãciscus primus Rex modernus in suo regno,creãdo nouos officiales pro inquæstis faciendis,& nouos commissarios pro audiendis computis denariorum cõmunium & publicorum. Omnes enim magistratus & dignitates à principe profluunt, tanquam riuuli à fonte:secundum Andr.de Iser.in d.tit.quæ sint rega.in verbo,potestas constituendorum. Et sicut de nouo creat officia,ita etiam diminuere ea potest: citra tamen præiudicium eorum , qui iam sunt promoti tempore reductionis eorum,vita durante.vt tenet Iacob.rebuf. in l.cõperimus.C.de proxi.sacro.scrinio.lib.xi. Ex quo,cùm anno domini 1513.fuit reductus numerus notariorum regiorum per Ludo.xii.qui erat infinitus,ad certum numerum,multi qui ante prædictam reductionem erant notarii noluerunt desistere,sed semper se intromiserunt de d.offi cio:donec fuit eis per arrestũ inhibitũ, & malè per prædicta:secundum eundum de Chassa.in d.rubri. *Des iustices*.

ITEM, sicut Papa non committit simoniam accipien do vacaturas in curia Romana,ita nec Rex peccat,pecuniam aut dona accipiendo ab officiis sui regni, demptis iu dicaturis:secundum Vincen.Cy.in tracta. de fac.princip. cap.iiii.rega.in fin.per notata per Bartol.& doct.in repetit.legis,Barba.ff.de offic.pręto.& in l.prima,ff.ad legem Iuliam de ambi. Et latè per Gulielmum Benedi. in repeti. cap.Rainuti.in verbo,duas habens filias.de testament. & Bartholo.de Chassa.in cathalo.i.parte consideratio.lx.

ITEM, reges adorãtur,& barones salutantur:secundum gl.& Io.de pla.in l.decuriones.de silentia.lib.xii. Ex quo infert, quod nullus debet genu flecti corã alio,q̃ corã Rege,Papa,aut Imperatore,qui in pede deosculatur:secũdum gl.& doct.in l.i.de domesti.& protecto.& glo.in ca. cùm Adrianus lxiii.distinct.de Pap.dicit quòd portatur in manibus,ne lapis offendat pedes eius.

ARGENTARIAE regi competunt, intelligẽdo de quolibet metallo, vt declarat Andr. de Iser. in dict. tit. in verbo, argentariæ, & quantum solui debeat regi de metallis, habetur in l. i. & iii. C. de metal. libro. xi.

REDDITVS piscationum ad ipsum regem spectant: de quo per ipsum Andream vbi suprà, in verbo, red ditus piscationum: intelligẽdo de piscationibus ex quibus Rex exigit publicos redditus, vectigalia imponẽdo: alioquin piscatio est omnib⁹ communis tam in mari, quàm in fluminibus publicis: secundum Aluar. in d. c. i. quæ sint rega. col. iiii. De quo & iure venandi, latè per Philipp. Deciũ in consi. cxcvii. & cclxxi.

FACVLTAS adeundi hæreditatem per procuratorem regi competit, & non priuato, l. pupillus aliàs incipit per procuratorem. ff. de acquirenda hæredita. per Bartol. & Bald. in l. i. C. qui admitt.

FACVLTAS tabelliones creandi generales ad ipsum regem spectat, secundum Innoc. & docto. in cap. cùm P. Tabellio, de fide instrumento. & Speculat. in titul. de instit. edict. §. restat. latè per Iasonem & docto. in l. i. ff. de officio eius cui est manda. iurisdi.

SOLVS etiam Rex creat aduocatos, aut cõcedit potestatẽ creandi Bailliuis, Senescallis, & aliis iudicib⁹ suis, l. quisquis. §. vlti. ibi, quos agere permisimus. C. de postul. & in l. nemo. C. de aduo. diuer. iudiciorum.

SOLVS Rex creat aut approbat cãpsores: ita, vt nemo bãcham cambii tenere audeat, nisi regia authoritate: aliàs, acriter puniretur: secundum Guid. Pap. q. cclxxxvii. quamuis de iure secus: secundum eundem ibi.

SOLVS Rex approbat medicos: secundum Lucam de pen. in lege contra publicam. versic. x. de re milita. lib. xii. vbi dicit de hoc esse constitutionem in regno Siciliæ, in quo fuit Cancellarius: per quã, medici non possunt exercere eorum artem sine liceñ. regis, aut approbatione magistratuum regiorum: propter multa inconuenientia & scandala, quæ ex ignorantia & imperitia multorum procedunt. Vtinam ita obseruaretur in Francia.

SOLVS Rex vniuersalem legẽ condere potest, l. fin.

in fi. C. de legibus. quas leges ordinationes vocant Franci.

SOLVS Rex ratificat id quod ipso iure nullum est, lege adoptio. in ii. ff. de adop. & Cañ. quippe. tertia quæstio. quinta.

SOLVS Rex de inhabili, facit habilem, l. quidá consulebat. ff. de re iudi. & de indigno, facit dignum. §. discretis. in auten. qui mo. na. effi. sui. colla. vii. de quo, plenè per Franciscum Curtium. consilio xlix. col. xlv.

APVD regem, omnis pœna est arbitraria: secundum Bal. in l. cunctos populos. in lectura ordinaria. C. de sum. trini. & fide catholica.

SOLVS Rex facit gratiá iurisiurandi. l. fi. ff. ad mu. secundú Luc. de pen. in l. i. C. qui mili. pos. vel nó. lib. xii.

SOLVS Rex concedit exemptionem à talliis seu aliis muneribus publicis, l. vnica. C. de iis quæ à prin. vaca. accep. libro x. & l. immunitates. de agrico. & censi. libr. xi. facit lex prima. & fina. ff. de censi. De quo per Lucam de pen. in l. medicos. C. de profes. & medi. libr. x. Sed, vtrum posit Rex auferre priuilegia data habitatoribus Lugduni: per Vincen. Cyg. de fac. princip. capit. in regali. circa medium.

INDIGNATIO Regis, seu comminatio sub pœna indignationis importat priuationem à feudo: secúdum Bal. in c. i. §. porro. quæ fuit prima caussa benefi. admit. in vsi. feudo. & in l. cunctos populos. de sum. tri. & in autent. statuimus. in quæstio. Flandrensi. C. de episc. & cleri.

SOLVS Rex remittit pœnam mœrenti. l. ad bestias. ff. de pœnis. & §. planè. ibi, nam quòd ob meritum indulsit. insti. de iure naturali gentium & ciuili, etiam post sententiam definitiuam: secundum Bald. in ca. at si clerici. de iudiciis. per legem i. in fi. ff. de quæstio.

SOLVS etiam Rex dat licentiam tollendi corpora damnatorum à patibulis, l. fina. ff. de cadaueribus puni.

ASSISTENTES Regi consequuntur dignitatem & nobilitatem: secúdum Francisc. Luca. de parma. in suo tract. de priui. fisci. priuilegio cxxxix.

REGIS Procurator, eo inconsulto, transigere non potest, l. nulli. ff. de transactionibus.

R E X poteſt donare filiis ſuis etiam non emancipatis propter authoritatem regiam: ſecundum Bald.in cap.i.§. Item ſacramenta. de pace iur.firman. quare lex ſecunda. C.de inofficio.donationi.non habent locum in Rege donante:ſecundum Corſ.in tracta.de poteſtate regia.quęſt. vi. debet tamen exprimere quòd hoc facit authoritate regia,aliàs ſecus: ſecundum Felinum in ca. qualiter & quãdo primo,in col.xii.de accuſa. & Hyppolitum de Marſiliis in ſingula.ſuis notabili.cxcvi.

R E X habet etiam priuilegium,vt permutationem facere poſsit cũ eccleſia de rebus immobilibus eccleſię,quãuis non ſit vtilitas : dum tamen non ſit damnum. In aliis verò,ſecus.cap.tua.de iis quæ fiunt à pręla.ſecundũ Marti.Lauden.in tracta.de princi.artic.ccccclxvi.

I T E M, manus Regis appoſita rei contentioſę nõ priuat aliquem poſſeſsione ſua.glo.in verbo,vicario.col.fin. in §.penulti.tit.de colla.in pragma.ſanctio. poſt Henricũ Boerium in cap.examinata.de iudic.

R E X poteſt tollere leges poſitiuas.capi.ii. de conceſ. præben.ſecundum Alexand.conſilio ſuo. ii.in primo volumi.Ideo dicit Bald.in tit.de alienatio.feudi.quòd Deus ſubiecit principi leges: & nulla lex eius celſitudini imponi poteſt.De quo,per Felinum in cap.i.verſicul. quartò limita.de conſtit. & Franciſcus Curt. in conſilio xlix. & Bald. in proœ. Gregoria.

R. Chriſtianißim' poteſt eſſe iudex in cauſſa ꝓpria.

S O L V S Rex poteſt eſſe iudex in cauſſa ꝓpria:quia ſuperiorẽ nõ recognoſcit,l.proximè. ff. de iis quæ in teſt. delen.& lege,& Tyberius Cæſar.ff.de hæredi.inſtitu. & cap.nunc autem.xxi.diſtinctio. per Innocenti. Barba. & docto.in cap.cùm veniſſent.de iudic.& Felin. in capitu.i. in ſecundo notabili.de probatio.Alexan.& Iaſon.in l. qui iuriſdi.præeſt.ff.de iuriſditio.omnium iudic.Alexan.conſilio i.in v.volu.& conſi.xxiiii.in ii.volu.& Anto.de prato veteri.in conſiliis.Barba.in fi.i volu.

I V S S V S Regis inducit iuſtũ metum.c.ad audientiã. ff.quod met.cau.& gloſ.in verbo,monere. in c.cõuenior. xxiii.q.viii.maximè regis Frãciæ:cui impunè nõ contradicitur:ſecundũ Philip.Dec.in conſi.ccxix.in prin. part. ii.

SOLVS Rex rescindit sententiam, quæ in rem iudicatam transiuit, vtendo ista clausula, non obstãte tali sententia. glo. in l. fina. C. senté. rescind. non posse. & Panor. in c. qualiter & quando. de accusat. & Angel. in l. i. de senten. pass. notatur in c. nonnulli. in §. i. in verbo, fecerunt. de rescriptis.

ITEM, Rex transfert dominium sine traditione, secundum Angel. in l. officium. ff. de rerum vendica. Alex. consilio tertio, col. penulti. in quinto volu. Iaso. in l. traditionibus. C. de pact. & Purpuratum in l. imperium. nume. 84. ff. de iurisdi. omnium iudicum.

SOLI Regi competit portare vestes deauratas & oloberas. l. auratos. & l. vellei. C. de vesti. olob. lib. xi. & idẽ de ornamentis equorũ, in quibus non debent apponi Yacinthi, Esmaraddi, & margaritæ: nisi in frenis & sellis Regis, vt in rubri. nulli lic. in frenis equest. &c. libr. xi.

REX potest facere ciuitatem, quamuis careat episcopo, secundum Bart. in l. i. C. de metropo. be. lib. xi.

PONENS arma Regis in domo sua vel bonis, videtur illa incorporare dominio principis, secundum Bart. in l. facultas. C. de iure fisci. lib. x.

SOLVENS thesaurario Regis, non liberatur nisi inquantũ thesaurarius est soluendo. nota per Iac. Rebuf. in l. securitas. C. de suscep. præpo. & archa. lib. x.

SECVRITAS data à Rege, non extenditur ad debitum suum, vel fisci sui, nisi expressè dicatur, §. publicorum in autenti. de manda. princi. secundum Franci. Luca. de parma. in tract. de priui. fis. prima parte, artic. xxxii. quod facit pro literis quinquennalibus, aut annalibus à principe impetratis, vt non præiudicẽt Regi vel fisco suo: secundum Guido. Pap. quæst. ccccxx. vbi dicit, quòd propter tales literas, non debet impediri exequutio arresti: de quo ibi per eum.

RESTAVRATIO murorum ciuitatis destructæ non potest fieri inconsulto Rege, l. sacra. §. vlti. ff. de rer. diui. & idem in eorum aut fortalitiorũ cõstructione: secundum Bald. in §. ciuitates. de pace constantiæ. & Iacobum Rebuf. in lege, restaurationi. & ibi glossa prima,

de diuer.prædi.libro vndecimo: vbi dicit, quòd in Frãcia, aliquibus ciuitatibus certæ impositiones seu facultas illarum pro reparatione murorum conceduntur: sed quomodo circa hoc debeant attendere principes, describit Luc. de pen. in d.l. restaurationi.

SOLVS Rex potest diminuere numerũ officiariorũ: secundum Bar. & Rebuf. in lege, comperimus. C. de proxi.sac.scrinio.lib.duodecimo, & Bal. in consilio cccxxvii. in prima parte, incipien. pridie enim consului, quæ quidẽ diminutio non debet afferre præiudicium officiariis iam electis seu creatis: secundum Bartholo. de Chasseñ. in cõmẽ.cõsuetu. Burgũ. in rubri. *Des iustices*. in gl. *Es droictz*. versi. adde.

ABOLITO nomine regis, abolita est eius lex: iuxta illud. *A nouueau Roy, nouuelle loy*. secundum Baldum in capitu. translato sacerdotio. de consti. vbi per hoc dicit leges Longorbardorum non esse allegandas in causis: quia eorum regnum est sublatum, & omnia corruerũt. De hoc latè per Andre. Sicul. in consil. iiii. columna. iiii. & v. lib. primo.

AD Regem custodia ecclesiarum maiorum vacãtium pertinet iure regalię: argumento capitu. generali. de elec. in vi. secũdum Ioan. de Sel. in suo tracta. benefi. in secunda parte, q. xxiii. & Corsetũ in tract. de potesta. & excel. reg. q. lvi. Nomen Regis debet apponi in instrumentis: secundum Specula. in titu. de instrumen. editį. §. secundo. & Panormi. in c.i. col. tertia. de fide instru. De quo, per Corse. in. d. trac. q. xlvi,

REX dicitur esse clericus: secũdũ eundẽ Corse. q. xl.

A Rege non appellatur: secundum Bal. in l.i. ff. de offi. pręfec. pręto. & in c. cũ venissent. de eo qui mit. in poss. cau. rei seruan. & Corse. in. d. tracta. quæstio. xxii.

IN omni actu vel iuramẽto intelligitur excepta authoritas Regis: de quo, per Iaso. in l. fina. ff. qui satisdarę cogantur, & Corse. in dicto tracta. quæstio. xvii.

LICET nõ sit licitum baptisare pueros in cameris, excepto casu necessitatis: filius tamẽ Regis potest in aulis vel cameris baptizari. per tex. in cle. vnica. §. i. de baptis. &

eius effectu. vbi Cardi. & Io. de Montalono, in suo promptuario iuris, in verbo, princeps.

R E X dicitur maritus reipu. iuxt. illud Luca. poetę ibi: patet vrbiq;. maritus: Et dicit esse matrimoniũ morale & politicũ: sicut inter ecclesiã & Prelatũ matrimoniũ spiritua le contrahit. c. scire. vii. q. i. Et sicut vir est caput vxoris, vxor verò corp⁹ viri: c. si quis. xxx. q. i. & c. manifestũ. §. ex præmissis. xxxiii. q. v. ita Rex est caput reipu. & respu. ei⁹ corpus: secundũ Plu. in insti. Traiani, & Lucam de penna. l. quicũq;. col. iii. C. de omni agro deser. libro xi. & in lege, nemini. de consuli. libro xii. R. dicitur esse marit⁹ reip.

S I Rex donat filiofamiliàs, in illis pater non habet vsumfruc. l. cùm multa. C. de bonis quæ libe.

R E X de plenitudine potestatis potest auferre feudũ vassalo, si tamen ita faciat, tenetur ei de alio prouidere. Et idem in Papa auferente beneficium alicui sine caussa: secũdum Baldum in capi. primo. de allod. & quomodo possit priuare Episcopum: latè per Feli. in capi. quæ in ecclesiarum. col. xiiii. de constitutio.

Q V A N D O seruitium debet fieri Regi, non potest fieri per substitutum: secundum Bald. in cap. i. §. mutus. in titu. Episcopum vel Abbatem. in vsib. feud. nisi de sua voluntate. l. si quis. C. de murile. lib. xi.

R E X debet in liberalitate concessorum, sicut Polus in cœlo, cõstanter persistere, & dicere, Quod scripsi, scripsi: secundũ Bal. in consilio vlti. col. quinta. lib. i, & in eo tanquã fonte iustitiæ debet esse cõstãs volũtas: nec debet habere nisi vnũ calamũ, & vnã linguã: imò poti⁹ immobillis, sicut lapis angularis debet esse: secũdũ eũdẽ Bal. in l. prædia. de loca. prædi. ciui. li. xi & Barba. in consi. xiii. lib. iii.

D O N A T I O facta Regi quantumcunq; legitimam summam excedat, non indiget insignuatione: & quantũcunq; excedat, insinuationis defectu non corruit: secundum Ioan. Andr. in additio. Specula. titu. de instru. edit. §. porro. versic. mulieris autem. & Ludo. Roma. in consilio lix. incipien. authoritatem. item, C. de donatio. Idem ecõtra, In donatione facta per Regem.

O M NI S contractus celebratus cum rege habet na-

turam bonæ fidei: ſecundum Bald.de pac.conſtan.§.ſen-tentię quoq;.verſi.ſi qua verò.& Fran.de curt.conſi.xlix. col.lxxiii.& Philip.Deci.in conſi.iiii.in i.volu.

A D Regem ſpectat,creare Comites palatinos cũ poteſtate legitimandi illegitimos, & creandi tabelliones : ita dicit Bald.in l.reſcripta.C.de preci.imper.offer.

R E X poteſt mandare ſuis iudicibus quòd talem proferant ſententiam:ſecundum Bald.in l.i.col.vlti. C.quomodo &quando iudex.Cauere tamen debet,ne iniuſtum mandet: ſecundum Marti. Lauden . in tract. de principi. arti.ccccvi.

R EX donãdo ciuitatem in qua habet iuriſditionem limitatã illã tantũ cõcedere videt: ſecundũ Bal.in l.monumẽta.C.de leg.& Phil.Deci.in cõſi.clxxxvii.nu.3. in ſpẽ de rege Francię & Hungariæ loquentes,latè per Alexan. in conſi.xlvii.iiii.volu.

P R AE F E R T V R Rex in emptione metallorum l.i.C.de metal.li.xi.

V B I eſt Rex,ibi eſt ſecuritas,& nulla formido patrocinatur formidoloſo:ſecundum Baldũ in l. i. C. de iis qui per metum iudicum non appella.

R E G I obuiandum eſt cum pſalterio, timpano, tibia, & cythara:clamãdo,viuat Rex,& munera offerendo:primi regum x.cap.ſicut faciunt Apulli & Tuſci, qui cùm vident eorum principem,clamant,viue,viue: ſecũdum Andrę.de Baru.& Ioan.de plat.in l.i.C.de quæſtio.lib.duodecimo.Et Franci idem faciunt:ſecundum Nico.Boer.in commento conſuetud . Bituricen. titu.de feud.§. vigeſimotertio.in gloſ.fina.in additio.incipien.& ſic eſt.Vnde, die quo congreditur Princeps, debent milites adeſſe barba tonſa,& veſte decora, ſecundũ Regum xix.ſecundum Vincentium Cyg.in tracta.de bello Itali.iiii.capi.regali. verſicu.videamus.Bene facit quod habetur Matthæi xxi. Marci vndecimo,Lucę decimonono,& Ioannis xii.quòd ciuitas Hieruſalem exiit obuiam I E S V , ſcideruntque ramos de arboribus,dicentes,ò ſanna, benedictus qui venit in nomine domini &c.

L I C E T partes de iure poſsint renuntiare feriis,ſecus

tamen,si sint introductæ in fauorem Regis: puta,quia natus sit sibi filius,vel propter victoriam contra hostes: quia tunc,non possunt renuntiare.glos. in verbo ob necessitatem.in cle.sæpe.de verborum significatio. Et Marti.Lauden.in tractatu,de principibus. articulo ccccx. Ideo illo die,quo ex mãdato fiunt processiones generales propter aliquem fœlicem casum,aut pro orando Deum pro Christianissimo Rege, non possunt fieri aliqui actus iurisditionales, etiam de partium consensu. Et ita seruatur de facto.

SVPPLICATIONE Regi aut Cancellariis suis porrecta,si rescriptũ obtineatur, perinde est, ac si lis esset contestata.l.i.& ii.C.quãdo libel.princi.da.&c. Et ibi Iason dicens hoc habere verum in principe non recognoscente superiorem,sicut est Rex Francorum: capitulo,per venerabilem.qui filii sint leg.De quo amplè suprà in sexto iure ostensum est.

PERSONA infamis non debet stare coram Rege. l.ii.§.ignominiæ.& ibi Ange.ff.de iis qui notan.infa.

EPISTOLA missa per Regem habet vim legis in omnibus caussis.text.& ibi Ange.in l.item veniunt.§.penul.ff.de petiti.hære.quod intelligitur iuxta notata in l. secunda.C.de legibus.& in l. nemo.C.de sentẽtiis & interloquutio.omnium iudicum.De quo per Barb.in consilio xx.in secundo volumi.

LICET Rex non habeat ordinem, potest tamen officium Subdyaconatus, Episcopo ministrando,exercere. glo.in capi.Valentinianus.lxiii.distincto.sic fecit Carol. viii.Romæ,Papa celebrante.

PRO Rege prę́sumitur quòd est bonus & iustus.vnde,eius rescripta sunt secundũ iustitiam intelligenda:secũdũ Bal.in l.i.ff.de cõstitu.Princ.Ideo,in dubio volũtas Regis præsumitur esse talis qualis de iure esse debet, secũdũ Bal.& Iaso.in l.ex facto.ff.de vulgari substitu.& in ca.licet in corrigendis.de officio ordi.& in pręludiis feudo.& in cap.i.apud quem vel quos controuersia feud.definiri debeat.De quo,per Curtiũ in consi.xx. & xlix.col. xix.vigesima,& sequẽ.& ꝙ in Rege aut principe præsu-

matur iusta caussa, latè per Hyppolitum de Marsil. in singula. sexto. vbi hoc intelligit, quando rescribit generaliter vel proprio motu: secus si ad postulationem partis: quia tunc magis præsumitur quòd per importunitatem postulantis. l. i. cum ibi notat. de peti. bono. subla. lib. x.

PORTAE, muri, & turres villarũ non possunt habitari sine permisione regis. l. fi. ff. ne quid in loco sacro.

QVANDO Rex vendit aliquam rem, emptor est securus: sed ille ad quẽ pertinet, poterit habere regressum contra Regem & fiscum suum, intra quadriẽnium, l. bene à Zenone. & l. omnes. C. de quadrien. præscriptio. quæ limitatur multis modis per Felinum in cap. cùm olim. colũ. iii. de senten. & de re iudica. & in cap. quæ in ecclesiarum. colum. xiii. de constitut. & Iacob. de sancto Georg. in tracta. feud. in verbo, princeps. in quarta specialitate: de quarum legum intellectu, etiam per Gulielmũ Benedictum, in repetitio. capit. Rainu. numero. 943. de testa. & idem si aliquis emit à vicario ipsius principis: secundum Ludoui. Ponta. in consil. lix. quæst. vi.

Obediẽdũ est magis regi quàm patri.

MAGIS est obediendum Regi, quàm patri: sicut magis patriæ, cuius caput princeps est, quàm parentibus tenemur: secundum Alberic. in lege veluti. ff. de iustitia & iure. & Iasonem in lege prima. §. final. illo eodem titulo. De quo per glossam in verbo, publica. §. cui rei. de collatio. in pragma. sanctio.

REX potest de plenitudine potestatis ratificare sententiam latam à iurisditione carente: secundum Innocen. in cap. prudentiam. de offi. deleg. quod dictum pro valde notab. & singu. referunt Ange. in l. obseruare. §. post hęc. ff. de off. præsi. & Fel. in c. ea que. circa fi. de re iudic.

REX non potest virtute dispensationis apostolicæ dimittere vxorem sterilem, & aliam ducere: secundum Bal. in cap. lator. de re iudica. & Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. colum. vi. de constitu. sed bene potest dimittere monasterium, & vxorem ducere: secundum Baldum in l. si pater. §. in arrogationibus. ff. de adoptio. Quod dicit esse verum Iaso in l. si arrogator. colum. ii. illo tit. vsque ad procreationem sobolis, per nota. per Ioannem Andr. in lege,

actus legitimi. de regulis iuris. in sexto.

QVANDO pax regum fit, aut alia noua pro bono regni superueniunt, debet fieri ignis lętitiæ, aut alia iocũditatis signa, cum mandato tamen regis speciali. l. i. Publ. Lęti. libro duodecimo. C. secundum Vincent. Cygault de fact. princip. c. in rega. in fine.

REX pro guerra & aliis necessitatibus regni, pecunias à subditis mutuo capit, si non habet. Cyn. Bald. doct. in lege, neminẽ. C. de sacrosanctis ecclesiis. & in decisio. Delphin. quæstio. cccccli.

PENDENTE lite super feudo contra vassalum, licet regulariter vassalus debeat quietè remanere possessor. cap. i. si de inuestitu. inter domin. & vassal. lis oriatur. per Bartholum & Ioannem de Pla. in l. litibus. de agric. & censi. libro vndecimo. secus tamen in Rege: per arrestum, & si quæstio. secundum Nicolaum Boerium, in titulo, de feudis. §. xiii. in consuet. Biturigum. vbi etiam dicit, quòd si vassalus deuoueat seu aduoet Regem Franciæ in dominum, licet non sit: non perdit feudum de cõsuetudine: secus, si alium dominum, negando verum dominum: per notata per eum ibi. §. xi.

PAX inita cum Rege Franciæ extenditur ad terras ei adhærentes: secundum Barba. in consil. xxxviii. in fine. libr. prim. per textum singula. in capitu. primo, de postula. prælato. exemplificante de Ianuensibus, qui tunc temporis, erant de dominio Regis Franciæ.

VERBERANTES seruientes Regi, eorum officium exequendo, capite puniuntur, aut manus eis amputatur: propter iniuriam Regi illatam: per nota. per Cyn. & docto. in lege, si non conuitii. C. de iniuriis. secundum Guidonem Pap. in decisio. Delphin. quæstio. cccccxlvii. & gloss. in titu. *Des crimes*. articulo quarto. in consuetu. Turonen. qua cauetur sub iis verbis, *Pour battemens enormes, faictz au sergent* Royal, *en faisant son exploict, on doibt auoir le poing couppé*. vbi est glos. ampla. Quod est verum, si seruiens deferat scutum regium in spatula, vel baculũ in manu: quia tũc censetur esse in salua gardia Regis natiua, aliàs secus: secundum Iacobum Rebuf. in l. prohibitum. de

iure fiſ.libro decimo. Hinc dicit Alexan.in lege,quamuis. de in ius vocan. quòd iniuria facta officiali Regis cenſefacta Regi:ſicut iniuria facta ſacerdoti,cẽſetur facta Deo: ſecundum Panormi.in capit.cùm ſit.columna ſecunda,de foro competen. Et ſi ſeruientes regi abutuntur, ad quem ſpectet cognitio,latè per Petr.Iacobum in ſua practic. tit. de conditio.ex lege.§.quadrupli.inſtit.de action. & latius per gloſſam in §. decimoquinto.titul.de iuriſditione omnium iudicum.in conſuetud.Bituricen.& Bartho. Chaſſ. in §.ſepti.in glo. *De ſimple recouſſe des iuſtices*.nume.35.

REX, parte non citata,iudicat: & valet ſententia ſecundum Baldum in lege,nec cauſſa.C.de appellatio.& in lege ſecunda.C.quomodo & quando iudex.& latè per Felinum in cap.cùm olim.de re iudicata.Philip. Deci.in cõſilio centeſimo nonageſimoprimo. numero 3.& Hyppol. in repetitio.legis, devnoquoq;.numero 10, cum quatuor columnis ſequen.ff.de re iudica.Pro qua quidem ſententia principis,ſemper præſumitur etiam in preiudicium tertii: Abba.in cap.niſi.columna ſecunda.de offic.lega. & in cap.cum inter.de excep.& in cõſilio octuageſimoquarto. columna finali.primo libr. & Dominic.in capitu. grandi. colum.ii.de ſupplen.neglig.præla.in vi.

ITEM, nullus niſi Rex aut Regina conſeruatorem habere poteſt illum qui ſub ſua iuriſditione degit.cap.fin. verſic.nec aliquis.de offi.delega.lib.vi.

Filii regũ non ſoluũt tributum. ITEM, filii Regum tributum aut cẽſum non ſoluũt, Matthæi decimoſeptimo.& habent prærogatiuam contra extrauagãtem,execrabilis Ioannis: ibi,Cardinalibus &c. ſecundum Ioannem Gal.in ſuo tractat.arreſto.in rubric. priuilegia regis,& eius filiorum.

ITEM, Rex cogit partes ad cõpromiſſum: ſecũdum Innocentium & doctor. in lege ,cum inter R. de electio. maximè quando ſunt inſignes perſonæ: ſecundum Bald. & Angel.in l.æquiſsimum.ff.de vſufruct.aut eſt timor ſcãdali. Ang.in autent.vt litigant.iur.col.ix.De quo,latè per Abb.& moder.in rubr.de treu.& pa.

Specialitates omnes, ET generaliter,omnes ſpecialitates,iura,& prærogatiuæ principum verificantur,& habent locũ in rege Fran-

corum, qui est tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis, inter alios seculi principes: teste Baldo de prohibita feudi alienatione, per Federi. De quibus specialitatibus & iuribus, latè per Baldum, Albericū & Pontanum in lege, imperium. ff. de iurisditione omnium iud. Martinum Lauden. in tractatu de princip. Corset. in tracta. de potesta. & excellen. regia. Iacob. de sancto Georg. in tractatu feudo. in verbo, princeps. Barba. in tractat. de præstantia Imperatoris & Regum. Vincentium Cygault in suo tractat. de fact. princip. capitulis regalibus. & Philippum Decium in consilio centesimo octuagesimoseptimo, columna secunda, in fine. Et de plenitudine potestatis, quid posint principes si ea vtantur, latè per Hyppolitum de Marsil. in repetitio. legis, de vnoquoque. ff. de re iudic. & in practica criminal. folio cxii. & eundem Decium, in consilio centesimo nonagesimoprimo & centesimo nonagesimooctauo, columna prima & penultima, numero 5. & 6.

iura, & prærogatiuæ habēt locū in regе Franc.

Caroli Degrassalii inter Cæsarei Pontificiique Iuris proceres, locum non infimum obtinentis, Regalium Franciæ libri primi

FINIS.

REGALIVM FRANCIAE,

FACVLTATES AMPLISSIMAS, QVIbus Christianissimi Frácorū Reges in hodierna Dei Ecclesia circa sacerdotiorū, seu beneficiorū collationes freti sunt, fruūtur, fruentúrque perpetuò, lepidissimè differētium, Liber Secundus,

Carolo Degrassalio Tholosano. I. V. Docto. clarissimo authore.

Audite hęc omnes gētes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Psal. xlviij.



Primum Ius:



RIMVM Ius quod habet illustrissim' Francorū Rex in Ecclesia sancta per gratiam Dei est, facultas conferendi dignitates & beneficia ecclesiastica in regno suo, iure regalię: quod sic appellatum est; quia Regibus ita peculiare esse Franci côten-

Christianis. Fr. R. habet potestatē dignitates cōferēdi & be

nescicia ecclesiastica in regno suo.

dũt, vt nihil magis ad ius regium pertinere possit, secundum Guag.lib.vii.c.iii. Nàm licet ius conferendi sit adeò spirituale, vt in laïcum cadere nõ possit, c.si quis deinceps. xvii.q.vii. & c.fi. de iure patro. secundum Io. Andr. in c.ii. de præben.lib.vi. cùm spiritualia nõ possint à laico possideri, c. caussam. de præscrip. c.fi. de reb.eccle.non alie.ca. bene quidem. xcvi.distin.c.peruenit.xcv.dist. & in c.imperium.i.dist. nec super illis statuere etiam in fauorem ecclesiarum possint principes seculares. c.quæ in ecclesiarũ. & ca. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõsti.c.ii. & ca. quanto. de iudic. qui, licet vngantur & coronentur, non tamen recipiunt aliquem ordinem ecclesiasticum, sed remanẽt laici. c.tua.i.de deci. & ca. dudum.eo.tit. Ob quod, de spiritualibus aut ecclesiasticis se intromittere non possunt: tamen hæc non procedunt in rege Christianissimo Francorũ: secundum Specu. in tit. de lega. §. nunc tractemus. versicul. sed nũquid legatus. vbi testatur specialiter pro Rege Frãciæ, quòd habet ius vendicandi in quibusdam ecclesiis vacantibus collationem beneficiorum ad illas spectantium: necnon temporalia seu redditus temporalium, durante illo tempore, percipiendi. Et idem Ioan. And. in additio. ad Specu. titu. de præben. versicu. item nota. Quod probatur per text. in ca. dilectus.iii. de præben. Per quem apparet, quòd Rex contulit decanatũm & præbendã ecclesiæ Andegauensis. & in ca. cùm inter. de consue. in parte decisio. vbi fit mentio de collatione præbendarum ecclesiæ sancti Petri de curia ciuitatis Cenomanen. probatur etiã per glo. Cardi. Alexan. & Archi. in c. imperium. x. distin. Spec. tit. ne sede vacan. in fi. & Ioan. Andr. in addit. ad eum. in d. §. nũc tractemus. facit glo. in summa. xvi. q. vii. & appellatur istud ius altũ, regalia: quòd fuit approbatũ per consiliũ Basiliẽse. in ti. de anna. §. Itẽ quòd dicta quinta pars. in prag. san. Et ecclesiæ, in quib⁹ Rex capit regalia, inter alias sunt eæ, vt ex registris parlamentorũ & cõputorum, & libro liliorum constat, Remeñ. Lauduneñ. Suessioñ. Tornaceñ. Cathalaneñ. Morineñ. Attrebateñ. Ambianeñ. Nouiomeñ. Siluanectеñ. Beluaceñ. Senoneñ. Parisieñ. Carnoteñ. Aurelianeñ. Niuerneñ. Antissiodoreñ. Treceñ. Mel-

Ecclesiæ in quib⁹ Rex capit sua regalia q̃ sunt.

deñ. Cenomaneñ. Andegaueñ. Bituriceñ. Claromonteñ. sancti Flori, Tutelleñ. Castreñ. Caturceñ. Aniciẽñ. Hedueñ. Cabilloneñ. Rothomagensis, Baioceñ. Ambriceñ. Ebroiceñ. Sagieñ. Lexouieñ. Constantieñ. & omnes aliæ ducatus Normaniæ: secũdum Ioan. Ferral. in v. iure, qui refert vidisse bullas originales in dicto libro liliorum sub quota lxxi. cum sex sequent. Idem in omnibus ecclesiis, quæ sunt de fundatione regali: secundum Ioan. Monach. & dominũ de sancto Geor. in capi. ii. de præben. libr. vi. vbi exemplificat de Lugdunensis ecclesia, & malè: quia capitulum confert præbendas, & non Archiepiscopus: secundum domi. de Selua. in tracta. de benefi. ii. parte, quæstio. xxiii. vbi tamen in hoc concordat, scilicet quòd in omnibus quæ sunt de fundatione regali, percipiat Rex regalia. Idem tenet parte prima. quæst. vii. exceptis ecclesiis parochialibus, quæ non cadunt in regalia: secundum glo. præallegat. titul. de anna. in pragma. sanct. & de selua, vbi suprà: tamen eo ipso quòd sunt de fundatione regali, sunt in saluagardia Regis: secundum Ioan. Gal. queſtio. lxxxv. Et de hoc iure Christianissimi Regis, testantur Guliel. de cug. & Bald. in l. meminisse. versi. extra quero. ff. de offic. procon. & lega. & idem Bal. in ca. quanto. in fi. de iudi. & Nico. Boe. in tracta. de offic. & potesta. legati in Francia. in iiii. præludio. & in commento consue. Biturigum. tit. de præscrip. in §. i. in glo. magna. col. ii. latè per Corse. in tracta. de potestate regia. quæst. xi. & q. lvi. & Vincẽ. Cyg. in suo tracta. de factis princip. ca. i. regali. circa fi. & ca. iii. & Ioan. Baptista de castellione. in addi. ad Albe. in dictionario suo, in verbo, Rex. Guliel. Benedict. in verbo, & vxorem. in ii. decisione. nume. 370. & Bartholo. de Chaffa. in v. parte cathalo. considera. xxiiii. nume. 177.

QVOD quidem ius altum & excellens Francorũ regibus competit: secundum aliquos ex consuetudine, secũdum glo. in verbo, reuerentiam. in c. consilia. xvii. dist. vel secundum alios, ex pręscriptione temporis immemorialis, quod habet vim constitutionis & priuilegii, l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æsti. & l. prima, §. fi. ff. de aqua plu. arc. ca. super quibusdam. de verbo. signi.

lxiii.distin.in summa.& cap.reatina.quia reges vncti non videntur personam meri laici obtinere:secundum Io.Mona.in d.c.ii.imò reges omes sunt clerici: secundũ Corset. in tracta.de potesta.reg.q.xl.& Bartho. de Chassa. in cathal.v.parte.cõside.xxiiii.nu. 18. tamen de rigore iuris, hoc procedere nõ potest:quia licet vnguantur.c.i. de sac. vnctio.non tamen recipiunt aliquem ordinem ecclesiasticum:secundum Specu.in §.nunc tractemus.præallega.& Pau.in cle.Romani.de iureiuran.& glo.in c. Valentinianus.lxiii.distin.ergo nec primam tonsuram,quæ inter ordines computatur:secundum Panor. in c. cùm in cunctis. §.inferiora.de elect.post glo.in proœ. sexti. sed laicorum numero continentur.c.tua.i.de deci.qui sunt omnino incapaces iurium spiritualium,vt illa possidere nequeant. c. caussam.de præscript.c.quãuis.& c.prohibemus. de deci. & sic,nec præscribere.c.sine possessione.de regu.iur. lib. vi.secundũ Io.Mona.& alios.in d.c.ii.de preben.& Pan. in c.dilectus.iii.de præb.nisi cũ tali consuetudine vel prescriptione cõcurreret fama priuilegii, vt in casu subiecto: quia tũc esset valida. per nota.in c.super quibusdã.§.præterea.de verb.sign.& in ca.cùm apostolica.de iis q̃ fiunt à prelato &c.vbi Io.And.& in c.i.de presc.lib.vi.& in add. Specu.ti.de præscri.§.restat.vbi dicit,regi in tali antiquato iure esse deferendũ,propter Pape tolerantiã & scientiã: qui de hoc est bene certificatus. vt patet per eius bullas in thesauris regis recõditas, loquẽtes expressè de regalis Frãcie:secundũ gl.in verbo,regalie.de anna.in grag.sanctio.

PRAESVMITVR enim princeps scire vulgatas consuetudines & vsus:secundũ Bal.in.l.ii.C.quæ sit long. consue.& Iaco.de san.Geor.in tract.feudo.in verbo,princeps.& Alexand.in consi.xxiiii.quintæ partis.

VEL secundum alios, competit istud ius altum Regi Franciæ, ex compositione facta in fundatione beneficiorum,arg.c.Eleutherius.xviii.q.ii.& c.nobis.de iu.patrona. dum tamen interueniret authoritas Papæ. aliàs secus. c.Massana.de elect.cũ similibus: vt patet in præbendis ecclesiæ villæ nouæ,prope Auinionem: quas Rex cõfert,& curia parlamenti de ipsarum petitorio cognoscit:secundũ

do. Bened. in verbo, & vxorem. decisio. ii. nu. 369. & seq. & in addit. incipiente, ius regalię. vbi, de hoc iure regaliæ Francorum regum, aliqua notanda dicit.

VEL secundum alios, & melius: istud ius Francorum Regi competit ex priuilegio apostolico. c. Adrianus. lxiii. distin. & c. hinc est. xvi. q. i. vbi dicit text. quòd sine regali prouisione ipsius regis Fráciæ, & monachorum electione, nullus assumatur in Abbatem illius monasterii. glos. in ca. consilia. §. hinc etiam. xvii. distin. glo. & Archi. in c. imperium. x. distin. Specu. tit. ne sede vacan. in fi. & tit. de legato, præalleg. Et istam opinionem tenet Corse. de potesta. reg. q. xi. Ioan. de sel. in tracta. de benefi. q. xxiii. suprà alleg. in ii. parte. & do. de Chassa. in cathalo. v. parte. considera. xxiiii. nu. 177. Stepha. Aufre. in repeti. cle. i. de offi. ordinarii. in xxv. fallen. & gl. in d. tit. de annatis. in prag. sanct. quæ dicit idem esse in regibus Hungarię & Anglię, qui in eorum regnis conferunt beneficia ex priuilegio Papæ: secundum Bal. in l. rescripta. C. de preci. imperato. offeren. Idem tenet glo. in summa. xv. q. vii. quæ dicit, quòd Rex Apulliæ habet inuestituras beneficiorum ex priuilegio Papæ: quam sequitur Io. And. in addi. ad Specu. tit. de lega. §. nunc tractemus. prealleg. idem Inno. in c. quod sicut. in glo. incipien. Episcoporum. de electio. & ibi Ioan. And. do. Anto. de but. & Abba. Panor. idē Io. Andr. in addi. ad Spec. tit. de præben. §. pen. & in ca. nobis. & ibi Anto. col. pen. de iur. patro. glo. in c. laicis. xvi. q. vii. Archi. & Domini. in c. hortamur. lxxi. distin. Pet. de Anchar. in cle. per literas. de præben. lib. vi. Anto. in c. massana. de elect. & in c. in nostra. de rescript. Abba. in c. dilectus. de offi. lega. Anto. in c. quanto. de iud. & in c. preterea. i. de iur. patro. & ibi Henri. Boyer. & Io. de Imo. in c. qđ in dubiis. in i. not. de renun. & Ign. c. ad supplicationē. iiii. nota. eo. tit. Abb. & Imo. in c. dilect⁹. iii. de pbē. & in rubr. de iud. col. iii. Facit etiā tex. in c. Adrian⁹. & in c. in synodo. lxiii. dist.

QVOD quidē ius habet Christianissimus Rex vltra Imperatorē, Duces, & Principes Alemaniæ: quicquid dicant Bal. in c. quāto. de iud. & Spec. in tit. de preben. versi. Item nota. Nam Imperator non habet potestatem confe-

rendi,sed faciẽdi recipi tantũ. Et vocantur primariæ preces imperiales,sed lata est inter hæc differentia,vt per Ioan. Andr.in addi.ad Specu.loco præalleg. Nec obstat tex. in cap.fi.de concessio.pręben.qui videtur velle Comitem aut Comitissam Flandriæ habere ius conferendi beneficia:quia debet intelligi de præsentatione, non de vera collatione:secundum Panor.& docto.ibi,ex quibus clarè ostenditur,quanta vltra Imperatorẽ & alios principes gaudeat prærogatiua in ecclesia sancta dei Rex Francorum illustrissimus. Nec obstat præmissis ca.generali.de electio. lib.vi.quia de iis qui de nouo hoc vsurpant, vel aliàs abutuntur,loquitur : secus in iis qui ex antiqua consuetudine & priuilegio hoc habent,vt Rex Christianissimus.

ITEM, de perceptione fructuum (vacantibus ecclesiis)loquitur: de collatione autem præbẽdarum aut beneficiorum,nihil. Tertiò patet responsum,quòd illæ constitutiones non fuerunt receptæ in Francia:secun. Spec. tit. de appella.§.nunc tractemus.in fin.& Ioan. Andr.in cap. Romana.§.debet.de appel. Quare remanet ius istud regaliæ Christianissimo Regi intactum.

SED (vt plenius materiam istam attingamus) notanda sunt aliqua specialia in istis bñficiis, q̃ sunt de regalia.

ET primum speciale est,vt generali Papæ reseruationi non subiaceat.argu.ca.cùm dilectus.& ibi docto.de iure patron. Ita fuit arresto decisum de beneficiis vacãtibus in curia:secundum Ioan. Gal.in q.xx.in fi.& q.cxiii.

ITEM, non subiacent edictis seu cõstitutio.& decretis concilii Basiliensis,& per cõsequens nec nominationibus vniuersitatum : secundum do.de sancto Geor. in c.ii. de præbẽn.lib.vi.Io.F[illegible]ral.vbi suprà.& Iaco.Bonaudi in suo panegyri.& gl.in verbo,ecclesiastico.in §. item quòd ad dictas duas partes.tit.de colla.in prag.sanc.& Vincen. Cygault.in suo tracta.de fact.prin.c.i.regali.in fine.

SECVNDVM speciale est,ꝙ licet possessori incolorato cui superuenit titulus coloratus, nõ requiratur alia possessione virtute tituli colorati.§.interdum.insti. de re. diuisio.secus tamen in collatione regaliæ: in vim cuius,oportet nouam possessionẽ beneficii accipere.glo.in verbo

coloratum.in fi.in titu.de pacifi.possesso.in pragm.sanct. quæ dicit hoc iure non probari,sed satis est ita esse cõsuetudine introductum: quæ circa acquirendam aut transferendam possesionem attendi debet.c.ii.de consuetu.per Barba.& doct.in rubri.de caus.poss. & prop.nisi in collatione regia esset apposita clausula non obstante,quòd virtute collationis prædictæ nõn fuerit adeptus possesioné: quia tũc secus,secundũ.Io.Gal.in quęst.arre.deci.q.xxii.

TERTIVM speciale in istis beneficiis quæ sunt de regalia est, quòd quãuis possessor coloratus triẽnalis non posit amplius inquietari,obstante decreto de pacifi.possesso.tamen hoc non procedit in casu regalię.Nam quantocunque tempore quis possederit beneficium quod cecidit in regalia,potest inquietari à regalista,donec regalia fuerit impleta.Hoc enim casu, collatio ab alio quàm à rege Christianisimo facta,est nulla & incolorata.gl.est notab.valde in verb.beneficiũ.in tit.de pacifi.poss.& de hoc est ordinatio in stilo parlamenti in instructionibus abbreuiatis,sub tit.de causis de quibus curia parlaméti cognoscere consue.arti.iiii.quamuis hodie per ordinationẽ Ludo.xii. cesset collatio regaliæ post xxx. annos ab illius apertione computandos: sed in articulo secundo dictarum instructionum ostenditur,quando dicatur beneficium vacare in regalia,in hæc verba.

ITEM dicitur beneficium vacare in regalia, quando vacat sede episcopi aut archiepiscopi vacante: & posito ꝙ archiepiscopus vel episcopus sit electus aut prouisus, vel etiam confirmatus & missus in possesionem ecclesiæ suę, omnia beneficia ad ipsius collationem pertinentia quæ va cauerũt à tẽpore vacationis ipsius ecclesię,donec ipsiꝰ prelati persona ad fidẽ & homagium Regis recepta fuerit in regalia,vacare censent & reputantur,illorúmq; Regi collatio pertinebit.In sequenti verò articulo deciditur quando est data prælato sufferentia seu sursciancé respectu fidelitatis & homagii:quod nihilominꝰ beneficia interim vacantia cadunt sub regalia:vt ibi.

QVARTVM speciale est,quòd in tali impetratione regia nõ oportet exprimere diœcesim, nec se clericum

dicere: & collatio facta per Regem, sub conditione si vacet, valet & tenet: secundum Io. Gal. in quæstio. per arrestum decis. xxii.

ITEM, ad prædicta est addendum, quòd sicut Rex Francorum confert beneficia iure regaliæ, ita & filius suus primogenitus Delphinus in Delphinatu confert aliquas capellas: & maximè capellam sancti Vincentii ecclesiæ beatæ Mariæ Grationopoli. per illustrissimum Regẽ Carolum Magnum fundatam, secundum Guido. Pap. in decisio. Delph. q. clxxxvii. Idem in canonicatibus & præbẽdis sancti Andreę Grationopol. quas idem dominus Delphinus Franciæ ex indulto apostolico confert: secundum eundem Guido. Pap. in consi. lxviii. circa finem.

Rex iure Regaliæ cõfert canonicatus & præbẽdas in ecclesia impuberibus, post sepiẽ annos.

QVINTVM speciale est, quòd Rex canonicatus & præbendas in ecclesia cathedrali confert iure regaliæ impuberibus, post septem annos: iuxta cap. ex eo. de electio. lib. vi. quicquid notetur per Hostien. & Ioan. Andr. in cap. si eo tempore. de rescript. in vi. Panor. & Docto. in cap. super inordinata. de præben. Ita decisum fuit per arrestum in personam Magistri Ioannis de Cossiaco, contra Croquelim. xviii. April. Anno M ccclxxxviii. Multa alia specialia huius iuris sunt, quæ de nouo domi. Arnulphus Ruzeus Doctor Aurelianus collegit, vsq; ad numerum, xxv. quæ non transcribo. Cuius tractatus in lucem iam prodiit.

INSVPER, non est omittendum quòd ad caussam huius iuris regalię fuit aliàs orta controuersia inter Bonifacium octauũ summũ Pontificem, & Philippum Francorum Regem, cuius Bonifacius scripsit in hunc modum, Collatio beneficiorũ spiritualis est: secus credentes hæreticos reputamus. Cui Philippus respondit, Collatio beneficiorum ad nos iure regio pertinet & spectat: secus credentes fatuos & dementes reputamus. De quibus literis hincinde missis, testatur Stephanus Aufred. in repe. cle. i. de offi. ordina. in hunc modũ, Bonifacius Episcopus &c. Philippo Francorum Regi, Deum time, & mandata eius serua. Scire tẽ volumus, quòd in spiritualibus & temporalibus nobis subęs, & beneficiũ ac præbendarum ad te col-

latio nulla spectat. Et si aliquorum vacantium custodiam habeas: fructus successoribus reserues: & si quę contulisti, collationes tales irritas decernimus: & quatenus de facto processerant, reuocamus: secus credentes hæreticos reputamus. Datum Laterañ. Nonis decemb. Pōtificatus nostri anno i. Rex autē respondit vt sequitur, Philippus dei gratia Francorum Rex, Bonifacio se gerenti pro summo Pōtifice, salutem modicam siue nullam. Sciat tua maxima fatuitas, in temporalibus nos alicui non subesse, aliquarum ecclesiarum & præbendarum collationem ad nos iure regio pertinere: & fructus earum vacatione durante nostros facere: collationes à nobis hactenus factas & imposterum faciendas fore validas: & illarum vigore, possessores contra omnes viriliter nos tueri: secus autē credentes, fatuos & dementes reputamus. Datū &c. Propter quam controuersiam, orta sunt bella: & tandem liber sexti compilationis editus, cuius autbor fuit Bonifacius prędictus: sed non fuit receptus in Francia, prout hæc notantur in d.ca. generali. de electio. lib. vi. & Philipp. Parisien. refert in tracta. de potest. ecclesiastica. De quo iure regaliæ, vltra textus, glos. & docto. præalleg. testatur Guaguinus lib. iii. c. i. ibi, Quibus beneficiis, vt Pōtifex gratię aliquid repēderet, Carolū multis ornauit priuilegiis: quorū istud maximū fuit, donare ecclesias idoneis sacerdotibus posse: id à sacerdotibus inuestitura vulgò appellaī: sine qua, ecclesiā vel (vt nūc loquimur) beneficiū nemo possidebat. Recipiebat enim à Rege, qui beneficiū adepturus esset, anulū vel simile quidpiam, argumentum scilicet, Regiæ in eum gratitudinis. Interest enim Regū, nosse qui maiores maximè ecclesias administrēt, quarū ipsi tutores sunt, protectores, defensores, & patroni: secundū Archid. in capi. lectis. lxiii. distin. & Bal. in c. quanto. de iudiciis. Sed an regalia locū habeat durante commenda, seu an in episcopatu commendato illimet qui eum prius habebat in titulum, videbatur regalia aperta: latè per Ioan. Gal. in q. xx. Et pariter aduertendū est, quòd ad solum Regem & eius parlamentum spectat cognitio & determinatio, tam in possessorio quā petitorio horum beneficiorū iure regaliæ collatorū, aut per Re-

gem cõferri solitorum: absq; eo, quòd quis posśit trahi in curiã Romanã, vel coram Iudicibus ecclesiasticis: ex ordinatione regia ædita, die xix. Iunii, Anno 1464. in hæc verba, *Loys par la grace de Dieu Roy de Frãce, A tous ceulx qui ces presentes lettres uerront, salut. Comme entre noz autres droictz à nous appartenãs, nous ayons droict à cause de nostre couronne, souuerayneté & temporalité, & soyons en posseßion & sayßne tant par nous cõme par noz prædecesseurs Roys de Frãce, de tel & si long tẽps qu'il n'est memoire du cõtraire, de cõferer les benefices ecclesiastiques uacãs en Regale, en nostredict Royaume: & dont la totale declaration cognoissance & determination, en cas de debat ou question, appartient à nous ou nostre court de parlemẽt tant seulemẽt, sans ce que autre Iuge ecclestiastique ou tẽporel quel qu'il soit en puysse ou doibue cõgnoistre ou soy entremettre: & sur ce ayẽt estẽ le temps passé dõnez plusieurs arrestz & iugemẽs. &c.* Quã quidem ordinationem ad longũ refert Ioan. Gal. in fine suarũ questionũ. fo. cxxi. versi. ibi, *Sensuyuent aucunes ordõnances &c.* Sed an Rex Franciæ in collationibus beneficiorum posśit vti decreto irritante, per eundem Ioan. Gal. q. lxxix.

FINALITER, non est omittendum quòd Rex Franciæ iure alto regaliæ vtitur, nedũ in ecclesiis cathedralibus aut Metropolitanis, imo etiã in Abbatialibus seu monasteriis: vt in principio sui regiminis seu aduentus ad coronã, posśit in dictis monasteriis quę sunt de gardia sua & regalia, ponere vnũ monachum: & in monasteriis monialium, vnam monialem: & sic fuit pronunciatum per arrestũ parlamenti Parisiensis, Anno. 1274. contra moniales de Cuciaco, nolentes recipere quandã domicellã quã Rex ibi miserat, dicentes carere Abbatissa: sed hoc non obstante, fuit dictũ, quòd ibi maneret, & de bonis monasterii viueret: sed non vestiretur, donec creata esset Abbatissa: vt habetur in d. trac. arresto. Ioan. Gal. f. cxii. quæ pro nunc ad probationẽ huius primi iuris regii in ecclesia dicta sufficient: hoc solùm addito, quòd isto iure & aliis regalibus vti potuit Delphinus regni administrationem habens, Rege captiuo, vel aliàs impedito. l. si operarũ. ff. de operis liberto. per Bal. in l. liberti libertæq;. C. illo. eodem titu. Ita

fuit decisum pro Ioanne de superuarenna contra Stephanum Broneti, Anno 1363. die xv. Nouẽbris, in parlamẽto Parisiensi. facit l. milites, & l. diuo Marco. C. de quæstio. l. venia. C. de in ius vocã. & l. q manumittitur. C. de oper. liber. cũ concord. in eis positis. Ex quibus patet, quòd prærogatiuę patris ad liberos transeunt: iuxta illud Ioan. xvi. Omnia mea tua sunt: quia pater & filiꝰ eadem persona reputantur. vt latissimè per multas decisiones tradit Hypp. de Marsi. in l. ii. ff. ad legem Corne. de sica. & in sing. cclx. Philippus Decius in consil. cclx. nume. 6. Panor. in consil. lxxxvi. vbi consuluit in regno Castellę. Facit gl. sing. in c. si. xxiiii. q. i. inquantum dicit, ꝙ filius Regis dicitur Rex viuente patre: sicut filii Imperatorum dicuntur Augusti & Cæsares. glo. secunda, in capi. Adrianus. lxiii. distin. quę procedunt & intelliguntur, vt habeant dignitatẽ sine administratione: secũd. Ias. latè in l. in suis. in iii. not. ff. de libe. & posth. Ideo dictũ est suprà, Rege captiuo, vel aliàs impedito. Quo casu, plena regni administtatio & generalis cũ libera, ad eius primogenitũ Delphinũ pertinet & spectat: vt per plura cõprobat Io. de terra rubea, in opere edito contra rebelles suorum Regum. in secũdo articulo primi tractatus, & quarto articulo tertii, etiam patre inuito: secundum Corsetum in tracta. de excellentia regia, quæstione vigesimaquinta.

Regna terræ cantate Deo, & psallite Domino. Psal. xlvii.

Secundum Ius.



SECVNDVM Ius Altum quod habet Rex Franciæ in ecclesia sancta Dei est, ꝙ quamuis sit laicus & coniugatus, tamen canonicatus & alia beneficia ecclesiastica ritè & iuridicè ob excellentiam suæ coronæ tenet & possidet. Pro quo iure de-

R. F. licet laicus & cõiugatus, tamẽ Canonicatus, & alia be-

neficia ecclesiastica ob excellentiã suæ coronæ tenet & possidet.

scribendo, est præsupponendum, quòd de iuris cõmunis dispositione, laicus est omnino incapax ad beneficia ecclesiastica obtinenda. c. cùm adeò. & ibi Panor. de rescript. c. ex literis. de transac. Ideo, laicus ad beneficium præsentari non potest, nec ad illud, rescriptum impetrare: secundum do. Anto. de But. in c. consultationibus. de iur. patr. & canonicus esse nõ potest. c. ii. & ibi Abb. Pa. de instit. Facit, quia laici non habent se immiscere inter clericos in ecclesia. c. i. de vi. & ho. cleric. nisi sint inuiti à clericis. Et tunc, cantare possunt cum eis, quando sunt boni cantatores, vt sunt communiter in Francia: secundum do. Abba. in d. c. i. Facit. c. ad hæc. de relig. domi. & c. ad nuptiarũ. de conse. distin. i. c. ii.. & c. quanto. de iudi. & ibi Phili. Deci. latè, & Abb. in disputatione incipi. episcopus. in iii. dubio. & tex. in c. dilectus. de conces. præben. c. fi. xxvii. distinc. iũcto c. bene quidem. xcvi. distin. cum similibus. Ex quibus patet, quòd laici in ecclesiis præfici non possunt nec debent.

HOC tamen fallit in Rege Christianissimo Franciæ, qui, licet vngatur & coronetur, tamen remanet laicus. ca. tua. i. de decimis. vt dictum est suprà in iure preceden. Ob quod, incapax ad beneficia videbatur: tamen in contrariũ est veritas, secundum panor. in repe. §. quia verò. colum. xiii. cap. extirpandæ. de præben. vbi dicit, quòd est canonicus in multis ecclesiis sui regni, vt in ecclesia sancti Hilarii Pictauiensis ciuitatis. glo. in verbo, regaliæ. in titu. de annatis. in prag. sanct. & de Selua. in tracta. beneficiali. ii. parte. q. xxiii. & experientia docet. Nam in ecclesia beati Martini Turonen. & in ecclesia Andegauen. & Cenomanen. Rex Francorũ præbẽdas habet canonicales, quarum redditus remittit Baiulis seruientibus ecclesiis prędictis: & aliquando si præsens est, distributiones quotidianas capit tanquam canonicus: secundũ Io. Ferral. in tracta. de insig. peculia. reg. Frã. in vii. iur. & Iac. Bonau. in suo panegyri. vbi dicunt, hoc ius Francorum regi competere ex consue. præscripta aut potius immemorabili, ratiõe sacræ vnctionis: per quam non videtur personam meri laici gerere: secundũ Io. Mona. in c. ii. de pręben. & Corse. in trac. de potest. & excel. regis. q. xl. vt suprà in xi. iure dictum extitit:

vel ſecundum alios, ex compoſitione facta in fundatione eccleſiarum prædictarũ.ca.Eleutherius.xviii.q.ii.Sed verius eſt,quòd ei competat iſtud ius altum ex dono ſeu priuilegio apoſtolico, ad laudem & gloriã ſacrę coronæ Frãciæ cõceſſo:ſecũdum do. de Selua,in prædict.tra.i.parte. q.vii.& Stephanum Aufre.in repe.cle.i.de offi.ordi.xxv. fallen.Quia poteſt Papa priuilegiare laicum,vt teneat beneficia:ſecundũ Inno.& Abb.in c.quanto.de conſue.glo: in c.bene quidem.xcvi.diſt.latè per doc.in c.ii. & de iud. De hoc iure regio Chriſtianiſ. regis,vltra doct. prælleg. teſtatur Baptiſ.Fulgo.ſub titu. de religionis cultu.in fi.in verba hæc, Rebus ad religionem pertinentibus finem imponet cõſuetudo,quã noſtris quoq; temporibus, Gallorũ Reges obſeruant. Nam cùm in multis tẽplis per ea regna Canonicorum ordinationũ numero adſcripti ſint, ſuperna illa poteſtas quę alios Chriſtianos principes antecedit, cùm ad eiuſmodi templa contingit reges accedere, depoſitis regiis ornamentis,lineam veſtem ſacerdotali more cũ aliis canonicorum inſigniis deſumunt,muniáque ſua cum aliis canonicis obeunt: arbitrati non modo indignã regio honore rem nullam in eo à ſe fieri, ſed potius regium honorem priſco more ſacerdotio vehementer augeri.

Deum timete,& Regem honorificate.primæ Petri. capite ii.

Tertium Ius.



ERTIVM Ius altum & excellẽs quod habet Rex Frãciæ in eccleſia ſancta Dei ab Adriano Papa cum conſilio vniuerſali cõceſſum,& longæua conſuetudine roboratum eſt,quòd in electionibus prælatorum debeat eius cõſenſus requiri:ita quod illo deficiente,electio nõ confirmetur,nec epiſcopus conſecretur.textus eſt elegans & ſingularis in c.Adrianus. iũcto c. in ſynodo.lxiii.diſt.ſecũdũ Barth.Chaſſ.in catha.v.parte.

Regis conſenſus in electio.prælatorũ requiri debet.

confidera.xxiiii.nu.294.&Io. Ferral.in d.suo trac.de insig.peculia.regni Franciæ.in ix.iure.vbi dicit, mirandum quod legitur in c.hinc est.xvi.q.i.quoddã esse cœnobium in regno Frãciæ constitutum, vbi sine regali prouisione & monachorum electiõe, nullus Abbas assumitur: & credit, ꝙ si abbatia sancti Petri de cultura Cenomaneñ. in cuius electione, consueuit procurator regis interesse, & quicũq; contra decretũ & ius prædictum Frãcorum regi cõcessum agere conaretur, vltra excõmunicationem Papalem in exilium mitti debet, cum publicatione bonorũ suorum: per illos tex.in fi.per quos sustinẽtur sentẽtiæ & arresta contra aliquos viros ecclesiasticos regiis præceptis inobedientes lata. Et ita quotidie obseruatur per istud ius: de quo testatur Guagui.lib.iiii.c.i.ibi, Quibus beneficiis, vt Pontifex gratiæ aliquid repẽderet, Carolum multis ornauit priuilegiis &c.& ibi, Interest enim regũ, nosse qui maiores maximè ecclesias administrent, quorũ ipsi tutores sunt. Vnde, in regno circa episcopatus aut magnas dignitates (sine placet regis) nihil fit, nec obeditur: secũdum Vincen. Cyg.in c.in regali.& latè Corse.in tract.de potesta.& excel.reg. q.xi. Facit gl.super verb.princeps. in c.de hoc.de syno.c. nobis. de iur.patro.glo.in c.sacrosan.& c.cùm terra. & c. quòd sicut.de electio.& ibi Inno.& Ioan.And.vbi dicunt posse consuetudinem induci, vt ecclesia vacãte, non procedatur ad electionẽ, nisi prius morte prælati regi nuntiata: & de procedẽdo ad electionem, postulata licẽtia. Quibus omissis, si fieret, esset quassanda.c. Abbatẽ.ii.xviii.qu.ii.& ibi gl. De quo per Bal.& Panor.in c.i.de consuet. Facit.c. lectis.lxiii.dist. Et ita seruatur in multis ecclesiis regni Frãciæ: secundum eundem Inno.in d.c.quòd sicut.& Henri. Boyer.in c.nobis.de iur.patro.& glo.in verbo, Pontifex. in c.ii.§.verũtamen.de electi.in prag.sanct.quicquid dixerit Panor.in d.c.quòd sicut.argu.c.cùm terra.illo eod.tit. Nec obstat.§.verũ.in c.quia sancta.eadẽ disti. quia loquitur de reuocatiõe priuilegii, quod fuerat cõcessum Carol. Frãcorũ regi, de eligẽdo seu ordinãdo Rom. Pontifice: vt patet in d.c. Adrianus.& sequẽ.nõ autẽ de aliis priuilegiis regi concessis circa electiones prælatorũ & eorũ inuesti-

turas & approbatiões, meritò debet remanere in suo esse: quia reuocato vno articulo priuilegii, alii in eo cotẽti non videntur reuocati.c.si eo tempore.de elect.in vi.Panor.& doc.in c.super literis.de rescrip. Secundò ad illum tex. po test respõderi, quia loquit̃ de reuocatiõe iuris imperialis, non regalis:prout fuit illud de inuestiẽdis episcopis in regno suo:quia illud est cõsequutus Carolus potius vt Rex Francorum, quàm vt Imperator.vt patet ex illo text.in c. Adrianus.& melius ex tex.in c.in synodo.in prin.pręalle. Tertiò potest aliter respõderi, quòd Papa Stepha. author illius.§.verum. sine synodo vniuersali, priuilegium prædictum reuocare non potuit, cùm esset per vniuersale concilium concessum.argu.notato.in c.in canonicis.xcix. dist. Nam fortius est, quod per vniuersæ ecclesiæ statutum firmatum est.c.puto.ii.q.vii. Facit iuris regula nihil tam naturale.ff.de reg.iur. & maximè quia nõ fit propriè donatio, sed seruitiorum per Carolum ecclesiæ impensorum:de quibus Guagu.lib.iiii.recompensatio:& sic irreuocabilis. l.aquiliùs regulus.ff.de donat.per Pa.in rubri.& c.fin. de dona.Imò tunc propter seruitia ecclesiæ verè impensa, res ipsius iustè alienari possunt.l.iubemus.§.i.C.de sacrosan. eccle.Nec pariter obstat tex.in c.ego Ludouicus.lxiii.distin.inquantum dicit priuilegio fuisse renuntiatum. Nam verum est respectu electionis & ordinationis Romani Põtificis tantùm, non autem in cæteris.Et adhuc magnum esset dubium, an renuntiatio regis sine consensu regnicolarum habeat robur, cùm cẽseatur alienatio. De quo latè notat.in c.intellecto.de iureiuran. & aliquid per Bal.in ca.i. §.in generali.si de feud. fue.controuer.inter do.& agnat. versi.quęro vtrum Rex Franciæ posꝭit alienare inuitis ciuibus:& concludit, quòd non. Est tamen intelligendum istud ius altum Francorum regis esse hodie restrictũ ad ecclesias regaliæ subiectas, in primo iure huius secundæ partis enumeratas. In quibus, Rex dat eligendi licentiã prius morte prælati ei denuntiata:iuxta plenè dicta per Panor. Ioan.Andr.& alios in c.i.& c.cùm terra.de electio.Sed in aliis ecclesiis secus est, secundum do Bene.in repet.solẽni. c.Rainutius.in ii.decisione.de testamen.

SED ex pmisione ecclesiæ gallicanæ & tenore pragmaticæ sanctionis, potest Rex Christianissimus etiam in aliis ecclesiis vti precibus beneuolis, pro personis benemeritis.c.ii.§.fi.de electio.in pragma.sanctio. Nec obstat c.sciant cuncti.de electio.lib.vi.quia non est expressè derogatum iuri Frācorum Regis: cuius iura euelli non possunt, sine magna caussa, & facta expressa mentione: vt patet per bullam Papalem, quam refert Ioan. Ferral. vbi suprà. Ita quòd si eligentes elegerunt alium quàm ex nominatis à principe ipso prosequente contemptū, quassabitur electio: quæ non est ipso iure nulla, licet facta cōtra priuilegium principis, c. consideramus. & ibi Panor. & doct. de elect. & c. abbate, de verb. signifi. sed annulanda. Ita tenet & latè prosequitur de Selua, in tract. beneficiali. in ii. parte, q. fi. & do. Bened. vbi suprà: qui dicunt hoc esse verum, pluribus concurrentibus. Primò, quòd preces illæ procedant motu proprio Regis, & non ad instantiam & prosequutionem alicuius. Secundò, quòd cessent comminationes & violentiæ. Tertiò, quòd benignæ sint. Quartò, quòd pro personis benemeritis & zelātibus bonum reip. Quintò, quòd non vnū tantùm, sed plures Rex nominet. Sextò, quòd nō in qualibet vacatione vtatur istis precib⁹: sed aliquando, scilicet semel in vita. Quæ latissimè prosequuntur doct. præalleg. Sed in vnum circa hæc differenda & interpretanda laborauerunt, cùm hodie per concordata inter Papam & Regem Christianissimum, Rex ecclesiis cathedralibus & regularibus regni sui nominando & præsentando successorem idoneum certo modo qualificatum, prouidere possit & valeat. Quòd etiam procedit de iure diuino: vt habetur Exod. xxviii. de Moyse Hæbreorum duce, qui constituit Aaron sacerdotem: & de Iuda Machabæorū duce, qui elegit sacerdotes. 1. Machab. 4. c.

CVIVS iuris & regalis prærogatiuæ plures sunt rationes. Prima est, quia ferè omnes maiores ecclesiæ feuda ampla à Rege Christianissimo obtinent: secundum Spec. tit. de feudis. §. quoniam. versi. xxiiii. quæritur. vbi de episcopo Magalonensi, qui secundum eum tenet in feudum villam Magalonæ à Rege Francorum: & sic de aliis. Ob

caussam

caussam quorũ feudorum, faciunt Regi homagiũ, & fidelitatis prestant iuramentũ personaliter: nec Rex alteri cõmittit, sed etiã personaliter id recipit: vt sepius obseruatur.

SECVNDA ratio est, quia reges sunt patroni ecclesiarum cathedralium: secundum Archidia. in ca. lectis. cum tribus sequen. lxiii. disti. quem sequitur Bal. in proœ. decre. præsertim Rex Franciæ, qui omnium ferè ecclesiarum pontificalium & aliarum maiorum fundator aut saltem restaurator & dotator fuit, & est. Ob quod, in eorum renuntiatione requiritur regis consensus tanquam patroni: secundum Inno. in ca. fi. de renuntia. quem refert & sequitur Abb. in c. significatum. de præben. *Reges sũt patroni ecclesiarũ cathedraliũ.*

TERTIA ratio est, quia ista non est noua concessio, sed in pristinum priuilegium ab Adriano & aliis summis Pôtificibus Carolo magno côcessum reductio. Quod facilius fieri potuit, quàm de nouo concedere. arg. eorum quæ dicit Angel. in consilio. xcix. versic. nec obstat quòd propriè. & glo. in l. fin. §. penulti. ff. de dona. & Iaso. in l. si filius qui in potestate. col. fi. ff. de libe. & posthu.

QVARTA ratio quæ finalis fuit ad d. c. cùm longè potest esse sola regia dignitas & prerogatiua, propter quã, iuris præcepta relaxantur, aut transgrediuntur. ca. principes seculi. & cap. Regum officium. xxiii. q. cap. per venerabilem. qui filii sint legiti. cap. cùm parati. de appellatio. & ca. solitæ. de maiorita. & obedientia.

QVAE maximè procedunt & habẽt locum, quando ecclesia pôtificalis vacans esset in patria limitropha, seu in limitibus regni sita, & alteri regno aut nationi finitima: vt est Narbonẽsis, Biterrensis, Carcassoneñ. & aliæ huius patriæ linguæ occitanæ: in quibus, nullus præfici potest, nisi quẽ princeps deputauerit, l. ii. C. de fundis limitro. libr. xi. Quas ecclesias limitrophas Franciæ in specie describit Guliel. de monte ferrato, in commen. super pragma. sanct. in fin. quintæ partis. Quod priuilegiũ, cùm sit in corpore iuris clausum, censetur ab omni & quacunque dispositione exceptum. per glo. & ibi Barto. & Bald. qui eam notant in auten. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi opor. Et idẽ esset, si ecclesia pontificalis vacans loca aut castra haberet

fortiſsima, præſertim ſi in partib⁹ illis veriſimiliter timeatur de guerra mouenda: quoniam ſi eſſent ab hoſtibus occupata, non poſſent cõmodè recuperari. Ad hoc facit glo. quam doct.o. ita notant in l.ii. in princip. ff. qui ſatiſdare cogantur. Et idem eſt in beneficiis minoribus in limine ſitis, quæ ſine beneplacito Regis teneri non poſſunt: ſecũdum docto. prout refert & ſequitur domi. Benedic. in d.ii. deciſione. nume. 406. Intereſt enim regũ, noſſe qui maximè eccleſias adminiſtrẽt, quorum ipſi tutores ſunt: vt dictum eſt. Faciunt lex ſi quis aliquid. §. transfugæ. ff. de pœnis. & lex, omnes. §. exploratores. ff. de re milita. Propter quod, permiſſum erat & eſt Regi, opponere contra electum vel prouiſum à Papa, dicendo quòd habet cum ſuſpectum de proditione patriæ vel reuelatione ſecretorum: ſecundum Innoc. ſingula. in c. ſuper iis. de accuſatio. & ibi domi. Abba. Facit glo. in ca. i. lxii. diſtinct. Idem Abba. in c. ex parte Adæ. de teſti. & in ca. quod ſicut de electio. & Hoſtien. in ca. nobis. de iur. pratrona. glo. ſolennis in verbo, pontifex. in ca. ii. de electio. in pragma. ſanctio. & glo. præcedẽs in verbo, publici. ad propoſitum de ſuſpecto, exemplificat de Anglico. Sed fortè hodie ceſſat talis præſumptio ſeu ſuſpitio propter amicitiam & confœderationem, quæ eſt inter illuſtriſsimos principes Frãcorum & Angliæ. Et, quòd poſsit Rex opponere cõtra ſuſpectum, imò appellare: tenet Bald. in d. c. quod ſicut. & Genſeli. in extrauagan. Io. xxii. incipiente, execrabilis. ibi, in diuerſorum regnorum partibus. & de ſelua. in tractatu beneficia. parte ii. q. ſi. facit c. cùm longe. c. reatina. ca. nobis. ca. lectis. lxiii. diſtinc. Et, ſi dicatur, quòd Rex Hiſpaniæ habeat ſimile ius præſentandi in eccleſiis cathedralibus Hiſpaniæ, hoc eſt Caſtellę & Galliciæ tanquam patronus earum, per tex. ſingula. in c. cùm longè. lxiii. diſtin. & gloſ. in regulis Cancella. regu. xl. in fi. vbi dicit prouiſionem per Papam aliter factã ſine præſentatione Regis Caſtellæ non valere: per ca. decernimus. xvi. q. vii. & poſtea ſubdit non eſſe textum pro Rege Franciæ, ſicut pro Rege Hiſpaniæ: ſed in hoc malè dicit: quia eſt text. in ca. Adrianus. & c. in ſynodo. eadem diſtin. imò Hiſpani non habent hoc, niſi ex participatione

iuris Caroli Magni, qui Hispanos superauit. Et in fauorē cuiusdā matrimonii, Barsalonam & plures alias ciuitates dedit, eo iure & priuilegio sibi concesso: secundum Ioan. Ferral. in tracta. de insign. peculia. Reg. Fran. ix. iure suprà alleg. Sed verius est, vt hoc ex consilio Toletano habuerint: vt patet in suprascriptione dicti capi. cùm longè. lxiii. distinc. quia Rex concedens territorium suum, nunquam videtur concessisse regalia: secundum Alberi. in l. fina. ff. de iurisdi. omnium iudi. & Iaco. de sanct. Geor. in tracta. feudo. super verbo, de castro rubei montis. latè per Lucam de pen. in l. contra rempublic. C. de re mili. libro xii. & Ludo. Pontan. in consilio cclxxi.

Oīa subiecisti sub ped. &c. Psal viii.

Quartum Ius.



VARTVM Ius altum quod habet Christianissimus Francorum Rex in ecclesia sancta Dei est, quòd licet tam de iure diuino, quàm ciuili & canonico nullus princeps secularis subsidia ecclesiis aut ecclesiasticis personis sub nomine auxilii, subuentionis, doni, mutui voluntarii, aut charitatiui subsidii imponere aut recipere possit, Romano Pontifice inconsulto. per tex. in c. nō minus. & c. aduersus. de immunita. ecc. & c. quanquā. de censi. lib. vi. c. secundū canones. & c. sancitū. xxiii. q. viii. & l. placet. C. de sacrosan. eccle. & 3. Regū viii. c. & Exo. xix. Mea est (inquit Dominus) oṁis terra, in qua disposui, ꝙ ecclesiæ & sacerdotes earū essent liberi ab omni potestate secularium. Et ita obseruatū fuit per Pharaonem licet Tyrannum, vt habetur Gene. xlvii. & per Artaxersem, Esdræ i. cap. vii. ibi, Vobis notum facimus de vniuersis Sacerdotibus, Leuitis, Cantoribus, & Ianitoribus, Nathineis & ministris domus Dei huius: vt vectigal, tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos: Imò & apud paganos sacerdotes eorum tali gaudebant priuilegio, vt Druydes in Gallia, de quo Iulius Cęsar in commenta. lib. vi. ibi, Druydes à bello

abesse consueuerunt, neque tributa vna cum reliquis pen dunt, militiæ vacationē omniúmque rerum habent immu nitatem. De qua quidem libertate & priuilegio ecclesiasti co, latè per Iodocum Chlicthoueum in tract. de regis offic. c. vii. & glo. in verbo, diuino. ca. quamquam. de censit. lib. vi. Tamen Rex Franciæ ex singulari priuilegio, propter eius claritatē, pro defensione regni & patriæ impone re potest subsidium super gentes ecclesiasticas, quando im minet necessitas: etiam inconsulto Romano Pontifice: prout declarauit Bonifacius in bulla inserta in lib. liliorū: de qua meminit Ioan. Ferral. in iii. iure. & do. Guliel. Benedi. in repet. ca. Raynutiūs. in verbo, & vxorem nomine Adelesiam. nume. 103. de testa. in hæc verba, Bonifacius Episcopus &c. Et si de statu regni cuiuslibet, in quo catho licæ fidei veritas viget, paternæ solicitudinis studio cogitemus: ad statum tamen Christianissimi Regis Franciæ, in quo semper anteactis temporibus erga Romanam matrem ecclesiā viguit deuotionis integritas, reuerentię plenitudo splenduit, feruentis obedientiæ promptitudo &c. Dudum siquidem pastoralis officii debitum exequētes, in fauorem ecclesiarum & ecclesiasticę libertatis, authoritate apostolica duximus statuendum &c. Nos igitur huic mor bo congruam intendentes adhibere medelam, & vt cuiuslibet ambiguitatis scrupulus in hac parte tollatur, & veritatis puritas elucescat: authoritate præsentiū declaramus, quòd cōstitutio ipsa vel eius prohibitio ad donaria vel mu tua seu quæuis alia voluntaria prelatorum & personarum ecclesiasticarum eiusdem regni, cuiuscunq; ordinis, status vel conditionis existant, omni prorsus coactione cessante, se aliquatenus non extendat: licet ad id forsitan charissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Francorum illustris, vel successorum eius, qui pro tempore fuerunt aut officialiū &c. requisitio ciuilis & amica præcedat &c. Adiicimus insuper huiusmodi declarationi nostræ, quòd si prædicto Regi ac successorib⁹ suis pro vniuersali vel particulari eiusdē regni defensione periculosa necessitas immineret, ad huiusmodi necessitatis casum se nequaquam extendat constitutio memorata: quin potius idem Rex & successo-

res ipsius possint à Prælatis & personis ecclesiasticis dicti regni petere & recipere pro huiusmodi defensione subsidium vel contributionem, illúdq; vel illam Prælati & personæ prædictæ præfato regi eiúsq; successoribus (incõsulto etiam Romano Pontifice) teneañt & valeant sub quocę nomine aut aliàs, etiam impartiri. Non obstãte constitutione prædicta &c. Eiúsque necessitatis declaratio supradicta ipsius regis & successorum eius conscientias onerari, eísque innotescere volumus, quòd quicquid recipi vltra ipsius defensionis casum contigerit, in suarũ recipiant periculum animarum &c. Præterea, intentionis nostræ non extat per constitutioné prædictam seu declarationé præsentem, iura, libertates, franchisias, seu consuetudines, quę pręfatis Regi & regno &c. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Est ergo ponderandum verbũ, teneantur. in versicu. adiicimus. quòd habet importare necessitatem: per ea quæ notan. in l. sępe audiui. ff. de offic. præsid. Ideo, nõ repetit illa verba (cessante exactione) quasi sit tũc Regi permissa, quãdo de regni sui inuasione & defensione agitur. Quod etiã videtur esse de iure: secundũ Panor. in c. sicut. vltimo, de iureiur. vbi dicit, quòd quoties princeps inuaditur, si timor sit subitaneus & improuisus, ecclesia cõtribuere tenetur: secundum eundẽ Panor. in c. nõ minus. de immuni. eccle. De quo, plenè per Lucam de pen. in l. ii. & iii. de quibus muneri. se excusa. liceat. lib. x. & Ludo. Ro. in repet. l. si verò. §. de viro. fallen. liiii. versic. xxii. probatur. ff. solu. matrimo. vbi dicit, quòd iura prohibentia clericis imponi onus collectarum, non se extẽdunt ad casum, in quo est necessitas, propter publicam vtilitatem tuẽdam aduersus incursus hostium. per text. in l. nullus. in ii. & ibi Barto. de cur. publi. lib. xii. Facit etiam tex. in l. i. C. vt nemi. li. in emptio. speci. se excusa. libr. x. Pro quo, Regũ 3. c. xiiii. vbi Iohas Rex Israel pro necessitate, tulit omne aurum & argentum & vniuersa vasa quæ inuenta sunt in domo domini. & ca. xviii. vbi Ezechias dedit omne argẽtum quod repertum fuerat in domo domini, pro necessitate patriæ, vt ei subueniretur. Facit ca. tributum. xxiii. q. viii. Ex quibus, anno Domini 1522. Franciscus primus Rex Chri-

ſtianiſsimus, cùm inuaderetur in Italia ab Hiſpanis, Italis, & Alemanis: & in Picardia à Flamingis, Sicambris, & Anglis: in Campania ab Alemanis: in Vaſconia ab Hiſpanis: petiit tributum ſeu ſubſidium ab eccleſiis ſeu eccleſiaſticis perſonis ſui regni, quæ voluerunt ſe excuſare, dicendo inter cætera, dictam Bonifacianam fuiſſe reuocatam per eundem. in capit. quamquam. de cenſi. & in capit. clericis. de immuni. eccle. libro vi. Sed non eſt verum, quia cap. quamquam. de pedagiis & guidagiis tantùm loquitur: & ſic, extra caſum ſubſidii pro neceſſaria regni defenſione imponendi: in quo, ſecus per prædicta: capitulum autem, clericis. non obſtat, quia illi fuit derogatum per dictam Bullam expreſſam facientem mentionem: ibi, Dudum ſiquidē paſtoralis officii debitum exequētes &c.

ITEM, poſtquam dictū priuilegium fuit datum Regi & ſuis ſucceſſoribus pro ipſius regni defenſione, non dicitur perſonę, ſed potius loco & vniuerſitati conceſſum: & conſequenter, perpetuum nec reuocatorium: quia pro reipubli. ſubſidio & vtilitate: per tex. nota. valde, quem ibi ad hoc ponderat Bal. in l. vectigalia. C. de vectig. & commiſ. præſertim quia conceſſum in recompenſationem ſeruitiorum per ipſos Frācorum Reges eccleſiæ impenſorum. De quibus ſuprà, prima parte. iii. iure. Et ſic, etiam prætextu ingratitudinis, ſi quam Philippus pulcher in dictū Bonifacium quando eum priſonerium fecit, vt Platina, Philipp. Bergomen. & Guagui. libr. vii. referunt, commiſiſſet irreuocabile: ſecundum Panor. & docto. in rubri. & capi. fin. de donatio. per l. auream Aquilius regulus. ff. de donatio. & quòd merita & ſeruitia fuerint cauſſa dicti priuilegii, patet ex præfatione & narratiua dictæ Bullæ. Ex quo depræhenditur cauſſa finalis l. Pacuiuemus Androthenes. ff. de hæredi. inſtitut. & l. ii. ff. de origi. iur. ſecundum Panormita. in cap. quia circa. de conſangui. & affi. & Ludo. Roma. in conſilio xvi. columna prima. Quare remanet hoc ius excellens Chriſtianiſsimi Francorum Regis illæſum, vt neceſsitate vrgente inuaſionis & periculi, ſeu pro ſui regni vniuerſali aut particulari defenſione, poſsit ſubſidia ab eccleſiaſticis perſonis regni ſui exigere. Ideo, ſine cauſ-

ſa conqueritur Petrus Iaco. in ſua practi. poſt arbo. ſucceſ. Reg. Franc. dicens, quòd magiſtri in parlamento Pariſienſi defecerunt, & nulliter pronuntiarunt Regem eſſe potentem talliãdi clericos Claremonteñ. ciuitatis. De quo arreſto habetur in tractatu arreſto. articu.

POSSET tamen reſtringi pro concordia opinionũ legiſtarum & canoniſtarum, ratione bonorum temporalium eccleſiarum, quæ in feudum tenentur ab ipſo Rege, quæ ſunt ſubiecta de ſui natura defenſioni patrię & ordinationibus regiis: ſecundum Bald. in c. cùm veniſſent. de eo qui mit. in poſſeſ. cauſ. rei ſeruã. Ratione autem bonorum & reddituum ſpiritualium beneficiorum, ſecus fortè eſſet dicẽdum, vt ſic procedat opinio canoniſtarum contraria: de qua, in illo c. non minus. de immuni. eccle. Poſſet tamen Papa concedere laico decimam fructuũ beneficiorum certæ patriæ, vt fecit Alex. vi. anno 1498. qui Ludo. xii. Francorum Regi decimam beneficiorum Galliæ dedit pro vno anno, & Clemens vii. Franciſco primo illuſtriſsimo Francorum Regi, decimam beneficiorum conceſsit, anno 1530. Et propterea, dicit gloſ. in cle. ſi beneficiorum. de decim. quòd ſæpe practicatur iſtud in Francia: quem ſequitur Pau. de eleaza. dicens iuſtam eſſe cauſſam concedendi in ſubſidium & recuperationem terræ ſanctę, c. fi. de voto. & c. ad liberandam. de Iude. ſecundum Cardi. de zaba. ibi, in iiii. q. Faciunt nota. per Io. And. & alios in c. cùm ab apoſtolica. de iis quæ fi. à præla. ſine conſen. cap. Si tamen Rex venderet aliquã partem ſui regni, emptor non poſſet vti hoc priuilegio, ſecundum Spec. in tit. de immu. eccle. §. fi. & Philip. Fran. in c. quãquam. de cenſi. in vi. Sed Rex bona coronæ alienare non poteſt. glo. in verbo, depereunt. in proœ. pragmat. ſancti. per tex. in ca. intellecto. de iureiur. Latè per Guido. Pap. in quæſtio. Delphina. ccxxxix. & Philippum Decium, in conſilio cxci. parte prima. Ideo in deciſione Spec. non inſiſtendo, remanet hoc ius quartum eccleſiaſticum & regale expeditum.

Audite Reges & intelligite, & discite Iudices finium terræ. Sapien. vi.

Quintum Ius.

Regi Francorũ illustrißimo ipsiúsq́; iudicibus, Senescalis, & aliis officiariis cõpetit Ius in ecclesia dei & spiritualibus cognoscendi de possessoriis beneficiorum.



QVINTVM Ius Altum & præcipuũ Christianissimi Francorum Regis in ecclesia Dei & spiritualibus ex cognitione caussarum beneficialium & aliarum spiritualiũ in possessorio dignoscit̃, quod Regi & eius Iudicibus, Senescallis, Bailliuis, & Parlamentis competit̃ pluribus modis.

PRIMO, ex antiqua regni cõsuetudine, de cuius initio non est memoria: quę habet vim constitutionis & priuilegii. c. super quibusdã. de verbo. signi. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quotidi. & æsti. cum simi. De qua consuetudine regni, habetur in extrauagan. Sixti quarti, incipien. ad vniuersalis ecclesiæ. §. præterea. posita sub titu. de treug. & pace. in extrauagan. communibus. vbi expressẽ tale ius Christianissimo Regi competere ostenditur approbatur, & confirmatur. Ita attestantur, vltra illum textum. plures docto. scilicet Ioan. Fab. in §. retinendæ. institu. de interdic. Guido Pap. quæst. i. in decis. Delphi. Nico. Boe. in cõmento consue. Biturigen. titu. de iurisdi. om. iudi. §. iiii. idem Guido Pap. q. lxxxv. & ccccclii. in consilio lxviii. Gulíel. Bened. in repeti. c. Rainu. in verbo, & vxorem nomine Adelesiã. in ii. decisione, de testamen. & alii inferius allegandi, quibus famosis doctoribus de consuetudine aliqua attestantibus creditur: secundum Bar. in l. de quibus. ff. de legibus. Modò certum est de iure, quòd cõsuetudo tribuit aut tribuere potest iurisditioné. gl. in l. i. & fin. C. de emãcipa. libero. per tex. & ibi docto. in c. cũ cõtingat, de foro cõpe. & gl. in c. cõquestus. ix. q. iii. & in c. fi. xviii. q. ii. in c. dilecti. de arbi. c. nouit. de iudiciis. & in cap. cum dilectis. de fide instrumem. cum similibus. Quare, sequitur iurisditioné de possessoriis huiusmodi bene-

ficiorum cognoſcendi, Regi & eius officiariis ex conſuetudine (ſic vt dictum eſt approbata) competere.

SECVNDO, hoc poteſt Regi cōpetere de iuris cōmunis diſpoſitione, quaſi poſſeſſoriū etiā de re ſpirituali nō ſit ſpirituale, ſed temporale: per textū in c. cauſſam. qui filii ſint legiti. vbi Papa fatetur, quòd ad Regem, nō autē ad eccleſiam pertinet de poſſeſsione iudicare: ſecundum Archi. in c. cū dilectus. de ord. cognitio. Nico. de Niolis, in ſuo reperto. in verbo, beneficium. ver. beneficialis cauſſa. eundem Archi. & Io. And. in c. i. de reſtitu. ſpol. lib. vi. & Cardi. de zaba. in cle. diſpendioſam. de iudi. Guliel. de mon. laudun. in cle. i. de cau. poſ. & proprie. Et facit gl. in c. literas. de iura. calum. & in c. cùm dilectus. in verbo, iuramentum. de electio. Ideo, Iudex regius eſt iudex competens, quādo agitur ſuper poſſeſſorio: ſecūdū Vin. Arch. & Inn. in c. fi. de iud. & eūdē Inno. in c. cæterum. de iudi. quando dicit, quòd poſſeſſorium rei feudalis nō eſt dicēda cauſ. feudalis. Quod eſt verum de poſſeſſorio recuperādæ vel retinendæ: vt declarat Guido Pap. q. lxxxv. & idē, ſi agatur cōditione ex c. reintegrāda. iii. q. i. vel ex c. ſæpe. de reſtit. ſpolia. vel officio Iudicis: vt in c. ii. vt lite nō cōteſta. ſecundum Stepha. Aufred. in repe. cle. i. de officio ordi. in xxiiii. fallen. vbi dicit idem, ſi agatur de ſimplici ſaiſina vel diſſaiſina. De quo fuit latū arreſtū Pariſiis, Anno 1395. ſecus verò in poſſeſſorio adipiſcendę, quod plus habet petitorii quàm poſſeſſorii: ſecundum eundum Guido. Pap. q. i. prȩalleg. Verùm, quia hæc nō procedunt ſine dubio, propter contradicentes tenentes poſſeſſorium de re ſpirituali eſſe ſpirituale, ſeu quaſi cenſendum: prout tenēt Ioan. And. & Anto. de But. in d. c. fi. & plures alii relati p Panor. in d. c. literas. de iura. calū. vbi opiniones docto. circa hoc concordare nititur. Ideo, conueniens fuit, dictam regni Franciæ conſuetudinem antiquiſsimam per ſummū Pontificem confirmari, ad tollendū omne dubium: prout fecit Martinus Papa multis de cauſsis in ſua bulla cōtētis, cuius bullæ tenor eſt: Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorū dei, Ad futurā rei memoriā. Apoſtolicæ ſedis æqua & circūſpecta ꝓuiſio, quorūlibet & iura & trāquilitatē confo-

ueri fatagẽs &c. Cũ autem pro parte charifsimi in Chrifto filii noftri Caroli Regis Francorum illuftris, nuper nobis fuerit expofitum &c. Nos igitur ad omne ambiguitatis dubium tollendũ, fuper iis opportunè prouidere volẽtes eiufdẽ Regis in parte fupplicationibus inclinati, authoritate apoftolica, tenore præfentium declaramus intẽtionis noftræ non fuiffe neq; effe per dictũ aut per aliã quãcunq; conftitutionem, eidem Regi & eius regiæ iurifditioni, per quam (vt afferitur) tã Rex quàm fui progenitores fuper omni poffeforio à tanto tempore citra, quòd de eius contrario memoria hominũ non exiftit, confueuerint cognofcere, ĩ aliquo derogari voluiffe aut velle quoquo modo, ipfófq; & Regẽ & iudices &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noftræ declarationis &c. Datum Romę apud fanctos apoftolos cal. Maii, Pontificatus noftri, anno xii. Quam bullam prolixius ad longum refert Ioan. Ferral. in xi. iure, dę infig. pecul. Reg. Fran. & Guido Pap. q. i. pręallega. Et expoft, Romani Pontifices fciẽter tolerarunt & approbarũt, vt Leo x. Anno 1513. die iiii. Februarii, dum fcripfit literas fub anulo pifcatoris, in forma breuis Curiæ parlamenti Tholof. huius tenoris, Dilectis filiis Præfidentibus & Confiliariis curiæ parlamenti &c. Intelleximus litem feu controuerfiam fuper poffefforio monafterii fancti Petri de falino, & prioratu fancti Saturnini de portu in ponte fancti fpiritus ordinis Cluniacen. coram vobis iudicibus pendere &c. Hortamur vos in domino, vt pro noftri & apoftolicæ fedis reuerentia, eidẽ Ioanni in præmifsis, iuftitia mediante, afsiftatis: ac auxiliũ & fauores opportunos præbeatis vos in præmifsis &c. Datũ Romæ, apud fanctũ Petrũ fub anulo pifcatoris &c. Quod breue, ad fines, ne amplius de hoc iure Chriftianiffimi Regis dubitetur, fuit in regiftris prediċtæ curiæ parlamenti regiftratũ. Sed an talis epiftola Papę aut principis faciat ius in omnibus caufsis, latè fcribit Barba. in confil. xxi. col. i. in ii. volu. & vlterius dicũt Docto. præfati, quòd iudices regii in cognofcẽdo de poffefforio cauffarũ beneficialiũ poffunt partes fuccũbentes ad reftitutionẽ fructuũ & expenfarũ condemnare, & literas (taxatione præmiffa)

executoriales concedere: vel si non condénant per captio nẽ temporalitatis, cõstringunt ad soluendũ & satisfaciendũ iudicatis per eos: quod idẽ est in effectu. l. sed cũ nulli. ff. de re iudi. & l. i. C. de exec. rei iudi. Quo casu, nõ possunt capi bona mobilia, cùm personã sequãtur: nec fructus decimales, sed immobilia tantùm & prouentus illorum. Pro quo stat ordinatio Caroli viii. in reformatione iustitiæ linguæ Occitanæ, Anno 1490. quã non bene seruãt officiarii nostri tẽporis, qui sub prætextu mandamenti de tẽporalitate capienda, omnia mobilia & fructus decimales rapiunt, & sunt peiores dæmone: secũdũ do. Guliel. bene. in prædicta repe. c. Ray. in iii. decisio. de testa. Vbi dicit plus obseruari, quòd si clerici in possessorio beneficiorũ aut petitorio prophanorũ litigantes calũniati fuisse, aut subterfugia cõmmisisse: vel aliquid attentasse reperiantur, iudices regii eos condemnant in emendã: pro qua soluenda, eorũ tẽporalitatẽ saisiunt, dicentes hoc dependere ex realitate & possessione, de quibus consueuerunt cognoscere. Sed an in defectu temporalitatis posint capi fructus prębendarũ aut beneficiorũ: ibi latè per eum post docto. in c. perueni. de fideiussor. Et an habeat Rex Christianisim⁹ & eius officiarii hãc iurisditionẽ priuatiuè vel accumulatiuè cum iudicibus ecclesiasticis, vt sit locus preuentioni: istud dubiũ mouet glossator consuetudinum Burgundiæ, in rubri. *Des iustices & droictz d'icelles*, circa finẽ: & se remittit in consilio super hoc per eũ facto. Sed dicendũ videtur, quòd Regi & eius officiariis priuatiuè competat: per c. caussam. qui filii sint legi. vbi dicitur, quòd ad Regem nõ ad ecclesiam de possessorio spectat cognitio. Hinc est, quòd Rex Ludo. xi. anno 1464. per eius ordinationẽ declarauit, caussarũ possessoriarũ, pręcipuè nouitatis occasione beneficiorũ sibi ac iudicibus suis pertinere cognitionẽ: absq; eo, quòd alius de prædictis possessoriis posit intercipere cognitionẽ, cõmissiones aut citationes decernere, aut processus facere: secundum do. Aufre. in d. repe. cle. i. de officio ordinarii. Et si quis vellet dicere hoc non esse præcipuũ ius cùm Duces Alenconius & Britãniæ tali iure vtãtur, certè hoc habent à fonte regio: à quo depẽdet eo-

rum iurisditio: vt patet per fidelitates & homagia, quæ sunt notoria. Et de subiectione Ducis Britāniæ docet Io. Ferrault. in d. suo tracta. in xi. iure. vbi inserit literas patentes Ludouici Regis Frācorum, de accordo inito cum Duce Britanniæ reseruata superioritate: anno 1231. Est præterea extollendum & ampliandum istud ius altum Christianissimi Francorum regis, vt nedum de possessoriis beneficiorum iurisditionem & cognitionem habeat, sed etiam de petitorio respectu beneficiorum in regalia vacantium, vel eorum quæ ad collationem Regis pertinent & spectant: secūdum Stepha. Aufre. vbi suprà, & Guliel. Benedict. in repetitio. cap. Rainutius. in verbo, & vxorem. in ii. decisi. in addi. incipien. ius regaliæ. Et ita declarauit Ludo. xi. Francorum Rex per suam ordinationem, anno 1464. De quo quidem iure regaliæ, plenè suprà in primo iure secundę partis dictum extitit. Ideo, dicebat Iaco. Rebuf. in l. vniuersi. ii. de fund. rei priua. libr. xi. quòd peculiari studio principis debent res ecclesiasticæ defendi. argumen. sumpto ex illa lege.

Vocauit Rex Pontificem & Sacerdotes, dicens eis, Quare sartatecta templi non instauratis? ii. Paral. xxiiii.

Sextum Ius.

Rex Frā. cogere potest clericos ad ecclesiarū reparationē.



EXTVM Ius Regis Francorum illustris quod habet in ecclesia sancta dei est, vt cognoscat & sui officiales, imò cogat plātos & alios inferiores clericos, ad suarum reparationem ecclesiarum: quod habuit à Ioade rege Israel, qui negligentiā vidēs sacerdotū, captis redditibus templi, authoritate sua, ipsa reparari fecit. vt 4. Regū. xii. & xxii. c. & 2. Paralipo.

xxiiii.vbi Ioas Rex Iuda vocauit Loyadé Pōtificem & sacerdotes dicés eis, Quare sartatecta tépli nō instauratis? & prohibuit sacerdotes vltrà accipere pecuniā à populo, & instaurare sartatecta pręcepit &c. Pariter, à Iosia rege, qui similiter hoc fecit, vt eo.li.reg.c.xxii.vbi postea dicitur ꝙ fecit quod placitum erat domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui, nō declinans ad dexterā siue ad sinistram. Facit tex.in c. filiis vel nepotibus.xvi.q.vii.vbi filiis vel nepotibus ac honestioribus propinquis eius qui cōstruxit vel dicauit ecclesiam, licitū est hanc habere solertiam: vt si sacerdotem aliquid ex collatis rebus defraudare pręuiderint, aut honesta conuētione cōpescāt, aut episcopo vel iudici corrigenda denuntiēt, quòd si talia episcopus agere tentet, Metropolitano eius insidiari procurent: si autē Metropolitanus talia gerat, Regis auribus hoc intimare non differant. vbi glo. exponit vt eum corrigat, cùm per ecclesiasticum iudicē cogi nō potest. c.petimus.xi.q.i. vel deses est.c.ex transmissa.de foro cōpe. quicquid dicat Arch.ibi: quem text. ad hoc & alia plura ponderauit excellētissimus pręsidens Tholosanus do. Laurēti.in tract.suo intitulato, casus in quibus iudex secularis habet potestatē in clericos. Proprium enim regū est, vt ipsi & eorū officiarii de ecclesiarum reparatione se intromittant.xcvi.dist.c.boni principis est ecclesias contritas &c.c.sicut excellētiam.xxiii.q. iiii.prope finem. Reparare enim ecclesias & religionē exequi est mixti fori.l.hæreditas.ff.de peti.hære. Facit text. elegans.in l.si in aliquam.§.ædes sacras.ff.de off.procon. & lega.vbi text. Aedes sacras & opera publica circuire inspiciēdi gratia, aut sartatecta quæ sint, vel aliqua refectiōe indigeant. Et si quæ cepta sunt, consummātur prout vires reipub.illius permittunt, procōsul curare debet. Facit tex. in c.i.ne sede vacā.vbi dicitur, ꝙ Rex cum proceribus regni multū potest circa statum ecclesiæ reformādum. Ideo, Carol.vi.1385.& die vi.octob.& sui regni vi.ad plenū certificatus de quāplurimis abusibus gentiū ecclesiasticarum, ordinauit (formam antiquorū canonum insequēdo) fructus beneficiorū regni sui in tres partes de cætero fore diuidendos: quam ordinationē ad longum posuit do. Aufre.

in suo tract. arrestorum & ordinationmm sub tit. de repar. eccles. Sed magis succinctè eam cõplectitur Guagui.li.ix. c.iii.sic dicens, per id tempus sedẽte apud Auinionem Innoc. vii. quia rarã nisi ex Franciæ regno obedientiam erat consequutus, & Cardinales triginta ordinauerat, quibus grandis sumptus opus esset: sancti Nichasii remensis Abbate in Frãciam misso, dimidia omniũ ecclesiarum partem exigere conabatur. Cui cepto scolastici achademiæ Parisiensis restiterunt, missis apud Carolũ oratoribus, qui Pontificis dictum nõ æquũ esse persuaderent. Audita scolasticorum querela, Rex exportari regno pecuniã vetat & ecclesiarum prouentus in tres partes distribui iubet: vnam in ecclesiarũ instaurationem, alterã dissoluẽdis earum obligationibus & debitis, tertiã quotidianis ministrorũ vsibus assignauit, simulq; de his rebus Arnaldũ Corbium ad Põtificem legat. Pontifex autẽ edicti pœnitens, ab exactione destitit, vt ibi. Ex quo tẽpore, officiarii regii de reparationibus ecclesiarũ ac prouisione circa diuinũ cultum & augẽda portione vicariorum perpetuorũ cognitionem acceperunt. Vnde. anno 1391. pro Patriarcha Alexandrino administratore Episcopatus Carcassonen. cõtra Archiepiscopũ Tholosanũ quõdam episcopum Carcassonæ dictũ fuit, ꝙ super reparationibus ecclesię suæ quõdam scilicet Carcassonæ respõderet in parlamẽto: licet curiæ iurisditionẽ declinasset, eò ꝙ esset personalitas. De quo habetur in stilo parla. in parte arrestorũ arti. cxxxix. incip. Item dictũ fuit pro Cranault Patriarcha Alexãdrino administrationẽ habente episcopatus Carcassonæ &c. Et idẽ fuit anno precedenti cõtra episcopum Nouiomeñ. super reparationibus quõdam episcopatus sui Ebroicẽsis, & in parlamẽto Tholo. 1353. ꝙ fructus percepti à die exequutiõis querimoniæ pro ecclesia de Casses cõuerterẽtur in reparationem & vtilitatẽ ecclesiæ: & eod. anno die xxix. aprilis. ꝙ medietas sequestri ecclesiæ de fargis albię conuerteretur in reparationibꝰ ipsius, & anno 455. die xxix. Ianua. dictũ fuit per arrestũ, quòd do. Leonardꝰ de Rosergio Archieps Tholo. sup reparationibus quõdam sui epatus Vasatẽsis & domus episcopalis supellectili ad instantiam do. Raymundi Dutil

episcopi Vasaté. in curia parlam. responderet. Et in parlaméto anni lvii. die viii. Iulii. dictum fuit, quòd duæ partes fructuum ex abbatia de lezato perceptorũ sub manu regia in ecclesię reparationem conuerterẽtur, & de Archiepiscopatu Occitanensi dictum fuit in parlaméto Tholos. anno ccccxxxvi. & die xviii. Iunii. quòd tertia pars applicaretur annis singulis ecclesiæ fabricæ seu reparationi, & idem dictũ fuit de episcopatu Lectorensi, anno sequẽ. Et postea anno lxxxviii. die vi. aprilis, idem pronuntiatum fuit de fructibus Archiepiscopatus Tholosani. Quæ quidem ordinatio regia & arresta fundantur super cap. decreuimus. x. q. i. ibi ab episcopis tertia accipiatur. & l. ne splẽdidissimè. C. de operi. publi. ibi tertiam partẽ reparationi deputamus, faciunt lex fin. & lex, ex præstatione. C. de vecti. & in autẽ. de colla. §. iubemus. col. ix. & in l. iii. de diuer. prędiis vrb. & rusti. li. xi. licet olim de iure antiquo deputaretur sola quarta. c. cõcesso. cum iii. sequen. xii. q. ii. Verùm, quia nihil prodesset muros restaurari, & diuinũ cultũ relinquere, qui sine alimẽtis continuari non potest: dictum fuit per arrestum parlamenti Burdegalensis anno 1502. instãte vicario perpetuo ecclesiæ parochialis de Caumõte super augenda pensione per Priorem dictæ ecclesiæ præstari solita, quòd per modum prouisionis reciperet certũ bladum & vinum super fructibus beneficii vltra solitam pensionem: caussam episcopo in cæteris remittendo. iuxta cap. i. de præben. lib. vi. Circa quam reparationem ecclesiarum, est istud speciale, vt commissarii nihil pro salario: sed expensas tantùm recipiant: vt patet per text. eiusdem ordinationis Caroli vi. suprà allega. secũdum Guliel. Benedict. in verbo, & vxorem. in ii. deci. nume. 439.

Clerici cogi possunt ad uiarum reparationem.

COGI etiam possunt clerici ad reparationẽ viarum & itinerũ publicorum: secundum Cepolam tit. de serui. rusti. prędio. titu. de serui. vię. q. xxvi. Bal. in l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccle. Cardi. in cle. i. q. xvii. de vit. & hone. cleri. & Alexã. consi. lxviii. in ii. volu. col. vi. post Bart. in l. per Bithiniam. de immuni. non conceden. libr. x. De quo, latè consuluit Aegidius de bell. mer. in consil. xlv. incipi. consules ciuitatis Albiæ. Et ad reparationem mœniorum

pro fortificatione ciuitatis, secundum Iac. de are. Iac. *But.* Cy. & Bal. in l. ad instructionem. C. de sac. san. ec. Iaco. de Aluar. in §. illicitas. de pa. iura. firman. in vsi. feu. & Guid. Pap. q. lxxviii. & q. vii. Ita dictum & pronũtiatum fuit per arrestum, contra episcopum, decanum & Capitulum de Eureux, secundum Ioan. Gal. q. clx. quãuis cõtrarium tenuerit glo. in d. l. ad instructionem. secundum quam consuluit Panor. consi. iii. incip. casus super quo consilium petitur. & Bartho. de Chassa. in cõmen. consue. Burgun. tit. *Des iustices*. §. iiii. in glo. i. & Ias. in l. placet. col. iii. C. de sa. san. eccle. Ideo pro concordia est distinguẽdum: aut mœnia fiunt seu reparantur ad ornatum ciuitatis: & tunc procedit opinio illa, quòd ecclesia non tenetur: aut verò propter necessitatem guerræ: & tunc secus. Ita videntur sentire Cyn. & Bal. in d. l. ad instructionem. vbi dicunt, quòd tunc sunt compellendi clerici per episcopũ: vt alleg. c. i. de immuni. eccle. lib. vi. Faciunt nota. per Panor. in c. nõ minus. de immuni. eccle. & Ias. in d. l. placet. in vtraq; lectura. & do. Bartho. de Chassa. in commen. consue. Burgun. super rubric. *Des iustices*. nume. 34. vbi idem dicit in reparatione vel etiam noua constructione pontis: secundũ Salic. in d. l. ad instructionem. De primo tamen, latè per do. Guliel. Bened. in repe. c. Rainutius. in verb. & vxorẽ. nu. 1030. vbi dicit, quòd duo requiruntur. Primò, quòd reparatio fiat propter necessitatem, & non ad solũ decus & honorem. Secundò, quòd ecclesia ibi possideat tẽporales res. Ex quo cordigeri rerum incapaces, ad talem non teneren tur contributionem, sed sola ecclesię bonorũ capaces: quia multò melius & vtilius est ecclesiæ, quòd fortalitia & muri repararentur & custodiãtur: vbi quilibet cum bonis refugium habeat, quàm si defectu custodiæ aut reparationis, ipsi clerici cũ cæteris habitatoribus castri aut villæ ab hostibus caperentur. Pro quibus redimendis, res sacras fortè alienare oporteret, l. sancimus. C. de sacro san. eccle. *Facit* quia clerici tenentur vigilare pro custodia ciuitatis. c. peruenit. de immuni. eccle. De quo, Masue. tit. de talliis colle. & excub. §. pen. & Guid. Pap. q. vii. Nec est vlla maior iustitia, quàm defendere patriam, infirmos & debiles ab hostibus,

.ſtibus.c.fortitudo.xxiii.q.iii.Qua ratione,ꝓ pace & quiete,in qua eccleſiæ defenſari debent,tributū regibus perſoluunt.ca.tributū.xxiii.q.viii.de quo per Petrū de Anchara no.in conſilio xcv.incipien.ſuper dicto dubio. Sed an teneantur prælati ad reparationē caſtrorum per hoſtes deſtructorum ad eorū eccleſias pertinētium.ſcribit Io. Gal. in ſuo tract.arreſt.q.lviii. conſil. ſecundo. Quæ pro nunc dicta ſufficient de hoc ſexto regali iure.

Conſtitui te Regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam:& honor Regis, iudicium diligit. ii.Reg.x.

Septimum Ius.



EPTIMVM ius quod habetChriſtianiſsimus Rex in eccleſia ſancta Dei eſt, vt de abuſibus prælatorum eccleſiæ cognoſcat,quoties eccleſiaſtica poteſtas notoriè abutitur ſua iuriſditione.Quo caſu, ſolet Cancellaria Franciç concedere literas in caſu appelli ab abuſu notorio vulgariter nūcupatas. quod fundatur in c.filiis vel nepotibus.xvii.q.vii.ibi,ſi autem Metropolitanus talia gerat, Regis auribus hoc intimare non differant. Quod ad plura Chriſtianiſsimi Regis iura ſuſtinenda ponderauit do. Laurenti. Preſidens Tholo.in illo tracta. in tit. caſus in quibus iudex ſecularis &c. Secundò,facit tex.in ca.boni principis.xcvi. diſtin.ibi, & dei ſacerdotes honorare & tueri, ſcilicet ab abuſiua oppreſsione.& xxii.q.viii.c.tributum, ibi,quia nos defenſare & tueri deberent.& c.princeps.xxiii.q.v. & xxiii.q.iii. c.Maximinianus.cum ſeq.& in ca.Chriſtianus. xi.q.i. & tex.in c.adminiſtratores.xxiii.q.v.vbi tex. adminiſtratores planè ſecularium dignitatum, qui ad eccleſiarū tuitionem,pupillorum ac viduarum protectionē, rapaciūmque refrenationē conſtituti proculdubio eſſe debent : quoties ab epiſcopis aut eccleſiaſticis viris conuenti fuerint, (eorū

F.R.chriſtianiſſim⁹ de abuſib⁹ ꝓlatorū eccleſiæ cognoſcit, quoties eccleſiaſtica poteſtas notoriè abutitur ſua iuriſditione.

querimoniis attentis) audiant: & secundũ quod necessitas expetierit, absq; negligẽtia examinent, & studio diligẽti corrigant. Facit tex. in ca. regum. xxiii. q. v. vbi dicitur, ꝙ regum est proprium, facere iudiciũ & iustitiam, & liberare de manu calumniantiũ vi oppressos: & in l. fin. C. de summa tri. & fide catho. & in autent. quomodo opor. epis. col. i. vbi dicitur, regiam potestatẽ ad hoc inter cætera esse institutam, vt sanctorũ patrum decreta saluberrima exequutioni demandari faciat, & inuiolabiliter obseruari. Facit etiam tex. in c. Roma. §. sanè. de cẽsi. & in c. Ro. de pœnis. lib. vi. vbi de notoriis criminibus & abusibus archiepś cognoscit in diœcesibus suffraganeorũ suorum. Et dicitur abusus notorius, quoties in actu qui geritur, vsus null9 est. l. ob quæ vitia. §. idem Pōponius. ff. de ædili. edic. vel, vbi contra naturam actus fit, l. i. §. sed sciendum. illo eo. tit. vel quando actus fit à nō habente potestatẽ: quia non potest esse maior abusus vel nullitas, quàm defectus potestatis: secundũ Inno. Pañ. & doct. in c. cùm olim. de caussa possessio. & proprie. cui licet resistere propria authoritate, l. ꝓhibitum. & lege, defensionis. cum ibi not. per Io. de pla. & doct. de iure fisci. lib. x. & in c. si quando. de rescrip. A fortiori, per potestatẽ regiam ordine iudiciario, l. nō est singulis. ff. de reg. iur. Vnde, si Papa vel eius comites palatini legitimare vellẽt bastardos in regno Franciæ, quo ad effectũ succedendi, vel aliàs iurisditionẽ regiam vsurparet, aut impediret, Rex & eius officiarii talẽ abusum omnino repellerent, & impetrantẽ seu actum sustinentẽ mulctarent, tãquam interuertentẽ authoritatem regiam. Et licet do. Aufre. in repeti. cle. i. de offic. ordina. in xxx. fallen. dicat nũquam audiuisse, quòd curia parlamenti super meritis talium appellationum à notorio abusu pronuntiauerit, sed tantùm appellationes annullando vel appellantes non recipiendo: in contrarium tamen est veritas, vt experientia docet: secundum Ioan. Gal. quæst. clxxii. & per arrestum parlamenti Tholosæ pronuntiatum fuit. anno 1400. & abusiuè processum per quosdam iudices delegatos à sede apostolica, qui magistrum Aegidium de belle mere archidiaconum Mirapiceñ. de multis criminibus & forfactis cō

uentum in curia, parte & regio procuratore minime vocatis, absoluerunt, notoriè abutendo: secundum do. Guliel. Benedict. in repet. capit. Rainutius. in ii. parte. in verbo, si absque liberis. secundo. de testa. vbi dicit, quòd attentare contra authoritatem & ordinationes regias, decreta sanctorum patrum, priuilegia & libertates regni & regnicolarum, vocatur in Francia abusus notorius.

HINC est, quòd si per Papam imponeretur onus aliquod super dignitatibus vel aliis beneficiis regni quocunque nomine, etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, statuti, vel priuilegii: illud tanquam contra decretũ, de annatis, tolleretur omnino, nec permitteretur per regis curias. Vnde, glo. super dicto decreto, incipiente, statuit hæc sancta synodus. super verbo, exigatur. refert beatũ Ludouicum aliósque Francorum reges talia onera vetuisse, & Carolum v. arrestum contra Benedictum xiii. obtinuisse. & Ludouicus xi. seu eius generalis procurator pariter arrestũ obtinuit die xvii. Februarii. anno Domini 1463. Quo tempore, curia, vocatis pluribus prælatis nobilibus & Regis cõsiliariis, dictas ordinationes insequendo, prohibuit talia & similia onera, quæ à viris ecclesiasticis leuabantur, per collectores apostolicos in Francia leuari: & omnibus regni officiariis mandatum fuit, quatenus prædictam curiæ ordinationem tenerent, & ab omnibus inconcussè seruari facerent. Quod arrestum erat conforme cum ordinatione Caroli sexti, facta die vi. Octobris. anno Domini 1385. & sui regni, sexto: qui certificatus de cardinalium excessiuo numero, & eos multa beneficia in regno dietim acceptare, & quicquid inde habere poterant, extra regnum asportare, aut cùm de pluralitate excessiua reprehendebantur, pensione annua, quæ frequentius ad valorẽ beneficii ascendebat, retenta, alteri conferri procurabant: qui postea vnde viueret non habens, curam animarum & diuinum officium deserebat: & cardinali pẽsionario mortuo, alius illam impetrabat. Quibus de caussis & aliis rationibus, Rex prædictus ex sua certa scientia authoritatéque regia ordinauit & mandauit, omnes pensiones cætera quoq; onera ecclesiis regni sui imposita ad manũ suã

R. Christ. an tollere possit onus aliquod à Papa impositũ sup dignitatibus uel aliis beneficiis regni.

poni,& de illis ecclesias reparari, numerũ clericorum reponi,eísq; de victu sufficienti prouideri:ordinauítq;, formam antiquorũ Canonum insequendo, fructus ecclesiarum regnorsui decætero in tres partes fore diuidendos modo & forma in dicta ordinatione contentis. Quam Guag. succinctè cõplectitur lib.ix.ca.iii.dicens,Id tẽpus sedente apud Auinionẽ Inno.vii.&c.& do.Aufre.in suo tract.aresto.& ordinationũ sub tit.de repa.ecclesiarũ.Nec est mirum, quòd de talibus grauaminibus & abusibus recurratur ad Regẽ:quia cùm tẽpore Philip.pulchri à Clemente v.Põtifice ecclesiæ grauarẽtur,ad ipsum Philip. recursum est.De quo,per Guag.lib.vii c.iii. Nec mirũ, si de talibus cognoscat Rex, cùm sit per cõcilium prædictũ deputatus exequutor decretorũ:à quo,laicis etiam spiritualia cõmitti possunt.c.decernimus.vbi glo.de iud.& cap.tua.de decimis. in §.verum.xxxii.distinct.& in cap.mennam.ii. q. v. vbi. Brunechildi Francorum Reginæ caussa spiritualis cõmissa extitit:& in c.illud.x.q.iii.laico cõmissum fuit,ne permitteret aliquẽ episcoporum Siciliæ,vltrà duos solidos nomine cathedralici de singulis parochiis capere.Facit gl. in ca.clericum nullus.xi.quæstio.i. Et quia mãdatum fuit omnibus regni officiariis prædicta decreta inconcussè seruari facere:vt ex princip.& fin.pragmati. apparet,possunt dicere officiarii hoc facere nõ authoritate propria, sed eis commissa.Vnde,possunt curiæ parlamentorũ Franciæ cogere Archiepiscopos & alios prælatos ad confirmandum vel infirmandum electiones inferiorũ suorum: secundum do.Stepha.Aufre.in d.repeti.cle.i.de offi.ordina.in xxxi. fallen.vbi de illa cõmissione & mandamento clarè aperit: necnon ad ostendendum processus per eos aut eorũ officiales factos,si procuratoris regii interfit:secundum Ioan. Gal.q.clxxii.versi.ii.vbi de quodam abusu officialis Claromontensis,qui absoluerat quendam ab homicidio ei impósito,quod postea confessus est.Et nota contra prælatos processus & purgationes faciẽtes, qui hodie nõ sunt vt prosint sed vt præsint cũ ipsorum animarũ æterna dãnatione& perditione:contra legẽ si quemquam. C.de episc. & cleri. Attende ergo secundum eundem Gal. ad regaliatores iu-

risditionis ecclesiasticæ. Vnde,sicut in d.c.illud. x.q.iii. allegat.mandatur laico,ne permittat fieri illicitam exactionem per gentes ecclesiasticas. Ita literæ dietim conceduntur in cãcellaria regia super nouis decimis, ne à laicis exigantur per eorum Prælatos:quæ fundantur in ordin. Philip.pulchri Francorum Regis facta die veneris ante cineres,anno 1304.ca.xxix.huius tenoris, Itē,quòd senescallus ad requisitionem consulum locorum quorumlibet defendat ipsos & vniuersitates & singulos à noua impositiōe seruitutis facienda per prælatos & alias ecclesiasticas personas: ac à noua decimarū exactione & primitiarum &c. Quam posuit do. Aufre.in tracta.ordinationum sub tit.de decimis. artic.i. Præterea,cognoscunt officiarii regii vbicunque est infractio ordinationum regiarum : inter quas, sunt decreta consilii Basiliensis, quasi tunc cadat notorius abusus, præsumendo supra authoritatem & iurisditionem regiam, quam licet pœnali iudicio tueri, l.i. ff. si quis ius di.non obtempe.etiam contra clericos: secundum Innoc. in c.i.de offi.delega.prout eum refert do. Lauren.in dicto suo tracta.versi.sextus & vltimus casus. Facit optimè l.cōsulta diualia. C.de testa. dum tamen fiat executió pœnæ in immobilibus,seu temporalitate Regi subiecta.c.quo iure.viii.distinct. Et conceduntur literæ à cancellaria contra infractores prag.sanct.dummodo media in literis specificentur, prout ordinauit Caro.vii.anno 453.ca.suarum ordinationum lxxvi. Et non refert,an pro talibus notoriis abusibus via appellationis recursus aut simplicis querelæ Rex aut eius curia suprema fuerit ádita,quia sola facti veritas inspicitur: secundum Bald.in capi.i.§.inuestitura. de no.for.fideli.vbi dicit,quòd princeps est tanquā deus,qui est ipsa veritas,quæ non fallit,nec fallitur,l.fi.de pondera. aur.lib.x. Ideo, non refert quocunq; modo princeps sciat ipsam veritatem:secundum quam,solennitatibus reiectis, iudicare debet.cap.ad petitionem.de accusa.de quo singula.per Specul.titul.de actio.& petit.§.super petitionibus. versicu.sed quid si reus. & Feli.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.colum.xii.de constitu.

VLTIMO, pro hoc septimo iure Christianissimi

Francorum Regis, facit tex. in cap. i. ne sede vacan. ex quo notatur, quòd Rex cum proceribus regni multùm potest & operatur circa statum ecclesiæ reformandum. Vnde, ex prædictis saltem iunctis sustineri potest, quòd Rex potuit procedere ad reformationẽ monasteriorum, monachorũ, & monialium sui regni, etiam exẽptorum: vocatis saltem prælatis, sine summi pontificis authoritate: secundum Bartho. de Chassa. in v. parte catha. considera. xvii. & idẽ sentit Vincen. Cyg. in suo tracta. de fac. princi. cap. in regali. vbi dicit literas & mandatum à Rege accepisse pro reformatione cordigerorũ, *De la grand manche*. Et ita quotidie videmus fieri, propter notoriũ abusum ecclesiasticarum, regulariũ, & secularium personarum: per textum in dicto cap. filiis vel nepotibus. xvii. quæst. vii. cum aliis iuribus & doctrinis præallegatis.

Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à viis propriis. Eccle. ij. cap.

Octauum Ius.

Beneficiari non potest extraneus, seu q̃ non est regnicola sine regis p̃missiōe & approbatione.



OCTAVVM Ius regium præcipuum ipsius Christianissimi Regis quod habet in spiritualibus seu ecclesiasticis est, quòd quãuis alienigena dumtamen aliàs idoneus, sit capax ad tenendũ beneficiũ. ca. ad decorem. de insti. secus tamẽ in regno Franciæ, in quo extraneus seu non regnicola beneficiari non potest sine Regis permissione & approbatiōe ex priuilegio & vsu antiquissimo ipsius regni. De quo testantur quãplures summæ authoritatis doctores, vt glossator pragma. san. in proœ. in glo. super verbo, exterorum. Ioã. de selua. in tracta. beneficio. ii. parte. q. fi. & in parte q. xxvi. Ioan. Ferral. in tracta. intitu. insig. pecul. Reg. Fran. in ix. iure. circa finẽ. Guliel. Bene. in repe. c. Rainu. in verbo, &

vxorem.circa fi.de testa.& Iaco.Bonaudi.in suo panegyri, post tractatum Ioannis de terra rubea, dictum vinea ecclesiæ. Vnde per Caro.vii.anno do.1431.& die x. Martii,edicto perpetuo(cum proceribus regni habito cõsilio) ordinatum fuit,alienigenas non posse tenere in suo regno beneficia quęcunque ecclesiastica aut dignitates electiuas, cathedrales maximè. Quæ ordinatio fuit in parlamen. Parisieñ.tunc Pictauis sedente, die viii. Aprilis tunc sequẽtis lecta & publicata,& tanquã lex perpetua in registris dictę curiæ registrata. Interest enim Regum nosse qui maiores maximè ecclesias administrent: quarum ipsi protectores sunt. Pro qua regia ordinatione facit textus in c.bonæ.ii. de postula.pręlato.in fi.ibi,ideoque non poteramus salua conscientia, eidem ecclesiæ de alia persona quæ de regno Hungariæ originem duceret,cõgruè prouidere: nec vellemus ei præferre alienum. Facit tex.in l.in ecclesiis.C.de episc.& cler.& in c.nullus inuitus.lxi.distin.& in c.quoniã in plerisque.de officio ordina.ibi,catholicum Præsulẽ nationibus illis conformem:quibus conuenit textus Deute. xviii. Prophetam de gente tua & fratribus tuis suscitabit dominus &c. Et quamuis præallegata iura loquantur in episcopis, ratio tamen est communis ad allia beneficia inferiora.c.hortamur.lxxi.distinct.cum ibi nota.per Archi. facit c.fi.de cle.peregri. Ideo,dicebant Bal.& Albe.in lege,diuus.de tuto.& curat.da.ab iis. quòd quandiu in ecclesia reperiuntur idonei, illi præferuntur extraneis. Idẽ glos.notat & docto. in lege,planè.ff.quòd cuiusque vniuersi.nomine.& in ca. cum inter canonicos. in verbo,ad ecclesiam alienam.de electio. Idem tenet Cepola in tract. de impe.mili.eligẽ. in verbo, propter nationẽ.& Rochus de cur.in suo tracta.de iur.patro.in verbo,honorificũ.& Barba.in c.si proponente.de rescrip.& in consil.xxiii.incipiente,scripsit propheta optimus.in primo volumine, colum.vii.vbi dicit,quòd si quis impetrat beneficium aut gratiam in alienis partibus, (tacito de natione sua & loco suę originis & diœcesis) quòd talis impetratio est surreptitia. Pro quo, est glo.sing.in d.c.si ꝓponente.quã sequutur Panor.& doc.imò est ipso iure nulla ꝓuisio: secundũ cũ-

dem Barba. ibi contra Bal. quia in dubio, Papa intēdit vni cuiq; prouidere in patria sua: vnde dicebat Panor. in dicto c. ad decorem. quòd valde honestũ & fructuosum esset, quòd vnusquisq; beneficiaret in patria sua: quia indigenæ facilius inducuntur ad residentiam, quàm extranei: & sic, melius præseruantur ecclesiæ à ruina & depauperatione. Ad hoc tex. in extrauagan. Ioan. lib. xxii. incipien. execrabilis. ibi, in diuersorum regnorum partibus. vbi dicit Genselius, quòd dominus temporalis posset excipere contra promotionem factam de extraneo, quòd probabiliter potest eum habere suspectũ de proditione patriæ aut reuelatione secretorũ. l. omne delictum. §. explorationes. ff. de re mili. Inno. Hosti. Abbas Aret. Feli. & docto. in c. super iis. de accusa. idē Abbas post glo. in c. ex parte. de testi. & in c. quòd sicut. & cap. cùm terra. de elect. Ad prædicta facit regula cancellariæ xix. quòd nullus ecclesiam parochialem aut gratiam expectatiuã impetret extra nationem suã nisi idioma intelligat, & intelligibiliter loquatur. Quæ facit contra vulgares secundum glo. ibi dicētes, quòd vnumquodq; regnum habet hanc prærogatiuam, quòd nullus potest ibi habere gratiam expectatiuam siue beneficium sine legitimatione Regis: quia hoc est trufa. Nam sufficit quòd sciat loqui idioma, & illud intelligat. Ex quo infertur, quòd in regno Hispaniæ siue Castellæ, possunt habere beneficia sine licētia regis Cathalani, Aragonēses, Portugallenses, & Ianuēses: quia licet Papa Sixtus dederit aliàs proprio motu bullam Regi Hispaniæ, ꝙ nullus forensis posset tenere beneficiorum sine eius licentia, tamē nõ fuit in vsum deducta, sed in abusum: & sic, fuit perdita. c. suggestum. de deci. Secus tamen in Francorum regno, in quo est tale priuilegium in viridi obseruãtia: ita quòd in immemorialem transiuerit consuetudinem, concurrente fama priuilegii. quod sufficit, per nota. in c. super quibusdam. de verborum signifi. & in c. vnius. de præscriptio. lib. vi. & in c. cùm apostolicæ. de iis quæ fiunt à Præla. & c. cum similibus. Vnde, in regno Frãciæ soliti sunt alienigenæ literas naturalitatis impetrare, per quas, ad bona quæcunq; tenenda iurisditionē & officia regia vel be-

neficia ecclesiastica etiã electiua tenenda habilitãtur: quas habent verificare in camera computorum parisiensi. Pro qua, debetur Regi financia per ipsam cameram præcedẽte inquisitione taxãda: nisi Rex impetranti remiserit: quibus literis non indigent habitatores Tholosani, qui, quãuis extranei, ex priuilegio tamen illius ciuitatis pro veris regnicolis & ciuibus habentur: secundum do. Guliel. Benedi. in repe. ca. Rainu. in verbo, & vxorem. circa finẽ. de testa. quòd intelligerem, quo ad testandũ & de bonis suis disponendum, nõ obstante iure albanagii: de quo suprà in i. parte, non autem quo ad beneficia ecclesiastica vel officia regia tenenda: quia sic posset esse priuilegium contra veros ciues, qui sępe remanerẽt improuisi, extraneis ad officia promotis, quod non est dicendũ. l. quod fauore. C. de legi. cum similibus. Fuit etiã die. xiiii. Iunii. Anno 1499. lecta & publicata parisius ordinatio Ludo. xii. per quam, reuocatæ fuerunt omnes literæ naturalitatis dudum concessæ alienigenis, quę nõdũ sortitę fuerãt effectũ, etiã quo ad beneficia tenenda in regno, habitatoribus exceptis: vt habetur in addi. signata per c. loco prælleg. Et idem in officiis secularibus, quæ dari non debent alienigenis. Sed in hoc est differentia: quia dari nõ debent illis de loco aut territorio, sicut beneficia: per texum in l. fina. C. de crimi. sacrileg. & in l. iii. C. de diuer. offi. & appa. libro xii. Quibus concordãt ordinationes Philip. pulchri & Caroli, primogeniti Ioannis, Frãcię Regum: qui ordinauerunt nullũ in loco originis vel domicilii officia publica tenere posse: & multi eo tempore fuerunt priuati tam ex curia parlamenti, quàm computorum: vt refert Guagui. libro ix. ca. i. ibi, cõuentum igitur Carolus iterum Parisiis cogit in æde minorum diui Francisci &c. Et est ratio diuersitatis, quia illi de loco melius noscunt parochianos, & conscientias eorũ, & viuendi ritum, quàm extranei. Ideo, beneficia eis conferri debẽt. Sed in officio, secus: propter amicitiam, familiaritatem, affinitatem, & notitiam quam habet iudex, aut pręsumitur habere cùm illis de loco, quę peruertunt iudicium: ca. pe. vt lit. non contesta. & nota. in ca. i. de senten. & re iud. libro vi. Quæ quidem ordinationes locum ha-

buerunt, quandiu officia erant annalia iuxta l. primã.C. vt omnes iudi.tam ciui.quam crimina. post depo. admini stra. De quo, per Panormi. in cap. fin. in vlti. nota. de iudi. hodie autẽ à tempore quo officia sunt perpetua, prout ordinauit Lud. xi. Quam ordinationẽ posuit dominus Stepha Aufred. in titu. de excessi. officiorum. ca. ix. §. prętere-ea. & refert Guagui. libro decimo. cap. secundo: ibi, conuersus inde ad rempublicam Ludo. conscius sibi &c. legẽ tulit, Magistratus perpetuos fore, neq; amoueri inde eos posse &c. Teneri possunt officia etiã in loco originis vel domicilii, sicut si extranei essent: qui ob caussam continuę residentię, amicitias & familiaritates sicut inde oriundi, imò aliquãdo maiores cõtrahũt. Pro quo vsu, multa faciũt. Primò quia pręsumitur oriũdos seu originarios meli⁹ scire mores aut consuetudines patriæ. c. quosdã, & c. quanto. de pręsumptio. quæ in iudicando attẽduntur. §. i. insti. de offi. iudi. l. ii. C. quemadmo. testa. aper. & l. si fundus. ff. de euictio. De quo, per Cy. & docto. in l. i. C. de summa trini. & fide catho. Qua ratione motus fuit Carolus vii. Frãcorum Rex *Dict le bon Roy Charles*. in institutione curiæ parlamenti Tholosani, quando anno 1444. ordinauit, ꝙ instituerentur ibi consiliarii tam de patria linguæ Doyle, quàm linguæ Occitanæ: & idẽ ordinauit Carol⁹ viii. eius nepos, in erectione schaquerii Normaniæ seu Rothomagi: vt scilicet deputarentur Præsidentes & Consiliarii vsus & consuetudines patriæ scientes, cùm vnaquæq; prouincia suo sensu abundet. c. certificari. de sepultu. Secundò, pro hoc Francorum vsu, facit tex. in l. ii. C. de offi. præto. & in l. ii. C. de anno. ciuilib. libr. x. ibi, pauperibus nostris &c. vbi originarii sunt præferendi extraneis, & potius est syndicus eligendus de vniuersitate, quàm alius: secundũ Alberi. ibi. facit illud Cicero. li. de amicitia. potiores (inquit) sunt ciues, quàm peregrini & habetur iii. politico. Noui incolæ qui ciuitatẽ & patriam incolere cœperunt, honoribus ciuitatis non participant, sed antiqui, qui mores patriæ nouerunt, sunt illis præferendi: moderni verò, maximè penitus extranei post ponendi: coram quibus, nõ est agendum cõsilium: iuxta illud Ecclesia. viii. Corã ex-

traneo non facias consilium, nescis enim quid pariet. Facit tex. in autenti. de collato. §. sed neq;. col. ix. Et ex iis videmus hodie in regno Franciæ esse consuetum, vt in officiis & beneficiis originarii & patriotæ potius admittantur, & alienigenæ seu non regnicolæ repellantur. Et in hoc operatur consuetudo, secundum Cepol. in tracta. de impera. mili. eligen. in versi. propter nationē. Sed an expediat vel ne, habetur per Franciscum patri. in lib. de inst. reipubli. lib. iii. tit. ii. & Lucam de penna. in l. quisquis. C. de omni argro deserto, libr. vndecimo. Ex quibus, hoc ius Illustrissimi Erancorum Regis satis pro nunc comprobatum (omissis superfluis) remanebit.

Domine saluum fac Regem,
& exaudi nos in die qua
inuocauerimus te.
Psal. xix.

Nonum Ius.



ONVM Ius altum & pręcipuum Christianissimi Francorū Regis in ecclesia sancta dei iurisditionē spiritualē concernens est, vt excōmunicari vel regnum suum interdici non valeat vel posit, quamuis Imperator Romanus cæterique huius seculi principes à suis Prælatis anathematizentur: secundū Marti. Lauden. in tracta. de principibus. arti. lxi. post Petrū & Anto. in c. nouit. de iudi. per tex. in c. quoniam. xviii. dist. & c. non est. de sponsalib. & gl. in c. si autem. xi. q. iii. & in c. omnes. de maio. & obed. & in c. duo sunt. xcvi. dist. Facit tex. in c. sacerdotibus. xi. q. i. & in c. imperator. in fi. xcvi. dist. Speciale ergo est in Cristianissimo Frācorū rege. Ita declarauit Clemēs v. in extrauagan. meruit. & in bulla Ad eternā rei memoriā. per eū dicto Regi cōcessa: & Io. xxii.

R. F. Christianißim' excōmunicari, uel Regnum suū interdici non potest, & id sane debet intelligi.

in extrauag.frequentes.circa fi.de iudi.ita etiam atteſtantur excellentiſsimi doctores, vt Helias in caſus poſitione, c.vbi periculum.de elect.lib.vi.Barthol.Chaſſ.in glo.cōſuetu.Burgun.in proœ.in verbo, *Du ſainct empire.* & Petr. Iacob.in ſua practica.titu.de ſucceſ.reg.Fran.Io.Ferrault in ſuo tract.de inſigni.peculia. priuile.in vi. Guli.Bened. in repe. c.Rainut.in ii.parte.in verbo, ſi abſque liberis ii. nu.44. vbi dicit, à Gregorio & Clemente ſummis Pontificibus fuiſſe conceſſum Regi priuilegium, quòd in eum vel regnum ſuum ſententia interdicti generalis ſine Papæ ſpeciali mandato ferri non poſsit. De quo meminit domi. Aufre.in ſuo tracta.ordinationum regiarum. titul. de priuilegiis apoſtol. Regi cōceſsis. artic.i.ii. & vi. Cuius priuilegii bullæ ſunt in parlamentis Franciæ regiſtratæ. Et concordat Vincen.Cyg.in ſuo tracta. de fact.prin.c.ſentētiæ excommunica.à qua Rex Franciæ &c. circa fin.ſui operis.vbi elegāter dicit, cauſſam huius priuilegii eſſe, quia domus Franciæ ſancta fide & opere dicitur, cùm teſtante Hoſti.in ſua ſumma, Deus in regno Frāciæ magis colatur & timeatur: & poſteà ſubdit, quid plus? nunquid columba cœlitus ampullā chriſmatis, de quo omnes reges vnguuntur, in ſignū victoriæ & perpetuæ dotis, primo Regi Clodoueo Chriſtianiſsi.diuinitus attulit? certè ſic, cōtra inimicos: prout in floribus ſanctorum, & in legēda beati Remigii legitur: & expoſt, regnum creuit in immenſum: cui Anaſtaſius Imperator coronā aureā capiti inſtructam cū tunica & baltheo ex Conſtātinopoli in Galliā tranſmiſit. vt traditur lib.ix.cronicarum ſupplementi. Quid plus? de ſancta hoſtia, tēpore Philippi iiii. de illo traditore Iudæo, qui eādem cum gladio ſeu ganiueto lapidabat (ſunt anni ducenti) Pariſius, quæ adhuc eſt integra & immaculata? Quid plus? nónne omni die claret miraculis ipſe Rex Deo iuuante? Nōne ab infirmitate incurabili, vulgariter vocata, *Des eſcrouelles*, immediatè ab ipſo tacti ſanantur? Quid plus? tanta regnat clementia in tali domo, quòd omnibus regibus & principibus opem & fauorem contulit, & veritas in pectore regum & principum iacet &c. multa alia ſanctiſsimè geſta pro Deo & eccleſia ſua per Francorum

Deus in regno Fr. colitur.

Reges narrat prælle. Vincen. Cyg. quæ superius per discursum hui9 operis satis dicta fuere. Ad propositum ergo redeundo, per prædicta satis apparet, hoc ius altum & priuilegium Christianißimi Regis probatum: quòd à censuris ecclesiasticis sit immunis & exemptus.

HINC est, quòd Rex Francorum sine metu excõmunicationis, de qua in c. nõ minus. & c. aduersus. de immu. ecclesi. pro redemptione personæ suæ, filiorum & regni tuitione, viris ecclesiasticis subsidia sub nomine charitatiui subsidii, aut aliàs, inconsulto Romano Pontifice imponit. De quo extat bulla Bonifa. in libro liliorum redacta: vt latius suprà in quarto iure ostensum extitit.

HINC est & secundò, quòd huius iuris & priuilegii sunt officiarii regii pro actu & exercitio regalis iurisditionis participes: secundum Ioan. Ferral. vbi suprà, argu. tex. in c. ecclesia. xii. q. ii. & in c. clericus. xi. q. ii. Et de hoc plura extare arresta constat, de anno 1372. contra Archiepiscopum Rothomagẽsem, & de anno 1399. contra officialem Remensem, & Archiepiscopum Turonensem, qui ser uiẽtes regios excõmunicauerant nulliter & abusiuè. Ideo, officiarii regii absque metu excommunicationis capiunt clericos cõiugatos & solutos, etiam alibi quàm in fragrãti crimine deprehensos: reddere tamen debent suis ordinariis, quando requiruntur. Ita pronuntiatum fuit per arrestum parlamenti Parisiensis: secundum Ioan. Gall. in suis questio. q. lvi. versi. nota multa priuilegia. circa fi. Et vlterius pronuntiatum fuit, quòd in monitionibus generalibus non comprehenduntur officiarii regii: de his quæ sciunt tanquam officiarii regii: aliàs secus. Quæ arresta vim legis habere nemo dubitat, l. i. C. de senatuscons. & l. non ambigitur. ff. de legib. secundum Ioan. Fab. in l. fin. C. de legibus. & glossam in verbo, parlamenta. in conclu. ecclesiæ Gallica. in pragm. sanct.

Officiarii absque metu excõmunicationis capiũt clericos.

HINC est tertiò, quòd nedum Rex Christianißimus ab aliis excõmunicari non potest, imò ipse alios saltem laicos ex iusta caussa excõmunicare potest: secũdum Vincẽ. Cyg. in alleg. suis de bello Itali. c. regali. versi. superest videndum. argu. c. propter. iũcta glossa, in verbo, Ducibus.

Rex excõmunicare potest laicos.

xxxiii.distinc. Facit gloss. in lege, adigere. ff. de iur. patro. quòd princeps habet vim apostolici, maximè Rex Francorum qui est vicarius Christi in regno suo: secundũ Bald. in c. significantibus. de offic. deleg. & Felin. in c. cùm non liceat. de præscriptionibus.

SANE tamen est istud priuilegium Christianissi. Regis intelligẽdũ: vt excõmunicari non valeat à prælatis ecclesię inferioribus à Papa: secus verò in excõmunicatione ipsius Papæ: quia nec per priuilegium potest quis ab eius potestate eximi, sicut nec à potestate dei, cuius est vicarius & locũtenens. c. ii. de trãslatio. præla. quia sic esset eximere à potestate Dei: quod est absurdum, l. nam & absurdũ. ff. de bo. libe. cum simi. Et nemo potest sibi legẽ dicere, l. si quis. in princi. de leg. iii. Ideo, tale priuilegium non valeret: secundũ Io. And. & Panor. in c. cùm instãtia. de censi. imò esset illi derogãdũ, facta narratiua: de qua ibi p Pan. post Fede. de sen. ita etiã tenet Fel. in c. ii. col. xx. de rescri.

HINC dicit Pet. Iac. in sua pract. in arbo. succes. Reg. Fran. ꝙ Pap. Vrbanus ii. transiens per Galliã tempore Philip. Regis, celebrauit cõcilium in Claromonte Aluerniæ: in quo statuit horas beatę semper virginis Marię esse quotidie per viros ecclesiasticos dicẽdas, & officiũ eius diebus sabbati solenniter fieri. Et vlterius, dictũ Phili. regem excõmunicauit, quia dimissa propria vxore, aliã acceperat: secundum gl. in verb. dictum. in §. quomo. diui. off. sit cele bran. in prag. san. De quo meminit Baptist. Fulg. de dictis factísq; memorabilibus, sub tit. de religionis cultu. c. incip. Ludo. honorem quã habebat &c. Ex quibus patet, priuilegium de quo hîc agitur, cessare respectu summi Põtificis, à cuius potestate nemo exẽptus est. c. cũcta per mundum. ix. q. iii. imò Reges aut Imperatores ei subsunt. c. ali⁹. xv. q. iiii. c. grandi. de supplen. neglig. præla. lib. vi. & c. venerabilem. de ele. quod probat & exponit Bal. in l. rescripta. C. de precib. imper. offer. quia non puri hominis, sed veri Dei vices gerit in terris. c. i. & ii. de transla. præla. secundũ Specu. in tit. de elect. §. nunc ostendendum. versi. lxxxix. Cuius authoritas maior est, quàm sanctorum. c. de libellis. xx. dis. & non ab homine, sed à Deo secũdum Ioan. Andr.

in c.cum de beneficio.de præben.libr.vi.per.tex.in c.nouit.de iudi.iuxta illud quod habetur Mar. ad fin.donec (inquit) virtute induemini ex alto:& dicitur habere cœleste arbitrium,l.i.C.de sum.trini.& fid.cathol.Ideo, rectè adduci potest illud Virgilianum in vi.Æneidos,
Igneus est illi vigor,& cœlestis origo.
Facit enim vnum tribunal cum IESV CHRISTO. ca.quanto.de transla.prælat.adæquat quadrata rotundis. Hostien.in c.cùm venissent.de iudi.Facit illud Matt. xvi, quodcũq; ligaueris &c.per quod dicit Inno.in c.quod super.de voto.quòd Papa vniuersaliter adept⁹ est omnimodam potestatem in toto orbe terrarũ, & cunctis nationibus fidelium & infidelium:quia omnis creatura ei subdita est: secundum eũdem in c.i.de cõstitutio. iuxta illud Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Nimirum ergo si hoc nouum ius Frãcorum Regis vt excommunicari aut eius regnum interdici non valeat,ad prælatos non autem ad ipsum summum Pontificem referatur.

Omnia subiecisti sub pedibus eius &c. Psalm.viii.

Decimum Ius.



DECIMVM Ius præcipuum Cristianiss. Francorum Regis circa iurisditionẽ ecclesiasticã est,ꝙ quãuis episcopi in tota diœcesi iurisditionẽ dicãtur habere,vt in quolibet loco pro tribunali sedere possint, ac subditos(eorũ excessibus exigẽtibus)capi facere & carceri deputare,per c.cũ episcop⁹.de off.ord.li.vi.In regno tamen Frãciæ,hoc nõ possunt episcopi seu eorũ officiales extra eorũ septa, nisi requisitis officiariis regiis,vel ad hoc eis territorio cõcesso.Ita legitur & notat̃ in d.c.cũ episcopus,in casus positiõe.& c.Romana.§. cõtrahẽtes.de for.comp.eod.li.vi.vbi dicitur,ꝙ Rex est dominus territorii & nõ episcopi,qui si caperẽt aliquẽ,dicerentur capere extra territorium:& per consequens,captio esset nulla:secundum Bald.& Floria.in l. sicuti.§.aristo. ff.si

serui.vendi.per tex.in l.quid si seruus fugitiuus.§.idē celsus.ff.de ædil.edict.de quo per Ludo.Roma.in l.i.§.occisorum.col.viii.ff.ad syllei.& Alb.de ro.in tract.statuto.q.lxxvi.iii.parte.& Bald.in repet.l.i.C.de sum.trini.& fide catho. Ideo episcopi non debent simpliciter appellari domini talis ciuitatis,vt communiter fit:sed cum adiectione, vt nota.in d.c.positione.c.cùm episcopus.& §.contrahentes. Et audiui quòd ita fuit pronuntiatum per arrestū parlamenti Tholosæ contra aduocatos,episcopos simpliciter dominos(placitando)vocantes ciuitatum,quarū Rex dominus est, & nō episcopus,vt Tholosæ,Carcassonæ,& similium. Secus si episcopus esset dominus temporalis illius ciuitatis,quia tunc omnia potest quæ dominis temporalibus licent.c.episcopus.ne cle.vel mona.lib.vi. Vnde dictū fuit per arrestum parlamenti Parisiensis, quòd episcopus Suessioñ. non erat recipiendus ad probandum se esse in possessione & saisina capiendi clericos solutos vel coniugatos in habitu & tonsura virtute iurisditionis spiritualis, videlicet in dicta villa Suessioñ. vt habetur per Ioan.Gal. in q.lvi.versi.nota multa priuilegia.& do.Aufre.in tracta. arresto.arti.xxvii.& melius artic.xviii.vt ibi dicitur. Item dictum fuit, quòd quædam religiosa quæ in vico citharæ per episcopum Parisiensem propter ipsius incontinentiam ratione iurisditionis episcopalis capta fuerat, & tandē adducta in parlamēto,restitueretur in loco in quo capta fuerat:quia prætendit quòd episcopus Parisiensis non habeat captionem personalē in villa Parisiensi. Et ideo &c. Quod etiam seruatur Tholosæ,secundum Guliel. Bene.in repe. c.Rainutius.in ii.decisi.nu.425.vbi dicitur,quòd necesse habet episcopus aut eius officialis extra septa sua existens aliquam intrare ecclesiam,si actus iudiciales exercere velit,vel iudices regios requirere,quòd clericos capiāt, & sibi remittant, aut territorium ad hoc faciendum eis cōcedant,aut captionem per eos fieri permittāt:vt aliàs per arrestū parlamenti Tholosæ permissum fuit episcopo Tholosano clericos modo licito in viis & in plateis capere,& in domibus, dūmodo fiat ex permissione dominorum ipsarū domorum:vt habetur in eodem tract.arti.clxxix. Et sicut

capere

capere non poteſt epiſcopus,ſic nec transferre priſonerios ſemel captos ex permiſsione officialium regiorum de vna priſione ad aliam,ſine gratia Regis,Bailliuo vel Seneſcallo itimata:ſecundum quod not.ibi, arti.ix.Pro hoc etiam iure regio,optimè facit quod habetur in eodem tracta.arreſto.arti.xxviii.vbi dicitur,Item dictum fuit,quòd de cętero non proponeretur, quòd officiarii regii non poſſent capere clericos coniugatos,niſi in pręſenti & decenti forfacto:quia imò capere poſſunt abſque metu excommunicationis,tamen reddere debent ſuis ordinariis, cùm requirentur.Et idem in clericis ſolutis:ſecũdum Guliel. Benedict.in dicta ii.deciſio.nume.424.in fin.& ſequen. vbi dicit,quòd Rex & eius officiarii retinuerũt manus iniectionem in clericos,prout olim habebant:ſecundum Bald. in l.ſi quis curialis.de epiſcop.& cleric.De quo, an procedat de iure communi ſaltem canonico,latè per Card.Ant. de but.Panor.& Mod.in cap.cùm non ab homine, de iudic. Bald.& Angel.in l.ictus fuſtium.ff. de iis qui notan. infa. eundem Bald.in ca.i.§.ſi quis.de pa.iura. firman. in vſib. feud.vbi dicit,quòd clerici capi poſſunt, vt præſententur epiſcopo:vt voluit Ioan.Andr.in nouel.in ca.vt famæ. de ſen.exc.ſęd ex interuallo ſecus:niſi de cõmiſsione epiſcopi vel ex priuilegio:vt in regno Franciæ:quia ex tanto tẽpore cuius initii non eſt memoria concurrente fama priuilegii,maximè per arreſtum,quod habet vim legis,l. fin. de legi.& l.ii.de offi.præfec.præto.orien.approbata: ſatis cõſtat de dicto priuilegio.c.ſuper quibuſdã.§.pręterea.de verbo.ſign.& l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti.cum ſimi.& nota.in c. cauſſa.de præſcri.& in c. vii.eod.tit.in vi.De quo etiam iure regio, patet in eodem tract.arreſt.arti.ccxlii.ibi, & vlterius pro delictis curia remiſit ipſam archiepiſcopo Tholo.pro debita iuſtitia miniſtranda ſecundum caſuum exigentiam: inhibendo eidem archiepiſcopo,quòd ipſe nec eius officialis vtantur in eorum ſententiis retentione gratiæ in præiudiciũ iuriſditionis regiæ. &, ne vtantur captione ſeu priſia gentium:non conficiãt inuentaria bonorum in terra & iuriſditione regia.Et reuocauit curia &c.Faciunt etiam rationes ſequen-

tes. Prima, quia episcopus non est iudex, ratione territorii: vt in magistro militũ inter milites, vel doctore inter scholares iurisditionem habentibus: qui tamen nõ habent territorium, l. magister. C. de iurisdi. omnium iudi. autent. habita. C. ne filius pro patre. Facit l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo. significat. & quod notát Innocen. in cap. cùm contingat. de foro competen. vbi dicit, quòd aliqui habẽt iurisditionem sine territorio, qui sententias suas exequutioni ponere non possunt, de quibus in dicto ca. cùm contingat. & in l. fin. C. de iurisdi. omnium iudi. sic est de episcopo, l. episcopale. C. de episcopali audiẽtia. & in §. si quis autem. de sanctissimis episcopis. colum. ix. Hoc etiam notat glo. in autent. vt clerici apud proprios episcopos. super verbo, archiepiscopum. col. vi. vbi notatur differentia inter territorium & diœcesim. Secunda ratio est, quia capere facti est realis & temporalis, sicut submittere oues in locũ demortuarum, l. bouẽ. §. i. de ædili. edic. 50. consilio. in fi. ff. de curatore furiosi. ergo hoc facere nõ potest episcopus virtute suæ iurisditionis spiritualis.

HINC est, quòd episcopus nõ potest citare viua voce, quia est magis facti quàm iuris. Ita fuit dictum per arrestum contra episcopum Parisiensem, qui de hoc fuit cõdemnatus in emenda quingentarium librarum, anno Domini 1346. ergo multominus citare poterit realiter capiẽdo. Tertia ratio est, quia absurdum valde & inconueniẽs esset, si episcopi haberent captionem, propter cõfusionem prisiarum frequentium & exactionem pecuniarum, quæ inde fierent. Et si à prisia appellaretur, deuolueretur appellatio ad archiepiscopum, & deinde ad Papam, & sic: essent vexati subditi regii. Ex quibus cõcluditur, episcopos non habere captionem personarum: secũdum docto. præallega. & Ioan. Gal. in quæst. cl. vbi de captione clericorum. & quæstio. clxxv. vbi de captione laicorum latius tractat: & per plura hoc decimum ius regale & ecclesiasticum comprobat.

Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari,& quæ ſunt Dei,Deo. Matth. xx.

Vndecimum Ius.



NDECIMVM Ius altum Chriſtianiſsimi Regis in eccleſia Dei in hoc conſiſtit,quòd epiſcopi & alii prȩlati ſui regni debent & homagiũ & fidelitatis iuramentum præſtare, ratione feudorũ & temporalium quæ ab eo tenẽt & poſsident.text. & ibi Panor.& doct.in c.nimis.de iureiuran.Hẽri.Boe.in c.fi.de reb.dub.Bal.in præludiis feudo.Corſe.in tract.de poteſta.regia.q.liii.& Panor.in ca.veniens.in ii.notab.de accuſa.dicens,Regẽ eſſe fundatum de iure cõmuni in tẽporalibus eccleſiæ,vt pro illis debeat ei homagiũ & fidelitatis iuramentũ præſtari,niſi obſtet aliquod ſpeciale priuilegium,ſicut habebat illa eccleſia Pragenſis in Bohœmia: vt ibi dicitur.Faciunt notata in c.ſolitæ.& in c.dilecti filii. de maio.& obe.& in c.verũ.ibi,pro curſu tẽporaliũ.lxxxvi.diſt.& c.fi.de capit.Corra.x.coll.& in c. tributũ.xxiii. q.viii.vbi glo.in verbo,eccleſia. infert & notat,ꝙ epiſcopi ſubſunt Regi,intelligendo reſpectu feudorũ & tẽporaliũ. Ideo,dicebat Bald.in ca.cùm veniſſent.de eo qui mitti.in poſ.ꝙ bona tẽporalia gentiũ eccleſiaſticarũ ligantur ordinationibus regiis.Et ſi rex exigeret collectas nouas ſuper omni tẽporalitate ſui regni ꝓ defenſione ipſius, bona tẽporalia clericorũ eſſent illi exactioni ſubdita:ſecundũ Pet. de Anch.in d.c.nimis.Eſt tamẽ differẽtia inter prȩlatos & dños ſeu nobiles laicos in modo præſtãdi iuramentũ fidelitatis:quia epiſcopi & alii prælati iurãt ſtola ad collum poſita,& manu ad pectus,euangeliis ante eos poſitis. per gl. ſingula.in verbo,corporali.in cap.vt circa.de electi. libro vi.ſecundum Panor.in cap.laudabilem.de frigi.& maleficia.Facit autent.ſed iudex.C.de epiſco.& cleri.& ibi doc. Laici autem,flexis genibꝰ,& immiſsis manibus iũctis intra manus Regis, aut digniſsimi cãcellarii ſibi fidelitatem iurant & homagium faciunt: & ſi ſit nobilis, Rex

Regi Frãcorum debẽt Epiſcopi & prælati ſui Regni præſtare iuramẽtum fidelitatis ratione feudorum & tẽporalium quæ ab eo tenent.

ad osculum eum recipit, aliàs si sit ignobilis, etiã si habeat nobile feudum, nõ recipitur ad osculũ. Et ista est forma fidelitatis in Frãcia: secundũ Inn. in c. olim inter. de rest. sp. Bartholo. de Chassa. in §. i. ti. de feudis. in comẽto consue tud. Burgund. in gloss. *Pour cause de debuoir.* & latius Speculatorem in titu. de feud. §. quoniã. versicu. porro. & versicu. xxvii. vbi dicit, quòd omnes fidelitates in curia Regis Franciæ semper recipiunt, saluo iure alterius. cap. saluo. ix. quæst. iii. secundum Iaco. de san. Geor. in trac. feudorum. in gl. quidam inuestitus. & Iason. in tract. feu. col. vlti. Ad prędictam formã tamen est addendum, quòd homagium ligium, prout est illud quod Regi Christianissimo præstatur, nemine excepto, debet fieri capite nudo, & zona dimissa: secundum Ioan. Sanso. in cõmento consue. Turoñ. titu. *Comment homaige se doibt offrir.* arti. i. in glo. i. in fi. quia in istis præstationibus iuramenti fidelitatis, attenditur consuetudo locorum: secundum Andr. de Iser. & Cardi. Alexan. in cap. i. de no. for. fidelita. & iste vsus Frãciæ ratione fulcitur: quia manus significat potestatẽ, l. manumissiones. & ibi Iason post Bal. ff. de iusti. & iure. & Alberi. in dictio. in verbo, manus. Ideo, dicitur fidelitas manualis. c. cùm inter vos. de re iud. Porrectio enim dexteræ significat soliditatem, ideò debent esse vassali Regis firmi ad eius authoritatem & iura conseruanda, voluntariéque ei obedire. ca. quæ contra mores. viii. distincti. Et huius iuris plures sunt effectus, vt in seq. demonstrabitur. Ex quibus, hoc ius regale magis comprobabitur.

Deum timete, & Regem honorificate. j. Petri ij.

Duodecimum Ius.

Prælatus electus & cõfirmatus non potest administra

DVODECIMVM Ius Christianissimi Regis est, quod Pręlatus electus & cõfirmatus non potest administrare, donec Regi se præsentauerit, & reuerẽtiam fecerit: secundum Cõpostella. in c. ꝙ sicut.

de elec.prout eũ refert Hẽri.Boyc.in c.nobis.dę iur. patr. per c.cũ lõgẽ.&.c. perlectis.lxiii.dist.& c.Abb.xviii.q.ii. Et ita obseruatur in Francia & Hispania:secundum Ioan. Lupũ.in repe.rubri.de dona.inter virum & vxo.in princ. iii. præuidẽ.& do. de Chassa.in cathalo.v.parte. conside. xxiiii.Facit text.in cap.regum.xxiii.q.v. iuncto cap. si apud.eadem caussa,& quęst. & illud primæ Petri ii.Deũ timete,& regem honorificate. & tex.in ca. consilia.§. hinc etiam.xvii.distinct.vbi Rex Theodoricus Francorũ Rex reseruauit sibi in consilio reuerentiam in rebus ecclesiasticis.Idem Bald.in ca.nimis.de iureiuran.vbi dicit,quòd licet prælatus in aliis quàm feudalibus nõ sit subiectus Regi, est tamen reuerentiæ debitor: vnde dicebat Lucas de penna.in l.euictiones.de cur.publi.libro xii.quòd clerici aliquo respectu Regi subditi sunt,& debent ipsum salutare,colere, adorare, & venerari, & supplicare genu flexo. De quo,per eundem Lucam in l.duos. de suscepto. & archa.& Io.de pla.in l.i.de silentia. vbi habetur, quòd nullus debet se genu flectere coram alio,quàm corã Papa,Imperatore,& Rege:quorũ pedes osculantur.per glos. sing. in l.i.de do.protecto.lib.xii.vbi Ioan.de pla.& docto. *re, donec regi se præsentauerit, & reuerẽtiã fecerit.*

HINC est, ꝙ Rex præcedit omnes & quoscũq; prælatos ecclesiasticos sui regni: secundum Panormita. in ca. verum.de foro competen.& Inno.in ca.nouerunt. de sen ten.excom.& maximè Rex Francorum oleo sancto cœlitus demisso in personã Clodouei protochristiani vnctus, vt dictũ est suprà prima parte. in ii.iure. De quo murmurant plures cõtra principes,cardinales,episcopos, & alios prælatos ecclesiæ præcedentes.per cap.solitæ.de maio. & obedien.per quod dicit Specu.in tit.de rescrip. præsenta. §.ratione autem caussæ. quòd episcopus maior est duce. Et dicit gl.in verbo,ducibus.in cõclu.eccl. Galli in prag. sanct. quòd imò episcopus maior est Rege vel Imperatore,ratione ordinis episcopalis.Sed si priuilegio illius cap. vellent vti,prius feuda quæ à Rege habent,dimittere deberent:aliàs secus:secundum do.de Chassa. in cathalo.v. parte.consi.xxx.Ideo,pulchrè & eleganter dicit Bal.in l. patronum.§.si liberta.ff.de in ius vocan.quòd licet eccle-

R.F.prælati cedit quoscũq; prælatos ecclesiasticos sui regni.

sia sit mater imperii, tamē eo respectu quo tenet feuda ab eo, est eius vassala: & per consequens, inferior. Debet tamen Imperator seu Rex præbere honorem episcopis & prælatis ecclesiæ assurgendo & iuxta se sedem seu locum sedendi assignando ad partem eius dexteram: secundū Panor. & Ioan. And. in ca. solitæ. præallega. & Corse. in tracta. de potesta. Reg. q. lvii. Martin. Lauden. in tracta. de digni. versi. x. & Nico. Boe. in addi. ad Io. Monta. de autho. & præmi. sac. mag. concil. & Ange. in l. cùm salutatus. in versic. incipien. & processisset. C. de sentent. pass. & restit. vbi dicunt, ꝙ Carolus iiii. Imperator cardinali de Colona eum visitanti in totum assurgebat. Faciunt notata per Feli. in rubri. de maio. & obedien. Barba. in suo tracta. de præstan. Cardi. in i. quæst. Basili. col. xxii. & sequen. & in c. ad falsariorum. de crimine falsi. & Bald in l. quoties. versi. sedendi quoque. C. vbi sena. & cle. Ideo refert Policra. in li. de nugis curialium. lib. iiii. cap. iii. quòd in consilio Nisseno, Constantinus Imperator primū locum tenere non ausus est inter prælatos ecclesiæ, sed vltimum occupauit. Et nimirum, quia episcopi dicuntur esse in culmine dignitatum. vt nota. per glo. singu. & docto. in cap. ii. de præben. lib. vi. Feli. in rubri. de maio. & obedien. Abbatem in cap. cùm victonensis. col. iiii. de electi. & in cap. venerabilis. de præben. & Iaso. in l. imperium. ff. de iurisditione omnium iudi. Ideo, dicuntur illustres: secundum Bald. in additio. Specu. in titu. de iurisditio. omnium iudi. in verbo, superillustres. & in l. nullus. de decuri. libro x. & in l. ad similitudinem. C. de episco. & cler. De quo amplè per Iaso. & Purpu. in l. i. ff. de offic. eius cui est mandata iurisditio. & honorabiles ac excellentiores in dignitate dicuntur: secundum Zabarellam in cap. episcopatui. de priuilegiis. & serenissimi. clemen. in plerisque. de electio. imò dici possunt duces, marchiones, comites, & Reges: vt notat Specu. in titu. de rescrip. præsentatione. §. fina. versicu. sed nunquid Vnde, cùm episcopus est in ecclesia, debet in sublimiori loco sedere. capitul. episcopus. in ii. xcv. dist. quia est caput suæ diœcesis. notatur in cap. cùm non liceat. de præscript. sed an sui capituli, nota. in capit. cum clerici. de verborum

ſignifi.& in c. cùm dilectus.de maiorit.& obedien.c.irrefragabili.de offi.ordi.& in clemẽ.vt hi qui.de æta.& quali. Et licet ſint multi ordines & dignitates in eccleſia Dei, maior tamen eſt epiſcopalis, gloſſa in verbo, epiſcopus.in proœ.vi. & in c. quanquam.ii. quæſt.vii.quæ dicit, quòd epiſcopus eſt maior presbytero cardinali. De quo in ca.ſi abbatem.de electione,in ſex.& Gemin.in d.c.quãquam. & in c.i.colum.ii.de officio delega.in ſexto. Iaſo. in dicta l. imperium. & Curſium ſeniorem, in conſilio ſuo lxxix. col.ii. Honorare tamen debent epiſcopi legatum de latere:ſecundum eundem Specu. in titu.de legato.§.i.verſic. honorandus. Hinc dicit Bertachinus de fir.in tracta.de epi.in prima parte iiii.li.quòd inoleuit conſuetudo,vt epiſcopi aſsiſtentibus Cardinalibus non portent rochetum ſaltem patentem ſeu diſcoopertum,ſicut nec Cardinales aſsiſtente Papa:nec Prætores ciuitatum baculum iuſtitiæ ferunt,aſsiſtente Præſide prouinciæ. Si ergo epiſcopi debent honorare Legatum,multò magis Regem Chriſtianiſsimum,qui eſt legatus Dei in regno ſuo:ſecũdum Bal. in tit.de pace conſtantiæ.in prin.in vſi. feudo.& vicarius IESV CHRISTI: ſecundũ Bal.in c.ſignificãtibus. de offi.delega. & Feli.in c.cùm non liceat.col.v.de præſcriptio.& Rex Regũ: ſecundum Cardi.in cle.i.in prin. de immun.eccl.& in addi.ad Guid.Pap.in deciſio.parla. Delphi.q.ccxxxix. in addi.incipien.an Rex Francorum.cui ſaltem ratione feudorum ſubſunt:vt in iure proximè præcedenti dictum extitit.Meritò igitur, antequam ſe pro Prælatis ingerãt adminiſtrando, debent ſe exhibere reuerenter:per præmiſſa, ex quibus remanebit hoc duodecimum ius regale expeditum.

Estote subditi Principibus, & Ducibus ab eis missis.

Decimumtertium Ius.



DECIMVMTERTIVM Ius quod ex præcedentibus sequitur est, quòd Prelati ratione honoris & reuerẽtiæ Regi debitæ, vt dictũ est, debent ei obediẽtiã prestare, veniendo ad eum quando vocantur pro regni negotiis, vel aliàs ad eũ cõsulẽdũ. c. si episcopus. xviii. dist. vbi dicitur, ꝙ Prælatus à Metropolitano vocatus ab vna parte, & ab alia à Rege, debet pri⁹ Regi obedire. Facit tex. in. c. de reb⁹. xii. q. ii. ibi prius consulatis principẽ. & tex. in c. pastoralis. §. cùm autem à Rege vel Archiepiscopo euocari. argu men. sumpto ab ordine literæ, de offi. deleg. & glo. in. ca. reprehensibili. xxiii. q. viii. sentit, quòd Episcopus feuda tenens à Rege, prius debet obedire Regi, quàm Pape. Idẽ gl. Innocen. & Panor. in ca. cùm parati. de appellatio. Ex quibus, iustificatur ordinatio Ludo. xi. Regis Frãcorum, Anno. 1475. facta, per quam fuit iniũctum Prelatis ecclesię curiam sequentibus, ad suas ecclesias redire intra quinq; menses, sub pœna priuationis eorum temporalitatis.

EST enim generale pactum societatis humanę, principibus obedire. c. quę contra. viii. distinctio. & in summa, xciiii. distinctio. & habetur 4. Reg. xxiii. præcepit Rex Helchiæ Pontifici & sacerdotibus secundi ordinis &c. Et ait Hieronymus principibus & potestatibus, fidem & reuerentiam seruari oportet, quam qui nõ exhibuerit, apud Deum pręmia habere non poterit. xxiii. quæstio. v. c. Regum. & c. sicut apud carnales. Facit quod nota. in l. fin. C. de exac. tribu. libro. x. Hinc est, secũdum Vincen. Cig. de fac. principum. cap. iii. rega. quòd Christianissi. Francorũ Rex habet ius cõuocandi in suo regno Primates, Archie-

piſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, & omnes dignitates eccleſiaſticas cathedrales & collegiatas ꝓ bono ſui regni: prout factũ fuit vltimate Turonis Lugduni: per textum iuncta gloſſ. in dicto capitulo ſi Epiſcopus. decimaoctaua diſtinctio. nec eſt mirandum: quia Clodouei protochriſtiani Regis iuſſu, cõcilium extitit celebratum Aureliani, & alibi pluries: prout legit̃ in paruo hyſtoriali, quicquid dicat Bal. in c. olim. de reſcript. quòd nec Imperator aut Francorum Rex poſſunt congregare concilium generale, cùm hoc ad Papam pertineat: vt per Iaſonẽ in lege, imperium. columna vndecima. ff. de iuriſditione omnium iudicum.

Prælati ſunt de cõſilio regis licitè, præſertim ubi agitur de utilitate Reipublicæ.

HINC eſt etiam, quòd Prælati ſunt de conſilio Regis licitè, præſertim vbi agitur de vtilitate reipublicæ. glo. in verbo, conſilio. in concluſio. pragmat. ſanctio. poſt Bal. in autenti. habita. C. ne. fil. pro patr. Ioan. Andr. & Panormita. in capitulo clerici. titu. ne clerici vel monachi. Fel. in capitulo, licet. de foro competen. Vincentium Cygault in tractatu de factis principum, capitulo quarto regali, folio ſecundo. De quo latius infrà in xv. iure dicetur.

Audite Reges & intelligite, & diſcite iudices finium terrę. Sapien. vi.

Decimumquartum Ius.

DECIMVMQVARTVM Ius quod ex xi. ſequitur eſt, quòd quãdo appellatur ab officiariis temporalibus Prælatorum temporalem iuriſditionem tenentium & poſſidentium: nõ ad Metroplitanum, ſed ad Regem eiúſve officiarios deuoluitur appellatio. glo. & docto. in c. Romana. §. debet. de appellatio. lib. vi. Feli. in c. ſolitæ. de maiori. & obedien. & Bart. in l. ſi quando. C. de appella. Ludo. Roma. in l. ii. col. viii. ff. de verbo. obli-

ga. & Archidia. in §. iis ita. in fi. xi. q. i. & idem, si haberent temporalitatem allodialẽ à nemine recognitam: quicquid dicāt Bal. Panor. & docto. in rubri. de appel. allegādo tex. in c. si duob⁹. §. deniq;. de appellatio. & in §. debet. alleg. quia illi textus non fuerunt recepti in Francia: secundum Ioan. And. ibi in nouella, & Specula. in §. nunc tractem⁹. tit. de appella. & Masuerium tit. de appella. §. item à iudice ecclesiastico. Facit doctrina Hẽri. in c. ex parte. de feud. & Archidia. in c. si quæ. §. is itaq;. xi. q. i. & Hostiẽ. in summa, tit. de appella. §. à quo & apud quem. versi. sed pone ꝙ episcop⁹. Et hæc vera sunt, nisi Prælatus ex priuilegio aut antiqua cõsuetudine haberet iudicem appellationum, vt multi Episcopi, Archiepiscopi, & Abbas crassè in lingua Occitana: quia tunc, ad ipsum esset appellandum. Et si de facto appellatum esset ad Senescallum, iudici appellationũ talis Prælati caussa deberet remitti, per ordinationem Philippi Pulchri anno 1303. in mẽse Februario: tamen secunda apppellatio & vltima ad Regẽ seu eius curiam deuoluitur, non obstante quacunq; exemptione: secundum Lucam de pen. in l. quicunq;, la ii. de omni agro defer. lib. xi. vbi dicit, quòd Rex superioritatem seu vltimũ ressortũ remittere non potest: vt latè per Guliel. Bene. in verbo, & vxo. ii. deci. col. lxxviii. cũ seq. Ad quod faciũt notata per Abb. in cõsil. lxii. col. vi. & consil. xciiii. Ro. in cõsi. ii. incip. visis. Cardi. in cõsil. xxxviii. & Bal. in l. pen. C. de bonis quæ libe. & in proœ. feudo. col. ix. Ideo, sæpe retinet Rex aliquod seruitium, vt in temporalitate archiepiscopi Tholosani, super qua retinuit vnum militem armatum per totum Comitatum Tholosanum: secundum Stepha. Aufred. in repetitio. cle. i. in. ii. regu. de offi. ord. nimirum appellationes à iudicibus tẽporalibus prelatorum ad Regẽ seu eius officiales tanquam de vassalo ad dominum superiorem deuoluantur. per nota. per Innocẽ in c. cæterũ. de iudi. Pet. Iac. in sua practi. tit. de cõdi. ex moribus, in q. incipi. Comes dedit militi &c. & in tit. super iurisdi. libellus. ibi, itẽ ponit, quòd minus &c. De quo per Guid. Pap. in decisio Delphi. q. cccccli. & cccccxviii.

Appropinquante autem prælio, ſtabit Sacerdos ante aciem. Deutero. xx.

Decimumquintum Ius.

DECIMVMQVINTVM Ius quod etiã ex præcedentibus ſequitur eſt, ꝙ Prælati regni feuda à Rege tenẽtes, tenentur in guerris & bellis opem & auxilium præſtare, ſecundum feudorum conditionem: iuxta verbum dominicum, Reddite quę ſunt Cęſaris Cęſari &c. Matthe. xx. & illud Pauli. Reddite omnibus debita, cui tributũ &c. c. ſi in morte. xxiii. q. viii. Hinc dictum fuit per arreſtum cõtra Epiſcopum Lemouiceñ. ipſum teneri domino Regi ad exercitum, ſicut alii terrarii diœceſis Lemouicenſis tenẽtur. vt habetur in q. Io. Galli. anni. 1280. in fi. fo. cxvi. Poſſunt etiã Prælati cũ Rege Chriſtianiſsimo (conuocato exercitu) proficiſci ad caſtra: vt eadẽ q. §. hinc datur intelligi. & ſecum ducere bellatores, conſiliiſq; & orationibus Regem coadiuuare, & ad inimicorũ expugnationẽ armatos incitare. c. ex multa. §. fi. de voto & vo. redem. vbi Panor. hoc intelligit, neceſsitate poſcente. Ad quod faciũt notata per eundem Pan. in c. clerici arma portantes. de vita & hone. cler. & gl. in c. quicunq;. xxiii. q. viii. §. his. & c. ſeq. & c. hortatu. & nota. per glo. in c. ſciſcitaris. vii. q. i. Hinc dicitur, Eccleſia eruet eũ qui ducitur ad mortẽ, ſcilicet iniuſtè. c. nõ inferẽda. xxiii. q. iiii. Sicut Moſes vidẽs hæbraicũ ab Aegiptiis offendi, illũ defendit, ita vt Aegiptiũ perimẽs in arenã aſcẽderit. d. c. nõ inferenda. Pro quibus, faciunt notata per. Inno. in capitul. olim. de reſti. ſpol. aliàs niſi neceſsitas vrgens hoc expoſtulauerit, debent Prælati ab iis abſtinere: capi. clerici. xxiii. quæſtio. viii. vbi textus dicit, quicunque ex clero vult eſſe, arma militaria nõ ſumat, nec armatus incedat: ſed profeſsionis ſuę vocabulũ religioſis moribus & religioſo habitu prębeat &c. Ex hoc enim ipſis vituperium & ſcandalum, ac

Prælati regni feuda à Rege tenẽtes, tenẽtur ĩ bellis opẽ & auxiliũ Regi præſtare.

reipubl. damnum contingere visum est. vnde Gua. in vita Ludo. xi. Fracorũ regis, fo. xviii. de quodã Ballua Cardin. scribit, quòd missus est apud Parisios à dicto Ludou. vt armatorum numerum & modum armorum recenseret, & ei referret: quod fecit veste linea indutus. Quare Chabanus Comes de Dommartim contra sacerdotes ad militare negotium deputatũ indignatus, Tu (inquit) prouidẽtissime Rex Balluam Cardinalem eundẽmq; Ebroicẽsem antistitem Parisios milites vrbanos recẽsere mittis. Te oro, mihi indulge Ebroitas proficisci: (vnde Ballua præsul erat) vbi de sacerdotibus sacrãdis scrutiniũ faciam. Tam enim hæc mihi cura, quàm episcopo militum recognitio conuenit: cuius verba cum risu excepta sunt. Illud siquidẽ (vt idem Guaguinus in vita Caroli vii. Francorum Regis, fo. ii. ait) nonnũquam compertum est inter Francos plus damni in rempub. inferri, dum sacerdotis consilio res Frãca agitur, quàm cùm prudẽs aliquis ex seculi nobilitate rebus gerendis pręficitur. Ille enim quadam insatiabili ambitione, omnia sibi vẽdicat. Hic scilicet prudens secularis populi misertus, & communitatis detrimentum suum esse ratus, reipubl. bene (vt potest) consulit. Ille fastum & pompam ex dignitate metiens, eò audacius diuitias congerit, quo minus vltionem timet, ecclesiastica protectus libertate. Hic autem opes suas cum republica coniunctas, non ignarus ex publico incommodo priuatũ quoque auguratur. vnde Nicol. Boer. in addi. ad Ioan. Monta. in tracta. de autho. & præeminen. sacr. mag. concil. inuehitur cõtra prælatos ecclesiæ: eos taxando, qui faciunt se constitui magistros rationales & præsidentes ad rationes officialium thesaurariorum discutiendas. contra tex. in c. inutile. lxxxviii. dist. & in l. repetita. C. de episco. & cle. & in l. consulta diualia. de testament. vbi dicitur, quòd opprobrium est clericis, si se peritos forensium caussarum & disceptationum ostendere velint, & Luca. de Pen. singu. in l. milites, de re milit. lib. xii. dicit, quòd episcopi ab officio cancellarię abstinere debent: quia plerunque sigillant literas principum: quarũ vigore, sanguis humanus effunditur. c. sentẽtiam sanguinis. ne cle. vel mona. quamuis Corse. in tracta. de potestat.

& excellē.regia. q.xcvi. teneat quòd episcopus potest esse regius cancellarius: cùm hoc tendat in auxilium regiæ maiestatis, neque impediatur diuinus cultus: prout suo tempore episcopus Abulēsis regiæ cancellariæ Hispaniæ prȩsidens erat. Et potest etiā esse consiliarius principis: secūdum Ioan. Andr. & Pa. in c. clericis. ne cle. vel mona. non tamen officialis iustitiæ exercendæ: per notat. per Pa. in c. non est. de vo. & vo. redem. in c. licet. vbi Feli. de fo. competen. vbi concludunt, quòd prȩlati possunt esse de consilio Regis. Quod prælati optimè student practicare in hoc regno: secundum Stephan. Aufre. in repetit. cle. i. in addi. fallen. xcv. quartæ regulæ. de offi. ord. Ideo, dictus Nico. Boer. vbi supr. sine caussa inuehitur contra magistros requestarum clericos curiȩ Franciæ. De quo notatur in c. in Archiepiscopatu. de rapto. & in c. duo sunt. xc. distinc. Et quod notatur per Bal. & Sali. in autentic. habita. C. ne fil. pro pat. & Vincen. Cyg. in tract. de fact. prin. c. in regali. fo. ii. vbi singulariter dicit, quòd episcopi Franciæ possunt Regi dare consilium, etiam in criminalibus: per gl. in verbo, consuluit. in ca. ex literis. de excef. prælato. vbi latè de hoc per Panor. & doct. Et est notandum pro complemēto huius iuris regalis celsitudinis, quòd prælati assistētes Regi in bello pro defensione necessaria illius, si homicidium aut homicidia committant, irregularitatem non incurrūt. Nam seipsum defendendo, irregularitatem nō incurreret clericus. c. de iis. 50. distinc. vbi glo. plena. & latè traditur per omnes docto. in c. significasti. de homici. sed defendēdo corpus & caput mysticū, defendit seipsum: quia est eius mēbrum. Et defendendo vel offendendo partem corporis, totum corpus defendit vel offendit. leg. vulgaris. ff. de furtis. Hinc Apostolus ad Corinthi. xii. si quid patitur vnum mēbrum, cōpatiuntur alia membra: & maximè, quia esse, influxum habet à suo capite: igitur illud defendēs, seipsum defendit. Nam eadē ratio est de aliquo, & de eo, sine quo & c. l. necare. de liberis agnoscēdis. l. qui id quod. §. fi. de donat. & pro præmissis. faciunt notata per Archidiaconum in c. generali. in vi. de electi. Quæ pro huius iuris regalis confirmatione dicta sufficient.

Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Psal. lviii.

Decimumsextum Ius.

Rex Christianißimus uasallum, clericũ, seu prælatum ratione feloniæ cõtra ipsum cõmissæ, feudo priuare potest.



ECIMVMSEXTVM Ius altum Christianiss. Regis quod etiã ex præcedẽtibus sequitur est, vt vassalũ, clericum, seu prælatũ, ratione feloniæ contra ipsum cõmissæ, aut debitorum non factorũ feudo priuare possit: secundũ Guli. de Mõtelau. in cle. pasto. de re iud. Archi. in c. i. de cler. couiugatis. li. vi. & G.P.q.cxxxix. Et ita seruatur de cõsuetudine in regno Franciæ: secundum Gul. Bene. in repe. c. Rainu. in ii. deci. nu. 459. De qua testat Guagui. li. vi. c. iiii. ibi, ad hoc expugnandæ arcis negotiũ. cùm Pontifices Franci à Philippo præmoniti, armatos aliquot ex suis misissent, soli Aurelianensis ac Antissiodorensis Antistites denegare auxilium non formidauerunt: quamobrem cùm Philippus eorum terras (donec satis de cõtẽptu factionem fecissent) occupasset, Rom. Põtificem adeũtes, Philippũ, ne id faceret, pontificia authoritate ꝓhibere nisi sunt. At Pontifex, Francorum consuetudini, quæ de temporalium rerum gubernaculis introducta esset, detrectare nihil tentauit. Igitur episcopi multũ pro rebellione Philippo soluentes, quæ suæ ditionis erant, receperunt, post biẽnium quã illa Rex possedisset &c. Quod est intelligẽdum, vita prælati feloniã cõmittentis durãte, aliàs secus: quia delictum personæ nõ debet nocere ecclesiæ. c. delictũ. de regu. iu. li. vi. secũdum Io Ferra. de insig. pecul. Reg. Fran. in x. iure. qui pro hoc nihil allegat, sed est text. in c. similiter. de capi. corradi. Ita seruatur in Frãcia, secũdum Masue. tit. de pœnis. §. Item si prælatus. & sic fuit per arrestũ parlam. Burdeg. ꝓnuntiatũ anno 1499. in festo Magdalenes, de loco de Busseria: qui ꝓpter excessum alicuius prælati ecclesiast. fuit Regi cõfi-

ſcatus, vita delinquentis durãte: ſeruantur enim & locũ habent cõſuetudines feudorũ in clericis & eccleſiaſticis perſonis: vt legit̃ & nota. in c. cæterũ. de iud. & c. verũ de for. compe. Faciũt nota. per Iaſ. in l. ii. verſ. x. quæro. C. de iur. emphy. Et poteſt prælatus eccleſiaſt. nedũ cõmittere feloniam cõtra regem, imò etiã crimen læſę maieſtatis, infidelitatis, & ꝓditionis, inquãtum tenẽtur illi ad fidem & reuerentiam. & ſunt mẽbra corporis myſtici. c. regũ. & c. dicat. & c. ſi apud. xxiiii. q. v. Ex quo enim ſubſunt maieſtat' regię, & ad ſacramẽtum fidelitatis & reuerẽtiæ tenẽtur, dicũtur eſſe de corpore myſtico regni, & ſi offendãt in caſibus in quibus ſubſunt, in quib⁹ maieſtas de iure offendit̃ & læditur, crimẽ lęſæ maieſtatis cõmittunt. Nam ex quo in eis concurrũt cauſſæ ſufficiẽtes ad producẽdum crimẽ in eſſe, illud in eſſe cõſtituitur: quia poſitis cauſis, ponuntur effectus, l. cũ res. de proba. nec de eſſe hui⁹ criminis lęſæ maieſtatis exigitur, ꝙ cõmittens ſit ſubditus ratione contẽtioſę iuriſditionis: ſed ſufficit, ꝙ ſit mẽbrum corporis myſtici, & aſtrictus ad fidelitatẽ. c. fœlicis. de pœnis. iũctis cano. regũ dicat & ſi apud prꝉallegat. Ita videtur tenere Bart. in extrauagã. ad reprimẽdum. ſuper verbo, conditionis. & Pet. Iaco. in tit. de cauſis ex quibus vaſſalus poteſt cõmittere feudum in proſequutione arboris regum Frãciæ. Nec obſtat glo. in cle. paſtoralis. de re iudic. inquãtum vult, quòd non ſubditus non cõmittat crimen læſæ maieſtatis: quia loquitur de eo, qui nõ eſt ſubditus, nec vt mẽbrum corporis myſtici ad debitũ fidelitatis & reuerentiæ aſtrictus. Quod patet ex tex. d. c. quãdo loquitur de Rege Siciliæ, qui nõ erat mẽbrum imperii. Hîc autẽ loquimur in mẽbris myſtici corporis alicui⁹ regni, & conſequẽter ſubditis maieſtati & fidelitati regni. Quod ſufficit, licet quo ad contẽtioſam iuriſditionẽ, ſubditi non exiſtãt. Eſt tamẽ notãdum, quòd quãuis perſonæ eccleſiaſticæ cõmitterent crimẽ læſæ maieſtatis cõtra principes regnorũ, vt prædictũ eſt, non tamẽ puniẽdæ eſſent aut coercẽdę per eos ditione contentioſa, ſed coertione politica œconomicæ ſimilitudinis: contentioſa verò ſolùm per officiũ eccleſiaſticum. Probatur cõcluſio, quia ſuppoſita eccleſiaſtica in foro contentioſo, non

ſubſunt ditioni Regum vel principum,ſed ſolùm eccleſię, vt c.ii.de foro compe.& l.ſtatuimus. de epſco.& cleri.in foro autẽ ſiue ditione œconomica vel politica, vnũquodq; ſubeſt capiti etiam ſeculari. Nam ſicut paterfamiliàs habet poteſtatem œconomicam etiam in clericũ de ſua familia, per quam poteſt illum coercere ab offenſis multipliciter & inter cætera:quia poteſt illum à ſua familia & corpore œconomico procul pellere: vt membrum diſſolutum inobediens & reprobum:ſic quicunque Rex poteſt clericum & quancunque perſonam eccleſiaſticam propter læſam maieſtatem depellere, tanquam membrum putridum à corpore regni,cuius idem Rex caput eſt myſticum, & idẽ clericus membrum putridum:iuxta id quod dicit beatus Hierony. Reſecandæ ſunt carnes putridæ, & ouis ſcabioſa ab aliis repellẽda,ne tota domus,maſſa, pecus & corpora ardeant,corrumpantur,intereant:vt habetur xxiiii.q.iii.ca. reſecandæ.& cap.ecce. Ad hæc enim & alias corruptiones domeſticas & politicas,non eſt dubium ditionem capitib⁹ politicis competere: non tamen cum contentioſa poteſtate,iuxta l.i.C. de emendatione propin. Pro quibus faciũt l.ex facto.de hæred.inſti.& l.quicunque. de epiſc.& cle. in ratione ſui.& vii.q.i.ſicut in text.& in glo.quæ in effectu prædicta probant:vt nota.in l.i. C.de priuatis carcer. cùm ibi dicitur,quòd quilibet poteſt habere carcerem œconomicum,pro punitione familiæ : ſed non publicũ carcerem,ſcilicet fori contentioſi:nihilominus tamen,eccleſiaſtica perſona punita ſub ditione politica,veniet in contentioſo foro punienda per diœceſanum aut alium eccleſiaſticum iudicem competentẽ:quia punitio ditionis politicæ non ſufficeret in crimine tanto : ſicut in ſimili dicitur in l.placet.C.de ſacroſan.eccle.& in c.at ſi clerici.de iudi. vbi patet,quòd pro eodem delicto quis poteſt per plures & in pluribus foris coerceri, potiſsimè in altero ſufficienter non punitus.Facit c.de his.de accuſa. vbi pœna fori pœnitentialis non excludit pœnam fori contentioſi,quicquid voluerit glo.in contrarium,in c.quicunque. xxvi.q. v.De quo per Philippum Decium,in conſilio clxx.in primo volumine.

Ecce in iustitia regnabit Rex,& Principes eius præerunt. Esaiæ xxxj.

Decimumseptimum Ius.



ECIMVMSEPTIMVM Ius altũ & præcipuum quod habet Christianissimus Francorũ Rex in ecclesia sancta dei, est circa correctionem & punitionẽ personarum ecclesiasticarum, in certis casibus quos priuilegiatos Franci appellant: quãuis enim fori priuilegium clericorum sit de iure diuino.c. fin.xxvi.dist.& latè Zaba.in repet.cle.perpenden. de sen ten.excom.Barba.& doct.in c.at si clerici.de iudi. & in c. ii.de maio.& obe.tamẽ illud particulariter & si nõ vniuersaliter in certis casib⁹ tollere potest Papa.c.lector.xxxiiii. dist.notatur per Archi.& doct.in c.sunt quidem.xxv.q.i. per tex.in ca.verũ.xxxii.dist.vbi Papa cõmisit duobus du cibus caussam clericorũ simoniacorum: & in c.mennã.ii. q.v.vbi Brunechil.Francorũ Reginæ caussa spiritualis cõ missa fuit.Facit c. nos & si incõpetenter.ii.q. vii. & in ca. illud.x.q.iii.& notata.amplè per Barba.post Host. Ioan. And.& Ant.de but.in c.decernimus.in verbo, præsumãt. de iudi.& Io.Fab.in auten.statuimus. de episco.& cle. & glo.in c.imperium.x.dist.& in summa xxv.q.vii. Si ergo illud facit per modum delegationis, facere etiã potest per priuilegium: vt in Christianissimo Rege & eius officiariis, qui ex priuilegio & consuetudine immemorabili habet facultatẽ puniendi clericos & prælatos pecuniariter seu ciuiliter in certis casibus, qui priuilegiati cõmuniter dicũtur. Et nimirum, quia Rex Francorũ in istis casibus est delegatus Papæ: secundũ Stepha.Aufre.in repe.cle.i.de offi.ordi.q.iiii.nu.6.Imò delegatus à Deo in terris: secundum Bald.in titul.de pa.constan.in princip.& vicarius IESV CHRISTI in suo regno: secundũ eundẽ Bald.in c.significantibus. de offi.deleg.Feli.in ca.cùm non liceat.de

R.Christ. circa correctionẽ & punitionẽ ecclesiasticarũ psonarum ius habet ĩ certis casib⁹.

præscri.& Nico.Boe.in addi.ad Ioan.Monta.de authori. fac.mag.concil.De quibus delegatione & priuilegio ac casibus priuilegiatis,attestantur doctores quamplurimi magnæ authoritatis viri,scilicet do.Aufre.in alleg.repet.cle. i.& in add.in xiii.fallen.de offi.ord.Guliel.Bene.in repe. ca. Rainu.in verb.& vxoré nomine Adelesiam.in ii. decisio.de test.Bartholo.de Chassa.in cōmento cōsue.Burgū. in tit.*Des iustices*.§.*Si aucun commet simple larrecin*. in gloss. super verbo,*S'il n'a grace*.in xvi.fallen.& sequent.Masuerus in sua practi.titu.de iudi.§.item sciendum. & titul. de remissio.§.Item in saluagardia . & pluribus aliis locis.Et habetur in stilo parlamenti.tit.quorum cognitio pertinet ad Regem.Et generaliter, contra personas ecclesiasticas procedatur:& in instructio. abbreuiatis.titu.quæ sint iura regia,artic.penulti. De quibusquidem casibus priuilegiatis,quia diffusè per doctor.præallegat. ponuntur, aliquos magis principales tangam . Primus ergo casus dici potest portus armorum,de quo Rex & eius curia cognoscit,etiā contra clericos,eos pecuniariter,si culpabiles reperiantur, condemnando:vt in dicto stilo parlamenti,in instruc. abbreuitatis,sub titu.quę sint iura regia. Et de hoc est Christianissimus Rex in possessione & saisina à tanto & tali tépore,quòd non est memoria in contrarium , concurrente fama priuilegii:secundum Aufre.in dicta repet.clemen.i. de offi.ordi.in addi.& fallen.xiii. pro quo videtur tex.secundum Ioan.Fab.ibi,in l. abditos.de episcop.audien. in glo.super verbo, vindicetur. Quo priuilegio etiam vtitur Rex in ducatu Mediolani:secundum glo.in verbo,*S'il n'a grace*.fallen.xvi.in §.*Si aucun*.titu.*Des iustices*. in consuet. Burgun.& in comitatu Tholosano:secundum do.Bened. in d.repe.c.Rainu.in ii.decis.in addi.incip. est portus armorum. vbi dicit fuisse per Carol. vi. Francorum Regem ordinatum,& senescallo Tholosæ iniunctum:eò quia,clerici officiarios regios coram iudicibus ecclesiasticis vexabant pro iniuria eis in auferendo arma illata , quòd tales portitores literarum & bona temporalia ecclesiasticorum caperet,& de portu armorum eos puniret. Quæ ordinatio habetur in tracta.ordina.regiarum.sub.tit.de accusa.cap.

pro parte. Hinc dictum fuit per arrestum, contra Leonardum praué. Aurelianen. quòd solueret mille libras pro emend. quingentas Regi, & quingentas parti: & quòd teneret prisionem in curia episcopi Parisiensis. Et hoc pro mutinatione quam fecerat cum portu armorum, & fuit quæstionatus, præsentibus aliquibus ex consiliariis: vt habetur in stilo parlamenti, & tracta. arrestorum. articul. cxl. Est enim armorum vsus inscio principe prohibitus: vt in rubric. C. vt armorum &c. libro xi. & in autenti. de armis. collat. iiii. & in rubri. de Fabricen. eodem lib. xi. Et habetur per Barto. & Ange. in l. i. per illum text. ff. ad leg. Iul. de vi publi. per Bald. in l. data opera. circa x. col. C. qui accu. poss. & in cap. i. hîc finitur lex Conra. in vsib. feudo. & non solùm laicis, sed etiam magis clericis. ca. clerici. & ibi per Abbatem & Moder. de vit. & hone. cler. & in clemen. i. illo eodem tit. & in cap. clerici. & quasi per totum. xxiii. q. viii. quia arma clericorum debent esse orationes & lacrimæ: vt in c. côuenior. xxiii. q. viii. & in c. porro. vbi gl. xvi. q. iiii. & Io. de Imo. in d. c. clerici. in i. de vit. & hone. clericorum. glo. in capitulo, ex multa. §. fina. de voto. & Iason in lege, imperium. in princip. de iurisditio. omnium iudic. & Philip. Decium, in concilio 151. incipien. maximi ponderis. in xv. col. in fin. & ideo dicit glo. in c. ii. de homicid. quod licet sit licitum occidere depopulatores agrorû: hoc tamen non licet clericis. Et idem de bannito, qui ex dispositione statuti occidi potest, non tamen à clerico. De quo per Hyppo. de Marsi. in consilio xi. incipiente, circa hoc dubium. Et prædicta intelligûtur in armis offensibilibus, secus autem de armis defensibilibus. Nam ista possunt assumere clerici ad defensionem. cap. dilecto. de sentent. excômu. libro vi. & ca. olim primo. de restitutio. spoliato. & ibi Bald. Sicul. & docto. Ita dicit do. Stephanus Aufred. in xiii. fallen. allega. circa quæ addendo, est notandum, quòd appellatione armorum propriè & strictè non veniunt arma ad defendendum, cùm principaliter ad offendendum non sint inuenta: secundum Bar. & Ange. in d. l. i. ff. ad legem Iuliam. de vi publi. & Ludouicum Ro. in l. i. §. occisorum. ff. ad Silleyanum. & Abba. in dicto cap. clerici. in i.

oppoſi.& Iaſo.in §.ſequen.verſic.ex maleficiis. col. xxvi. de actionibus. Secus autem largè loquendo: quia veniunt tunc etiam arma ad defenſionem principaliter inuẽta. Ita ſentit gl.in verbo, arma.in dicta clement.i.& nota.in l.ii. C.quæ res exporta.poſſunt.& in §.armorum. institut. de interdict.ibi ſcuta & galeas.& in dicta autent.de armis.& per Bar. in l.pediculis.§.argẽto.ff.de aur.& argent.legato. Et ad id quod dictum eſt,quòd dicta arma defenſibilia non ſunt etiam clericis prohibita,cùm poſsint ſe defendere licitè &c.ſecundum dictum Aufredum:eſt aduertendũ, quòd in quantum loquimur de defenſione,non eſt armorum fienda diſtinctio,vt ipſe facit: quia clerici & religioſi pro defenſione perſonæ & rerum ſuarum poſſunt vti quibuſcunque armis,dicto capitulo dilecto.& cap.olim allega.& cap.i.xxiii.quæſtio.i. Sed an debeat interuenire licentia ſuperioris eo caſu,quo commodè haberi aut requiri poteſt:vt per Abba.in dicto capit.clerici. & Zabarel.in clemen. ſi furioſus. de homici.& per gloſſ.in ca. duo ſunt genera.xii.quæſtio.i.& in tantum eſt permiſſa etiam clerico defenſio,vt ſi in celebrando miſſam inſultetur, ea relicta,poteſt ſe cum armis vel ſine armis tueri, & aggreſſorem ſuum occidere,& ilico ad altare pro miſſa perficienda abſque aliqua abſolutione vel reconciliatione redire:ſecũdum Ioan. de Linha. in ſuo tracta.de bello.& Abbat. pã. in c.clerici.in i.de vit.& honeſtate cle.quos refert & ſequitur Maria.Sozi.in repeti.cap.ad audientiam.col.xxxii.de homici.verſicul. xxvii.poſtea ſubdit dictus Aufred. quòd appellatione armorum in hoc caſu criminis priuilegiati, veniunt illa quæ principaliter ſunt facta ad nocendum:ſecundum Ang.in l.armatos.ff.ad l.Iul.de vi publi. Ad hoc poteſt allegari idem Ange.in l.iii.§.armis.ff. de vi & vi arma.& in l.ſi pignore.§.qui furem.ff.de fur. & Ludo. Ro. in d.l.i.§.occiſorum.ff.ad Silleianum &c.

HINC eſt,quòd clericus percutiens vel vulnerans aliquem cum vnguibus, non incidit in hoc crimen priuilegiatum portus armorum,ſicut nec incideret aliquis in pœnam ſtatuti punientis vulnerantem cum armis aut ſanguinis effuſione:ſecundum Ange.in dicto.§.qui furem. & lo

cis prælleg. Et idem, si percuteret aut vulneraret cū dentibus: quia armorum appellatione, nō veniunt dentes: secundum Barto. in consi. suo cvi. incipien. statuto castri plebis. per text. in l. cui dens abest. ff. de ædil. edic. & in l. i. §. medicos. ff. de va. & extra. cognitio. Idem, si percutiat aut vulnus inferat cum amphora plena vino, vel cum vase vitreo aut pera panis: secundum Ange. in locis prælleg. Infert etiam ex prędictis do. Aufre. quòd tunc non comprehenditur appellatione armorum paruus cultellus ad scindendum panē. per glo. in auten. de armis. & in rubr. C. de fabricen. lib. xi. Idem ergo dicendū est in paruo gladio ad scindendum calamos vel vngues: secundū Ange. & Ludo. Ro. in locis prælle. quamuis Bart. in d. l. i. videatur tenere contrarium: cùm talis gladius sit aptus ad nocendum. Sed potest responderi, quòd principaliter, secundum cōmunē vsum, non est ad hoc ordinatus: vt suprà dictum est.

HINC est etiam, quòd si clericus percuteret cum lapidibus vel fustibus, non incideret in hoc crimen priuilegiatum: quia licet armorum appellatione, conprehendantur fustes & lapides, l. armorum. de verborum signifi. cum similibus: non tamen propriè & strictè. Ideo, non cadunt sub prohibitione portus armorum. glos. est singu. in verbo, arma. in clemen. ne in agro. §. quia verò. de statu monacho. secundum Iaso. de May. in dicto §. sequens. versic. ex maleficiis. de actionibus.

ITEM est notandum, quòd si clericus sit inuentus in manibus nō habēs arma, sed sint in terra secus pedes eius, satis constat de crimine priuilegiato: quia præsumptio est contra eum, quòd ibi illa deposuerat: secundum Bald. in l. iii. §. i. ff. de offi. præfect. vigil. De quo, per Ludo. Ro. post Alber. in l. i. §. hoc rescriptum. ff. ad Silleianum &c.

ITEM, si clericus aliquem insultauerit, quamuis arma nō extraxerit, tamen in crimen priuilegiatum incidisse, & insultum fecisse cum armis dicitur: secundum Bart. & Ange. in l. iii. §. armis. ff. de vi & vi armata. Bal. in l. data opera. qui accusa. non possunt. & Ludo. Roma. in singula. dlxxiiii. Ad quod facit dictum Bal. in l. raptores. C. de episcop. & cleri. quòd qui stat armatus, licet nō euagiuauerit

aut exercuerit, tamen dicitur opem & auxilium præstare: secundũ eundẽ Bal. in l. i. C. de ser. fugi. & in l. hæc verba. ff. de iis qui notantur infa. & in l. i. §. sed in eod. vbi Ludo. Roma. ff. ad Silleia. Pariter facit id quod voluit Angel. in l. quemadmodum. ff. de inoffi. test. quòd qui habet ensem in manu, minando, dicitur præparatus ad offensam: vt extunc possit licitè percuti aut vulnerari.

ITEM, si clericus eodem die pluries portauerit arma, non videtur ex hoc commisisse nisi vnum crimen priuilegiatum, & pro vno tantùm debet puniri, & non pro pluribus: secundum Barto. in l. inficiando. §. infans. ff. de fur. & Bal. in l. si duo. §. semel. circa fi. ff. de arbi. Postea subdit dictus Aufre. in d. xiii. fallen. quòd inter officiarios regios & spirituales Tholosæ fuit concordatum, quòd ista haberẽt verum, quando esset portus armorum per modum turbæ in numero decem: quod non seruatur, secũdum eundem. Nimirum, quia hoc pascisci non potuerunt, ita restringere in præiudicium iuris regalis, l. contra. ff. de pact. per gl. in §. fi. xvi. q. vi. & Bal. in consilio cclv. in ii. volu. Nec est curandum quo ad hoc ius regium, an per modum turbæ vel ne: quia nullibi fit hæc distinctio, nisi per Guliel. Benedic. in d. repe. cap. Rainu. in ii. decisio. quo ad portum armorum factum in terra comitis vel baronis: quia si cum congregatione gentium, vel vna villa contra aliam insultum cum armis fecerit, ad Regem spectabit cognitio, aliàs ad baronem: secundum Pet. Iaco. in sua practica. titu. de con dictio. ex l. §. quadrupli. institu. de actio. prout suprà in prima parte. in iure xiiii. regio dictum fuit. Et per hoc non fit magnum præiudicium clericis vel ecclesiasticis personis, si de portu armorũ tantùm à iudicibus regiis puniãtur: ipsis pro crimine suis iudicibus cõpetentib⁹ (iuxta dictũ stilũ in instruc. abbreuiatis contentũ) remissis: quia portus armorum de se est leue crimen, ita quòd processum solennem non requirit: secundum Barto. in l. leuia. col. ii. ff. de accusatio. & in l. diuus. ii. ff. de custod. reo. nisi loqueremur de portu armorum extra regnũm apud hostes: quia tale crimen pœnam exigit capitalem cum confiscatione bonorũ: per text. in l. ii. seu fin. C. quæ res exporta. non debe. in fi.

Cleric⁹ si pluries in die portauerit arma, nõ uidetur ex hoc cõmisisse nisi unum crimen priuilegiatũ & pro uno tãtùm debet puniri, & nõ pro pluribus.

Et tūc credo ꝙ talis portus armorū sit magis priuilegiatus, vt de illo clerici & ecclesiastici puniri per Regē & eius officiarios valeāt: per tex. in l. fi. ibi, cuiuscunq; dignitatis siue in militia &c. C. de cōmer. & merca. Perniciosum nāq; Francorū imperio esset ac proditioni proximum, inimicos quos indigere cōuenit, telis eos, vt validiores reddant, instruere. l. ii. præal. & hoc de primo casu priuilegiato.

SECVNDVS casus criminis priuilegiati est, vbicūq; violatur seu infringitur saluagardia aut securitas Regia p clericum: quia pecuniariter saltē consueuerunt iudices regii & Parla. eos punire: secundum Steph. Aufr. in d. repet. in xii. fall. & de Chassa. in d. §. *Si aucun cōmet simple.* in xvii. fallen. & Gul. Bene. vbi suprà. per tex. in l. ii. C. vt ne priua. ibi, miles vel clericus. & per stilum parlamen. in d. instructio. abbreuia. tit. quæ sint iur. reg. arti. penul. & fina. ibi, sed si clericus pro aliquo delicto, vbi est infracta saluagardia &c. Quiquidem stilus tanq̄ scriptura antiqua allegatur, iuxta latè tradita per Ias. & moder. in l. i. de reb. cre di. & Feli. in c. ii. de rescrip. quāuis Barth. Chas. in cōmen. consue. Burg. in rub. *Des iustices.* cir. fi. versi. secūdus casus. quāuis hoc non seruari dicat in clerico soluto, sed cōiugato tantùm: sed in hoc non est differētia, vt in stilo parla. & tract. arre. ar. cxxxviii. ibi, Itē per arrestū curiæ dictū fuit, ꝙ Petrus le diable scutifer clericus nō coniugatus faceret emendā &c. Et Gui. Pa. indistinctè etiam loqui videtur in deci. Delph. q. lxxvii. versi. sed an iudex tēporalis. vbi dicit ꝙ iudices tēporales pro hoc clericū præsentantes sunt excōmunicati per c. pe. de sent. excom. sed reducendo ad concordiā, potest dici, ꝙ Guid. Pap. intellexit de iudicibus tēporalibus simpliciter, scilicet aliis q̄ Christianissimi Frā. Regis, fortè Delphinalibus vel alicuius baronis aut comitis, qui hoc non gaudent priuilegio: cū sit regium siue regale. Et quòd intellexerit, patet ex eo ꝙ de excōmunicatione facit mentionē. Sciebat enim, & pro notorio habetur, quòd Rex Franciæ aut eius officiarii pro exercitio suæ iurisditionis excōmunicationem nō incurrunt: vt suprà ix. iure ostensum fuit: vel potest intelligi de iudicibus presentātibus clericū, id est p̄sentialiter seu p̄sonaliter pro

infractione huiusmodi detinentibus, quasi hoc fieri non debeat. Sed ipso cōdemnato, exequutio fieri debet in bonis temporalibus dicti clerici; secundum Oldra. cōsi. xvii. Et ita fit quotidie, cùm sæpe tēporale Prælatorum pro tali & similibus casibus teneatur ad manum Regis, donec plenè fuerit satisfactum. Et si clericus nihil habet de temporali, in carceribus ecclesiasticis detinebitur, & non regiis. Ita sentit dictus Guido. Pa. vnde. anno 1399. & die i. Martii dictum fuit per arrestum parlamenti Parisiensis, quòd quidam clericus in emenda in casu priuilegiato condemnatus temporale nō habens, prisionem in curia episcopi parisiēsis (donec satisfecisset) teneret: vt per Io. Gal. in suis q. arresto decisi. arti. clii. inci. Item per arrestū fuerunt condemnati quidā clerici pro infractione saluęgard. & portu armorum: licet à delicto cōmuni per episcopum fuissent absoluti in summa &c. Ad quod facit tex. in cap. grauis. de depos. Possunt etiā capi fructus seu reddit[9] beneficiorum & dignitatum: secundum Bar. Alber. & doct. in l. cōmodis. de re iud. & in l. stipendia. C. de exequu. rei iudicatæ. Et nimirum, si iste casus dicatur priuilegiatus: quia talis violās vel infringens saluangardiam regiam, dicitur commitere crimen læsæ maiesta. secundum Io. Fab. in l. denuntiamus. C. de iis qui ad eccle. confu. per tex. & ibi docto. in l. i. ff. ad legem iul. maiesta. De materia tamē saluægardiæ, à quo concedi, & per quem, & contra quem impetrari debeat, & de punitione infringētis, latè per Guido. Pa. in deci. Delphi. q. cccxviii. & Aufre. in decisio. capel. Tholos. q. cccclxxxix. post Fel. in rubri. de treu. & pa. & dicta sunt aliqua in prima parte, in xiiii. iure regio.

TERTIVS casus criminis priuilegiati de quo cōsueuerūt & possunt Rex Christianissimus & eius officiarii cognoscere cōtra clericos & personas ecclesiasticas est, quoties fit eis offensa officium aut iurisdictionem seu illi[9] spretum concernens: secundum docto. in locis prætalleg. Quod potest esse multipliciter, vt latè per Bal. & docto. in l. vnica. ff. si quis ius dicē. non obtem. Primò contra iudicem delictum aut offensam committendo, vel in præsentia iudicis: per legē, si quis fortè. §. si quos. ff. de pœnis. &

glo.in rub.*Des iustices*.circa fi.in commen. consue.Burg. versi.Item ex generali consuetudine.Vnde,dictũ fuit per arrestum,quòd Petrus.le dyable.Scutifer clericus non cõiugatus faceret emendam,eò quòd irreuerenter loquutus fuisset in curia, dum interrogaretur super delictis per eũ cõmissis:vt habetur in trac.arresto.arti.cxxxviii.vel omittendo per inobedientiã,seu rebellando,aut aliàs.Pro quo, est text.in l.vnica.ff.si quis ius dicen.non obtẽ.aliàs iurisditio tẽporalis redderetur illusoria. Ad quod faciunt tex. in c.i.& ibi Inno.&do.Aufre.de leg.per Alex.in l.si se nõ obtulit.§.si ex conuentione.de re iudi.& Spe.in ti.de iur. om.iudi.versi. fin.Ideo dictũ fuit per arrestum,quòd Baillius Ambianeñ. iustè potuit diruere domum clerici, pro eo quòd recipiẽbat bannitos transgrediẽdo bannum domini Regis:vt per Io.Gal.in suo trac.arrest.fo.cxvii. Hĩc dicũt Inn.Host.& doc.in c.dilectus.ii.de rescri.quòd iudicis interest,suã tueri iurisditionem,etiam in forma belli & cum ense:secundum Bal.in margarita.in verbo,iudex. imò tunc actio est popularis: secundũ eundem Bal. in l.si quis.de iuris.om.iud.Secundò,potest fieri talis offensa,iurisditionem regiam vsurpando,vel impediendo,quo casu, consueuit curia Franciæ omnia tollere impedimenta, & cogere reuocare per captionem tẽporalitatis : vt quotidie seruatur,& cauetur expressè in stilo parlamẽti.tit.de perso.ecclesia.in fi.Ad quod facit c.ex parte.de ver.sign.& c. dilecto.de sen.excom.lib.vi.c.dilectus.de pœn.& ca.i.de off.dele.quia videmus in simili,quòd Metropolitanus qui nullam habet cognitionem in subditos suffraganeorum, tamen si eius iurisditionem vsurpẽt aut impediant, est secus:quia eos punire potest,per ca.Roma.de pœnis.li. vi. Tertiò, deficiendo vel delinquendo in aduocatione, respectu aduocati : vel testificando , respectu testis: vel scribendo, respectu notarii : quia tunc offenditur iudex, coram quo caussa pendet:qui potest etiam clericos punire.l. nullũ.C.de testib.& l.athletas.§.i.ff.de his qui notã . infa. & l.moris.ff.de pœnis.l. si quis fortè.§. si quos. ff.de pœnis.vbi Batto.& Bald.in l.ii.C.de sportu. latè per Iaso.de May.in l.i.§.qui mandatã.col.pe.& fi.ff.de offic. eius cui

est manda.iurisdi. Ita seruatur in Francia:secundum glo. in rubrica. *Des iustices*.circa finem. versi.secundus est. in commento consuetu Burgun.& Stepha. Aufred.in decisio.capel. Tholo.ccclxxix.quicquid dicat Panor.in c.i.de maledi.& in c. verum.de fo.compe. Quod procedit respectu pœnæ bursalis seu pecuniariæ,non autem corporalis: secũdum d. Guliel. Bene.vbi suprà. De quo latius per gl. in §.xxi.de iuris.omnium iudi.in commento consue.Biturigum, in gl.nec pariter confessio.fo.xlvi.post Fed.de senis.in consi.lxxxvii. Et idem,si clericus vtatur falso instrumento vel teste coram iudice seculari. Ita dictum fuit per arrestum,Anno do.1389.Parisius:quo, quidam Abb.fuit condemnatus in ccc.libris,& priuatus omnibus officiis regiis:quia fuerat vsus quittantia falsa:& in parlamẽto Tholosæ pariter fuit alius ecclesiasticus in centum libris Turoñ. condemnatus, propter subornationes ad falsum deponendum factas:secundum Stepha. Aufre.in d.repe. in addi.& in ii.fallen.i.regu.& Io.Gal. in q.liiii.vbi dicit, ꝙ Prior sancti Martini de campis fuit condẽnatus ad respõdendum in curia parlamenti,super quadam falsitate cuiusdam literę,qua se iuuerat. Quartò,attentando & innouãdo in odium litis pẽdentis coram iudice regio inter clericos, puta in actionibus realib⁹ mixtis vel personalibus in rem scriptis,& sic de similibus. Et idem si clericus aliquid attentaret,pendente quæstione, an caussa esset retinenda vel ecclesiastico remittenda iudici:quia licet veniat remittenda,prius tamen attentatum reparabitur. Ad quod facit ordinatio Caroli vii.arti.xi.quòd appellatione pendente, attentatum reparetur,etiam si non sit recipienda: quia attentatũ reparare soli iudici caussæ principalis pertinet.nota.in ca.non solùm.de appella.lib.vi.& in l.appellatione. C.illo tit.ex quo de stilo parlamenti Franciæ quoties per alium iudicem vult fieri reparationem attẽtatorũ, illa cõuertit in excessus: secundum eundem Benedi. vbi suprà: aliàs secus. Nec est mirum, quia incidenter de crimine ad iudicem caussæ principalis spectat cognitio.l. quoties.C. de iudi.& in l.omni innouatione.C.de sa.san.eccle.& ibi per Bar.&doc. Hinc est,quòd clerici coguntur incidenter

ad comparendum coram iudice regio, testimonii ferendi caussa,per arrestationē equi,aut alia leui correctione: secundum Guid. Pa.q.lxv.vbi dicit hoc non esse consuetū fieri in criminalibus,nisi cum licentia Prælati.De quo per Panor.in c.cùm nuntius.de testi.

QVARTVS casus criminis priuilegiati, in quo Rex Christianissimus & eius officiarii cognoscunt contra clericum etiam in sacris existentē est, quoties clericus delinquit in officio regio vel seculari.Ita dicit Io. Gal.in suis arrestis.art.lix.aliàs clxviii. secundum Bartho.de Chassa. in rubri.*Des iustices*.circa fi.Pro quo facit tex.in §.festinabis.in auten.de manda.princip.in ca.sacerdotibus.ne cleri.vel mona. quāuis secundū Inn.Ioan.And.& Pan.ibidē requiratur trina monitio: vel secundum Hostien.in summa illius rubricæ sufficiat vna synodalis. De quo per dominos de Rota.deci.ccccxxvii.Barba.in c.fi.de vit.& hone.cleri.& Stepha.Aufre.in alleg.repe.xxvii.fallen.i.regulæ:vbi dicit, quòd de tēpore suo vidit hoc obseruari de quodā iudice in curia parlamenti,qui ibidē(licet esset clericus coniugatus cum vnica & virgine)nihilominus coactus fuit respōdere de abusu sibi imposito in decapitatione cuiusdā nobilis,in loco de Miraumonte. Refert pariter Glossator consue.Burgun.in §.v.*Des iustices*.in xv.fallen. quòd vidit dubitari,an sacerdos Cōsiliarius Regis,qui cōcussiones infinitas cōmiserat,possit per curiā ipsam puniri:sed tandem fuit priuatus officio Cōsiliarii, & in emendis fisco applicandis condēnatus: quia postquā clericus officium seculare assequutus est, iam subiectus est principi, à quo illud officium seu negotiatio illa dependet:quod in veteri testamēto figuratū extitit de Samue. Prophet. sanctissi.q populū iudicauerat loco Regis,primi Reg.vii.Et postea,audita aliqua cōtra se murmuratiōe,corā Rege iudiciū subire voluit:eodē lib.c.xii. Facit lex quicūq;.C. de episc.& cle.vbi episc. per principē secularē expelliť ab ei⁹ cōsortio,si personam suam offenderit, aut rempub.l. minime.de religio.&sumpti.fune.& sentit Archi.in c.de forma.xxii.q.v.Et idē,si principis aut reipubli. secreta reuelauerit in officio delinquendo,prout factū fuit in persona

Baluæ Cardinalis, testante Guagui.lib.x.c.ii. Poteſt inſuper Rex & eius curia pro talibus clericos vltra officii priuationem & mulctationem eos de regno bannire: per dictam legẽ, quicunque. pręfiguratam in veteri teſtamento. iii. Regum. & in §. ſi clericus. verſi. autem. titul. de pac. tenend. vbi Bald. hoc plenè diſputat: cuius prima opinio, quòd hoc per iudicẽ ſecularẽ fieri poſsit, ſeruatur in regno Franciæ: ſecundum Guliel. Benedict. in d. ii. deciſione. numero 453. licet de ſtilo parlamenti. titul. de aſſecuramen. hoc reſtringatur in clerico coniugato atrociter delinquente. Et idem ſeruatur, quando adiornatur clericus ad fines banni, nec curat comparere: quia declaratur contumax, & bannitur. Ita dictum fuit bis per arreſtum parlamẽti Tholoſan. ſecundum Stepha. Aufre. in ſuo tracta. arreſtorum. articu. ccxlix. & prædicta ſunt vera, nedum in clerico officiario Regis in officio delinquente, ſed etiam ſi pro officiario regio ſe gerens aliquid priuato non conueniens, ſed tantùm officiario egerit: per text. in l. ii. ibi, vel miles vel clericus proſcribendum deportandúmque. C. vt ne priua. titul. prædiis ſuis &c. vbi autem delicta clericorum vltra pœnam priuationis, mulctationis, vel bannimenti grauiorem exigerent punitionem fortè corporalem, eſſent tunc poſt pręd ictam priuationem iudici eccleſiaſtico, quo ad pœnam corporalem, vel pro crimine communi remittendi: prout à ſimili dicitur in l. placet. C. de ſacroſanctis eccleſiis. & in cap. ſi clerici. in fine. de iudiciis. Sicut quando clericus Regis officiarius deliquiſſet, non in officio, ſed extra: puta homicidium, vel raptum committendo. Quo caſu, per ſuum epiſcopum puniretur, etiam reſpectu priuationis officii, confiſcationis bonorum, quæ, quo ad immobilia & officium, lucro Regis cederet: ſecundum Oldra. & Ioan. Andr. in dicta ſecunda deciſio. relatos: ſicut videmus in milite, qui quo ad crimen militare, magiſtro militum ſubeſt: ſed quo ad alia, præſidi prouinciæ ſubiicitur, lege prima. C. de exhibendis reis. iuncta lege prima. C. vbi ſenatores vel clariſsimi. & in l. ii. de priuilegi. ſcolaſtic. libr. xii. ne ſub prętextu priuilegii vel flagitiorũ creſcat authoritas, vel publica vacillet authoritas: vt ibi. Et pro corro-

boratione huius casus, bene facit arrestum in parlamento Parisiensi, anno 1394. De quo, in tracta. arresto. artic. clix. per quod dictum fuit, quòd clericus committens abusum in officio cirurgiæ vel politia, super hoc teneretur coram iudice seculari respondere: per notat. per Bald. in additio. Specula. titul. de reo. versic. sed quid si scholaris. Panormi. & docto. in cap. cùm ab ecclesiarum. de offic. ordi. Angel. consil. v. Bartol. Bald. & Sali. in l. fin. per illum text. C. de iurisditi. omnium iudic. vbi dicitur, quòd miles existens in collegio, non potest declinare iurisditionem rectoris vel præpositi ipsius collegii, prętextu cuiuscúq; militię vel dignitatis. Nimirũ ergo, si clericus regis cõsiliarius in officio delinquens, possit per curiam puniri: prout fit quotidie.

MVLTI sunt alii casus, in quibus iudex secularis habet cognitionem in clericos: quos ad lõgum referunt præallegat. doctor. practici Franciæ: post domin. Bernardum Laure. in suo tractat. de casibus in quibus iudex secularis imponit manũ in clericos. quos hîc non refero: quia sunt magis casus speciales, in quibus hoc de iure communi omnibus iudicibus secularibus cõceditur, quàm priuilegiati, sicut sunt præcedentes, in quibus Christianissimus Frãcorum Rex consueuit clericos etiam in sacris existentes coercere & punire ex priuilegio regali. De quo & aliis omnibus iurib⁹ præcipuis suprà per discursum huius opusculi positis, est bene munitus Rex Christianissimus per bullas autenticas & publica instrumenta: nisi fortè (quod absit) Consiliarii sui ex superbia, ea proiecerint in ignem, credentes, quòd nemo illi nocere possit: prout dicit Petr. Iacob. in sua practic. de succes. regni Franc. col. v. sed malè in hoc. quia imò in archiuiis & bibliothecis regiis ac registris curiarum supremarum optimè conseruantur: & in libro liliorum redacta reperiuntur: secundum Ferral. in suo tractat. de insig. peculia. Reg. Franciæ Et dato quòd non aliter de illis iuribus & istis casibus priuilegiatis constaret, sufficere videtur vsus tanti temporis, quòd non stat memoria in contrarium, qui æquipollet concessioni & priuilegio: secundum Ioan. Mona. in capit. ii. de præben. per text. in cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. signifi.

l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æstiua. & c. vnico.de præscript.libr. vi. etiam in iis quæ sunt principi reseruata. Iaso.in l.de quibus.colum.x.ff.de legib. Alexã. in consil.xxxv.in ii.volu.Sozi.in consil.xxvii.in pen.col. & consil.cclx.Panor.in consil.xx.in i.volum.& Ludouic. Bolog.in consilio suo lxxvii.Faciunt nota.per Ioan.And. Henric.Boer.Panor.& docto.in c.peruenit.de censi.Imò non est necessaria aliqua tituli allegatio,probato tali tempore immemoriali: secundum Alexand. in consil.vi.in ii. col.& in i.volu.& in consi.cxxv.& sequen.in ii.volu. nec scientia eius contra quem præscribitur:secundum Iaso. in l.imperium.col.viii.ff.de iurisf.omni.iudi. Nec admittitur probatio in contrarium:secundum Feli.in c.cùm à nobis. col.iii.de præscript.& Barb.in consil.xli.col.xi.in i.volu. Nec obstat si dicatur hoc verũ, data capacitate vtentis seu posidentis:prout singulariter dicit Ioan.Mona. in d.c.ii. de præben. quem sequuntur Abb.& Feli.in c. caussam.de præscrip.& in c.quãto.de consue.Bal.in l.omnes.de præscriptio.xxx.anno.Dominic.in c.catholica.xi. distinctio. Abba.& Ioann.de Anania.in cap.ad hæc.de simo.& Cardina.in consilio lviii.incipien.proposita quæstio. quia illa restrictio seu limitatio nõ procedit nec habet locum quãdo cum tali immemoriali possessione concurrit fama priuilegii:quia tunc,pro priuilegio præsumitur,non obstante incapacitate:secundum Ioan.de Imol.& Zaba. in cap. cùm apostolica.de iis quæ fiunt à præla.& Domin.in cap. ii.§.sanè.de deci.libr.vi.Faciunt notata per Ioan.Andr.in regu.qui cõtra.in mercuria.& Bal.in lege, cùm de in rem verso. ff. de vsu. quòd autem priuilegium Papæ posit in hoc operari, & Christianisimo Francorum Regi concedere quãdam spiritualem iurisditionem:hoc tenet Panor. in dicto capit. caussam.de præscriptio. & gloss. vigesimaquarta.quæstion.septima.in summa.& in cap.imperium. x.distinctio.Ioan.Andr.in addition.Speculat. titul.de legat.§.nunc tractemus.versi.sed nunquid. & titul.de præben.§.penu.& Bald.in l.rescripta.de preci.Imperat. offe. per glo.in cap.laicis.xvi.q.vii. & de hoc videtur tex.in c. mennam.ii.q.v.& in c.verum.xxxii.distinc.& in c.nos &

si incompetenter.ii.q.vii.cùm amplè nota.per docto.in c. decernimus.de iudi.sed clarum est, quòd cum illo longissimo vsu & tempore immemoriali concurrit fama priuilegii, quę in toto regno & extra vbiq; volat: cùm omnes vna voce casus prædictos priuilegiatos appellent, meritò censetur probatum sufficiẽter priuilegium prædictum ex tali tempore & vsu longæuo, cuius initii non extat memoria resultans: quia dicit text.in c.illa.xii.distinct.quòd tandiu seruata concessa videntur. Et gloss.penul.in fin.in cap. ex parte.de censi.dicit, quòd ex tempore præsumitur aliquid fuisse institutum: & ad nos à maioribus nostris peruenisse. Faciunt nota.per Innocent.& Hostien.in ca.innotuit. de eo qui furt.ordi.suscep.& in cap.illud. de præsumptio. & in c.veniens.de verbo.significat.in vi.vbi dicunt, quòd præsumendum est pro iis qui longo tempore ministrauerunt in aliquo ordine, vel possederũt aliquod beneficium, quòd ritè fuerint ordinati & promoti: & sufficit probare, quòd pro talibus communiter habiti sint.argum.l.barbarius.ff.de offic.prætor. Nam difficillimum esset ordinatis aut promotis à xl.annis elapsis, qui forsan perdiderunt literas suorum ordinum aut promotionum aut collationũ, probare se fuisse ordinatos aut promotos. Pro quo, videtur esse textus singularis in lege, si filius. C.de petitionib. hæredita.secundum glossam magnam, de pacifi. possesso. circa finem.in pragmatic.sanctio.& Iason.in §. præiudiciales.colum. penulti.institut. de actionibus. post Bartol. ibi, & Bald.qui per eam decidit, quòd si electus diu possedit beneficium seu dignitatem, sciente illo ad quem spectat confirmatio, præsumitur confirmatio processisse: secundum eundem Baldum in l. iudicia. C.de rei vendicat. & Federic. de senis.consilio lviii. Idem ergo potest dici in Christianissimo Francorum Rege, qui tanto tempore fuit in quasi possessione horum casuu priuilegiatorum, sciente summo Pontifice, prout præsumitur, quia vulgatas & notorias consuetudines Princeps aut Papa scire præsumitur: secundum Baldum in l.ii.C.quæ sit longa consuetud. & in rubri.de consue.rec. feud.in vsi.feudo. & notatur in c.i.in glo.in verbo, singulariter.de consti.lib.vi. Sed tole-

rantia cum taciturnitate inducit consensum, secundũ Bal. & Ange.in d.l.si filius.& in l.qui in aliena.§. quòd si non dederit. ff.de acquir.hæred.Innoc.in c.illud.de præsumptio.ꝑ Bar.in l.siue possidetis.C.de prob.& in l.post mortem.ff.de adop.& in l.i.C.qui admit.per Archid.in c.nemo. de conse.distin.i.Cardi.in c.requisiti.de test.per Ludo. Ro.in l.sciendum.de verb.oblig.Abba.in c.licet heli. de simonia.per Petr.de Anch.in cle.i.de priuile.per Barba.in repe.rubricæ.C.qui admit.col.iii.& in repeti.rubr. de fide instru.cart.xxix. Imò tollerãtia superioris inducit dispensationem,secundum Panor. in verbo,pãnis rubeis. in c.clerici officia.de vita & honest.cler.& in c.à nobis.de decimis. De quo latè per glo.in verb.tolerandas.in §. volens itaque.de collatio.in pragm.sanct.& de Selua,in suo tracta.beneficiali.iii.parte,q.x.& Iaso.in l.omnes populi. in ii.lectura.col.ii.ff.de iusti.& iur. Faciunt etiam not.per Panor.in c.quia circa.de consang.& affi.& in c.i.de treu. & pa.& Oldra.consi.ccliii.vbi dicunt esse regulam generalem,quòd cõsuetudo nota ei qui priuilegiare potest, æquipollet priuilegio. Pro quo videtur tex.in c.quod trãslatio.de offi.ordi.ibi,quãdiu talis mos ab ecclesia toleratur. & glo.in verbo,in eadem domo.in c. quoniam vt ait scriptura.de vita & hone.cler.in c. vir autem.de secun.nupt. & in c.gratia.de rescrip.lib.vi.in verbo,de iure.viso quàm maximè, quòd tãti & tales simul omnes viri docti & sancti Reges ita semper vixerũt in regno,pręsertim ille ecclesiæ tutor & defensor Carolus Magnus,& beatus Ludouicus, per ecclesiam canonizati, & in cathalogo sanctorum descripti: quorum vita & mores sunt per ecclesiam & apostolicam sedem approbati.Pro quo facit textus,iuncto primo nota.Panormi.in c.nisi essent viri prouidi.de præben. vbi prouidentia & honestas disponentium cessare facit omnem simoniam,& labis suspitionem: sic probitas & honestas apex regalis dignitatis eiúsq; ad ecclesiam Dei deuotionis feruor omnem vsurpationis iurisditionis ecclesiasticæ suspitionem fugat: cùm propter regiam dignitatẽ & prærogatiuam, iuris præcepta aliquando relaxentur,c. principes seculi.& capi.Regum officium. xxiiii.quæst.v.

& in

& in ca.per venerabilem.ibi,rationibus iis inducti, Regi fecimus gratiam requisiti &c.qui filii sint legitimi.& capitulo cùm parati.de appellatio.& capit.solitæ. de maioritate obedientia.

Veritas & misericordia custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius. Prouerb. xx c.

Decimumoctauum Ius.

DECIMVMOCTAVVM Ius altũ Christianissimi Francorũ Regis est,quòd licet principes seculares gratiam seu abolitionem de delictis clericorum non concedant aut se intromittant,per notat. per Bald.& docto.in auten.clericus.de episco.& cleric.tamen secus in Rege Francorum,qui à tanto tempore,quòd non est memoria de contrario, concedit gratiam clericis criminosis:secundum Stepha.Aufre.in repeti.cle.i. in iiii. reg. fallen.ii.de offi.ordi.alleg.in argu.l.fin.C.vbi senato. vel clarif.sentit Guido Pap.q.dlxii.versi. circa hoc tamen.latius Guliel.Benedict.in verbo,& vxorem. in ii.decis. nu. 445.vbi dicit,quòd episcopus expost de illis delictis non se intromittit amplius. Ita dictum fuit per arrestũ de quodam Henrico Bernardi clerico, qui abolitionem à Rege obtinuerat.anno 1447.die v.Ianuarii.vt in tracta.arrest. articu.ccxi.Et maximè in iis casibus, in quibus clerici per Regem aut eius officiarios qui priuilegiati dicuntur, puniri possunt:de quibus in præcedenti iure.Et sic, iudex regius in hoc casu cognoscit etiam de crimine cõmuni clericorum abolitioné interinando: siue autem fuerit surreptitia,illam talem esse declarat:& pro tali crimine priuilegiato impetrantem punit pecuniariter in emenda erga fiscum regium:pro crimine autem communi, iudici eccle-

Christianiss. F. R. clericis criminosis gratiã cõcedet.

ſiaſtico tradit puniendum:iuxta caſus exigẽtiam. Sic pronuntiatum fuit per arreſtum parlamenti Tholoſæ. anno. 1487.de duobus ſcholaribus,qui de nocte rapuerãt quãdam puellam,& abolitionẽ à Rege obtinuerãt,quę ſubreptitia declarata fuit: & ipſi pro crimine priuilegiato portus armorum & congregationis,in emenda condemnati: & pro crimine communi, officiali Caturceñ. remiſsi fuerunt.argu.legis primæ.C.de exhiben.re,iuncta l.i.C.vbi ſena.vel clariſsi.

ITEM,& maximè prodeſt huiuſmodi abolitio regia clericis conceſſa quo ad bona eorum immobilia,quæ fiſco regio erant applicanda,l.indictiones.de anno.& tribu.libro x.& ca.quo iure.viii.diſtin. Et talis eſt conſuetudo curiæ:ſecundum Oldr.in conſil.xvii.& iiii.vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in ciuitate Aquẽſi,in Prouencia,& per arreſtum parlamenti Pariſienſis:ſecundũ Aufred.in dicto tracta.arreſto.arti.50.Idem tenet Ioan.And. in additio.Specula.tit.de feud.§.penulti.verſic.xl.vbi dicitur,bona mobilia pertinere eccleſiæ etiam in regno Franciæ: ſecũdum Petr.de Ancha.in regu.ea quæ fiunt.quæſt.xxii.de regu. iur.& habetur in deciſionibus capellæ Tholoſanæ.quæſt. cl.Et ita fuit ordinatum per Philip.Pulchrum Francorum Regem,anno 1303.de qua in tracta.ordina.regia. titu.de reſcriptis.arti.ſecundo. & per arreſtum parlamenti Pariſienſis pariter deciſum.vt in tracta.arreſtorum Aufre.art. cviii.vbi dicitur,quòd clericus ſe ſuſpẽdens eſt ſuo epiſcopo reddẽdus,ſicut ſi eſſet viuus, captis tamen per iudicem regium bonis immobilibus:& ſic,ceſſat in regno Francię: cap.ſi quis rapuerit.xvii.quæſt.iiii.& lege,raptores. in fi. C.de epiſcop.& cleric. per text. in capit.fœlicis.§.i. & §. ſi qua verò feuda. de pœnis.libro vi.Facit cap. in quibuſdam.de pœnis.in antiquis.& in l.fi.vbi, vel clericus. iuncta gl.in verbo,proſcribendi. C. vt nemo priuatus titulos prędiis ſuis imponat.vbi clarè probatur hęc cõſuetudo regni,intelligendo tamen,niſi bona prædicta clericorum ab alio quàm à Rege tenerentur ſeu dependerent:quia tunc ſecus.per nota.latè per Bartolum,Alexandrũ.& doctores in l.ſi finita.§.ſi de vectigalis.ff.de dam.infec.& Spec.vbi

suprà. Imò si clerici de crimine capitali & enormi ex quo res publica scandalizatur componant cum eorum Prælatis, & elargiantur, bona immobilia eorum, quę fisco regio (facta debita punitione) pertinuissent: per iudicem regiū capi & saisiri possunt: secundum ordina. Philip. Pulcr. anno 1285. editam: de qua, in tracta. ordinat. regia. tit. de vita & honesta. offic. & subdi. arti. ii. Secus autem, si respub. non scandalizaretur, minúsque enormiter læderetur: quia ex hoc solo interesse confiscationis bonorum non sic intromitterent officiarii: vt habetur in decis. prægallega. capel. Tholosa. 150. Et quia propter hoc in senescallia Carcassonæ procedebant iudices ecclesiastici per censuras cōtra dominos officiarios regios: fuit senescallo Carcassonæ per litteras patentes mādatum, quòd dictos ecclesiasticos desistere & cessare per captionem temporalitatis compelleret, dictam ordinationem Philip. Pulch. Frācorum Regis insequēdo: secundum eundem Guiliel. Bened. vbi suprà. Sed de iure communi, nunquid punitus in foro ecclesiastico posit etiam puniri in foro seculari vel econtrà, latè per Anto. de but. in capit. tuæ. de procu. Ioan. de ana. in cap. de iis. de accusa. Bald. in l. si quis in hoc genus. dę episco. & cleri. Petr. de Ancha. in regul. ea quæ. de regul. iur. libro vi. col. xxxvii. Cardi. Pet. de Ancha. & Ioan. de Imo. in cap. ii. dę adulte. Abba. in cap. cùm sit. de fo. competent. Abba. & Imol. in cap. i. de offic. ordina. & in capi. de caussis. col. pen. de offic. delega. & Bald. in l. placet. C. de sacrosanct. eccle. Postquam ergo confiscatio bonorum immobilium clericorum pertinet Regi: non est mirum, si ex generali regni cōsuetudine introductum fuit, quòd clerici pro criminibus pœnam sanguinis & confiscationis bonorum exigentibus gratiam & abolitionem à Rege Christianissimo impetrent: & coram iudice regio illius interinationē prosequantur: secundum glo. in verbo, *S'il n'a grace.* in fina. verbis. in §. v. *Des iustices.* in consuet. Burgundiæ. vbi de hoc iure testantur cum doct. prægallega. summæ authoritatis viris.

Et ſtare fecit Cantores contra altare: & in ſono eorum, dulces fecit modos. Eccle. xlvij.

Decimumnonum Ius.



DECIMVMNONVM Ius quod habet Chriſtianiſsimus Rex in eccleſia eſt, quòd quamuis clerici maximè beneficiati teneantur horas dicere ſecũdum ritum ſuæ diœceſis aut beneficii: ſecundum Panor. & docto. in c. i. de cele. miſſarum. & Alber. in ſuo tracta. de horis dicendis. q. xxxix. argu. text. in cle. dignum. de celebra. miſſarum. tamen capellani dicti Chriſtianiſsimi Regis aut Reginæ eius conſortis domeſtici & in eorũ ſeruitio exiſtentes poſſunt officiũ ſuum dicere ad vſum Romanum vel Pariſienſem, ex priuilegio Pii ſecundi: ſecundum glo. in §. i. quali. ho. cano. ſunt dicendæ. in glo. magna. vbi dicit illud priuilegium aliud ius continere, videlicet quòd capellani prædicti Chriſtianiſſimi Regis percipiant groſſos fructus ſuarum præbendarum integraliter, ſicut ſi reſiderent in eiſdem. Ideo, cõferunt beneficia in eorum turno, cùm ſint in fructu. ca. cùm olim. de maio. & obedien. non obſtantibus ſtatutis eccleſiarum: quibus eſt derogatum. Pro hoc faciunt notata per Phili. Deci. in c. decernimus. de iudi. & do. de Selua. in tracta. beneficiali. iiii. parte. q. vi. vbi dicunt, quòd exiſtentes in ſeruitio Regũ excuſantur de non reſidendo, deſeruiendo tamẽ per vicarium. Et idem in exiſtentibus in ſeruitio cardinalium: ſecundum Ioan. And. & Abba. in ca. cùm dilectus. de cler. non reſiden. vbi dicunt, quòd Papa omnibus cardinalibus talem conceſsit prærogatiuam. vlterius, habent capellani familiares & domeſtici Regis Chriſtianiſsimi ex dicto priuilegio, vt non cogantur ſuſcipere delegationes legatorum vel epiſcoporum: necnon quòd

possunt recipere ordines tẽpore debito, à quocunque episcopo catholico: secundum glo. pragma. san. præalleg. per quam, hoc priuilegium cõprobatur, quod inseritur in tracta. ord. regiarum. per Stepha. Aufred. sub tit. de priuileg. aposto. Regi concessis. arti. penulti. in hunc modum. Cle. vi. Ioanni & Ioannę Francorũ Regi & Reginæ &c. vt vestri successorúmque vestrorum omnes capellani & clerici præsentes & posteri vestris & illorum obsequiis insistẽtes, fructus redditus & prouentus omnium beneficiorũ ecclesiasticorum, etiam si dignitates, personatus, vel officia fuerint, & curam habeant animarum, etiam si dignitates huiusmodi in cathedralibus post pontificiales maiores, & in collegiatis ecclesiis principales existant: quæ merè in quibusuis ecclesiis siue locis obtinẽt, & in posterũ obtinebũt, cum ea integritate (quandiu huiusmodi obsequiis institerint) liberè percipere valeant, quotidianis distributionib⁹ dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in eisdem ecclesiis siue locis personaliter residerent: neque ad id interim ad residendum in eis teneantur, nec ad id inuiti valeant coartari. Non obstante, quòd iidẽ capellani & clerici primã in eisdem ecclesiis non fecerint residentiam, quam facere tenebantur, ab huiusmodi obsequiis recedẽtes. Nõ obstantibus quibuscunq; apostolicis ac prouincialibus cõstitutionibus & synodalibus, ac statutis & consuetudinib⁹ ipsarum ecclesiarum contrariis, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis alia firmitate vallatis: etiam si de illis obseruandis, & non impetrandis literis apostolicis contra ea, & ipsis literis nõ vtendo, etiam à dictis capellanis & clericis aut alio vel aliis impetratis, seu quouismodo cõcessis, iidem capellani vel clerici per se vel per procuratores suos præstiterint hactenus vel eos in posterum præstare cõtingat, quòd canonicos & personas ecclesiarum suarum ciuitatum vel diœcesum etiam in dignitatibus vel personalib⁹ aut officiis constitutas, per substractionem suorum prouẽtuum ecclesiarum, vel alias compellere valeant ad residẽdum personaliter in eisdem. Aut si eisdem ordinariis & capitulis ecclesiarum earundem, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadẽ sit sede indultum, vel medio tẽ-

pore indulgeri contigerit, quòd canonicis & personis earundem ecclesiarum etiam in dignitatibus, personalibus, aut officiis constitutis non residentibus in eisdem, vel qui primam in ecclesiis huiuscemodi residentiam nõ fecissent, fructus, redditus, & prouentus beneficiorum suorum ecclesiasticorum ministrare minimè teneantur, aut ad id cõpelli minimè possint, per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuscemodi mentionem: & quibuscunque priuilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis generalib⁹ & spiritualibus, quorumcũque tenorum existant: per quæ præsentibus nõ expressa vel totaliter non inserta, effectus eorum impediri nõ valeat quomodolibet vel differri. Prouisò, quòd beneficia huiuscemodi debitis non fraudentur obsequiis: & animarum cura, si quæ illis forsitan immineat, nullatenus negligatur. Datum Auinione. xii. Calen. Maii. Pontificatus nostri anno nono.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, & constituisti eum super opera manuum tuarum.
Psal. viij.

Vigesimum Ius.

Ecclesiæ seu monasteria, aut collegia ecclesiasti- ca ĩ regno Frãciæ bona tẽporalia immobilia acquirere seu te



IGESIMVM Ius altum & præcipuũ sacræ coronæ Franciæ in hoc consistit, quòd ecclesię seu monasteria aut collegia ecclesiastica bona temporalia immobilia habere seu acquirere & tenere non possint, sine amortisatione: quod est vulgare Gallorum: secundum Ioan. Fab. in l. quoties. C. de rei vendi. Imò tenentur intra annum à die monitionis eis factæ, manum suam euacuare, secundum Henri. Boye. de hoc iure regio testimonium ferentem, in cap. ex literis. in fin. ii. colum. de consuetu. & gloss. in §. x. in gloss. i. versicul. for-

tius dico. De *main morte*.in commento consuetu.Burgun. & Ioan.San.in titul.de indemni.& iniunctio.articul.i. in consuetudine Turonen. maximè si sint feudalia aut emphyteuticaria: secundum Speculator.titu.de loca.§. nunc aliqua.versi.cxvi.quem sequuntur Ioan.Andr. & Panormi.in capit.potuit.de locat.& conduct.& Barba.ibi,super gloss.in verbo,prohibere. & in capit.cùm Marti.Ferra.de constitutio.& in capi.plerunque.c.ex tenore.& capit.dilecta.de rescript.& Iason in lege final.colum.xxix. C.de iure emphyteutic.& Idem Ioannes Faber in autentic.ingressi.versic. quòd si vassalus. C. de sacrosanctis ecclesiis. Interest enim domini, quia difficulter exeunt de manibus ecclesiæ,& etiam propter ius confiscationis: secũdum Baldum in prȩludiis feudorum.§.quinta diuisio.versi.alia diuisio.& mortaliæ:quod nunquam sibi competeret, cùm ecclesia non moriatur.capit.si gratiosæ de rescript.secundum Masuerum titul.de locat.& iure emphiteutic.§.item si res quæ data fuit.& titu.de præscript. §.item si ecclesia. vbi idem dicit esse in bonis allodialibus eisdem rationibus. Sola enim bona Regis dicuntur propriè & verè allodialia quæ indubitanter transferri possunt in ecclesiam, vt ibi maneant:quia nullius interest, secundum Gulielmum Benedict.in repetio.cap.Rainutius.in verbo, & vxorem. in secunda decisio.in princi. Et latius in quinta decisi. vbi dicit, quòd in literis regiis impetratis ab ecclesia in petitorio vel possessorio pro bonis temporalibus habẽdis aut retinendis,apponitur clausula solita:prouiso,quòd habita pacifica possesione, teneatur ecclesia extra manum suam ponere intra annum & diem, vel cum Rege componere: & sic, succurritur ecclesiæ, ne priuetur vtilitate relicti vel donationis sibi factæ,& pariter domino superiori,ne propter priuilegium ecclesiæ,de quo in lege prima. C. de sacrosanctis ecclesiis. & latè per Ludouicum Romanum in autentic. similiter. C. ad legem falsidiam, detrimentum patiatur. Nec ob.cap.i. de immunita. ecclesi.libr.vi. quia intelligitur de oneribus, quæ ab origine non sunt, nec vniformem habent præstationem,propter quæ nõ cogitur ecclesia manum suã euacuare,secus verò in oneribus,quæ

nere non possunt sine amortisatione.

ab origine insunt ex forma primæ concessionis. Sic enim sunt conditionata feuda & emphiteuses ab omni euacua. in Francia: vt in ecclesiam, perpetuò transire non possint sine consensu Regis & dominorũ, à quibus tenentur: quibus dominis amortisatio Regis non faceret preiudicium. Bal. in auten. omnes peregrini. C. communia de success. l. ii. §. meritò. & §. si quis à principe. ne quid in lo. pub. Pañ. Feli. & alii in c. super eo. de offi. dele. Iaso. in l. fi. ff. de cõsti. prin. & Alex. in consil. ii. col. vii. in i. volu. potuit enim consuetudo bona & res conditionare & qualificare: secũdum Card. & doc. in c. cęterum. de iudi. in iii. not. Bald. & Aluar. in ca. i. qui. feud. da. pos. & in c. inter dilectos. de fi. instr. colũ. v. & valet talis consuetudo Franciæ: secundum Archi. in c. Rom. super verb. consuetudine. de appel. li. vi. secundum Lucam de pen. in l. iubemus. C. de nauicu. non excu. li. xi. Pro qua facit §. i. in fi. versi. si verò cõtigerit. de aliena. & emphi. col. ix. vbi habetur, quòd si bona emphiteuticaria ecclesię peruenerint ad domum Imperialem vel aliquam curiam, potest ecclesia intra biennium ea recuperare, & in pristiuum statum reducere, manus ipsius Imperatoris euacuando seu euacuari faciendo: vt seruari dicit Masuerus alle. §. item si res. Nimirũ ergo, si econtra, quando res Principi subdita peruenit ad ecclesiam, idem ius seruetur. Nec obstant rationes in contrariũ adductæ per Pe. Iac. in sua practi. ti. de suc. Reg. Fran. vbi multùm exclamat contra istud ius Christianissimi Francorum Regis, & malè: secundum glo. quia ad eius motiua & rationes facilis est respõsio, ex notatis latè per Ias. in l. filiusfamiliàs. §. diui. in ii. lectura. col. xv. & seq. de leg. i. Nã ad hoc quòd de iure communi eccesia sit capax acquirendi bona mobilia vel immobilia ex testamento vel ex contractu, per l. i. & fi. C. de sacros. ec. cum simi. respondetur verum esse, nõ ad fines retinendi, sed bene ad eius vtilitatem conuertendi talem acquisitionem, dominio ei perfectè acquisito: secundum Guliel. Bene. in ii. parte repe. ca. Rai. in verbo, si absque liberis. ii. in princ. substi. fideicom. vbi allegat in simili notata per Bar. & Alex. in l. apud Iulianũ. §. fi. de leg. i. & Panor. in ca. recolentes. de sta. mona. Ad hoc bene fa-

cit quod not. Bald. in consil. ix. inserto inter consilia Pet. de anch. inci. factum super quo. col. fi. quòd quoniam directè non est prohibita alienatio in ecclesiam, sed in consequentiam, valet statutum laicorum in preiudicium ecclesiæ: quia id quod principaliter agitur, non illud quod venit in consequentiam, attenditur. l. si quis nec caussam. ff. si cer. pe. Ita etiam per plura tenet Phillip. Deci. in consil. ccxciii. col. fi. Et ex his patet responsio ad aliam dicti Pe. Ia. rationem, scilicet quòd istud est cõtra libertatem ecclesiasticam: respondetur negatiuè, quòd non fuit Gallorum inuentio contra ecclesiasticam, quam & eius libertates & priuilegia vltra alias mundi nationes tueri & protegere sunt assueti. vt latè suprà in i. parte. in iii. iure dictum extitit. Ideo, bea. Lud. huius nominis xi. anno 1228. libertates, & franchisias, immunitates, prærogatiuas, iura & priuilegia ecclesiarum catholicè renouauit & confirmauit: & Phi. iiii. anno 1302. Io. Caro. v. & vii. sic statuerunt: Intentionis nostræ est sacrosanctas ecclesias, monasteria, Pręlatos & quascunque personas ecclesiasticas, cuiuscunque status aut conditionis existant, ob Dei reuerentiam teneri & seruari in fauore, gratia & auxilio condecenti, quibus prædecessores nostri retroactis temporibus tenuerunt ac seruauerunt &c. vt per do. Aufr. in trac. ordi. regi. ti. de priuilegiis. arti. ix. & x. Sed huius iuris & cõsuetudinis iusta caussa est ne Regi preiudicet: maximè in feudalib⁹ & emphyteuticariis. Priuarētur enim vassali seruitio ipsum iuuãdi in bello, in quo ecclesiasticę personę interesse nõ possunt, sine periculo irregularitatis & priuilegii clericalis amissionis. c. ppendimus. de sen. excõ. secũdũ Pan. post In. c. i. de aposta. in fi. posset etiam feudum per feloniam vassali aut debita nõ præstita aperiri, vel. alias pro delicto graui confiscari: iuxta ea que plenè traduntur per Bar. & Alex. in l. si finita. §. si de vectigalib⁹. ff. de dam. infec. & Io. Fab. in auten. bona damnatorum. de bo. dãnato. quod secus esset, si feudum in ecclesiam transiret, cum nunquam vel rarò ecclesia delinquat, quãuis pręlatus delinquat, cuius delictum ecclesiæ non nocet. cap. similiter. de ca. Corra. & capi. delictum personæ. de reg. iu. li. vi. Et idē in em-

phyteusi,quę si ad ecclesiam veniret,aut manum mortuã, dominus fraudaretur iure suo & iuribus sibi debitis:quod fieri non debet,prout seruatur in dicto regno: secundum Spe.in tit.de loca.§.nũc aliqua.& Masuerum suprà alleg. Quod iam per veterem iurisprudentiam statutum fuerat & vsus feudorum.in capi.i.de alie. feud. vbi traditur hæc ratio:non quod ecclesia sit incapax horum bonorum temporalium,sed quia si ad eam trãsirent, nunquam aut rarò ad dominũ reuerterentur:quia cùm ecclesia sit perpetua, ergo eam decet patrimonium habere perpetuum.l.iubemus,la grande.C.de sacros.eccl.Et quòd hoc etiam antiquitus statutum fuerit per veterẽ iuris philosophiam, est tex.valde notab.in l.sacra.§. sciendum. ibi,cum princeps locum dedicauerit aut potestatẽ dedicẽdi dedit. ff.de rer. diuis.secundum Io.Fabr.in d.l.quoties.C.de rei vend.vltra quem,est gloss.sing.secundum Bar.in l.fi.ff.vt in possess.legato.dicens requisitam esse Imperatoris authoritatem siue consensum: vnde nec pro alia vel alia pia caussa posset vassalus feudum in ecclesiam transferre: per tex. in §.donare.quali.olim feu.pote.aliena.& cap.imperialem. de prohi.feu.alie.secundum Imo.in cap.quæ in ecclesiarum.de constitu. cuius opinio propter eius authoritatem obtineret in pract.secundum Feli.ibi.col. xxii.& sequenti,versi.ergo in proposito.quia valde preiudicatur domino,vt dictum est:quod non debet ecclesia, que cultrix est iustitię pro suo lucro contra iustitiã tolerare.d.c.i.de alie. feud.Facit tex.in c.i.de vassa.q ar.belli.depo.& in c.moribus.si de feu.fu.cõtro. & d.c.similiter.de l. & capit.Corra.Et potuerunt hoc laici super re sua statuere,& legẽ imponere quã vellent:secundũ Bal.sing.in d.c.i.de ali.feud. Facit gloss.in capitu.si quis basilicam.de conse.distinct.i. & quod decidit Feli.in capit.ecclesi.sanct.Mariæ.colum. xxiiii.versicu.quintò quæro.de censi. Ideo.si vassalus legauerit feudum ecclesiæ,potest dominus denegare inuestituram, quia est de personis prohibitis:secundum Bald. in d.c.i.de prohi.feud.aliena.

ITEM, ad aliam ad rationem Pet. Iacob.quando innuit multa esse in regno allodia, que à Rege nõ tenentur

in feudum vel emphiteusim,aut aliàs:ob quod sunt in ecclesiã sine alicuius præiudicio alienabilia: quia ad hoc respondetur per aliquorum doctorum sententiam, dicentiũ Regem Franciæ esse in suo regno fundatum de iure cõmuni, nedũ in iurisditione, sed etiam in dominio rerum: secundum gloss.in §.xxiii.in glossa. ii.titulo.de feudis.in consuetudi.Bituri.& in §.iii. titul. *Des droictz de basse iustice.* in consuetudi.Turonen.De.quo,per Corset. in tracta.de potesta.& excellen.reg.quæstio.lix.& Sozi.consi. lxxxvi. vel potest responderi, etiam datò quòd sint allodia,quòd nihilominus tenetur ecclesia manus euacuare: quia interest Principis, propter ius confiscationis quod perdit si transmittantur in ecclesiam:secundum Masuerũ, tit.de præscrip.§.item si ecclesia.

ITEM, ad id quod dicit dominus.Pet.Iacob.quòd hanc alienationẽ in ecclesiam Galli vocant turpi vocabulo amortisationem, cùm potius deberet dici viuificatio: quia viuificat animam. Nam ad hoc respondetur, quòd amortisatio est vulgare Gallorum: secundum Ioan.Fab.in lege, quoties. C. de rei vend.ita dictum, quia mortificat rem in talibus manibus quibus est regulariter interdicta alienatio,existentem.Sed non refert,quia rebus & nõ verbis leges imponuntur .l.ii. C. communia de lega.latè per doct.in rubri. ff.solu.matri.

ITEM, ad hoc quod dicit ecclesiam non esse manum mortuam, cùm possit alienare in multis casibus, vt in §.nos igitur. in autenti.de non alie. columna.secunda. respondetur,quòd cùm sint plures solennitates in talibus alienationibus requisitæ,& cũ maxima difficultate interueniant:vt in autenti.hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis.eccle.reputantur impossibiles.l. apud Iulianum.§. si. ff.de lega.i.

ITEM, ad id quod dicit iure cautum non esse, quòd Rex debeat habere laudimium in illis casibus, in quibus permittitur ecclesiis alienatio,retorquetur contra eũ:quia hoc concesso, tantò magis interest ipsius Regis in ecclesiam bona non transmitti.ideo &c.autenti. multò magis. C.de sacrosanct.ecclesiis.

ITEM, ad id quod dicit, quòd in Rege non cadit crimen lęſæ maieſtatis: quia nō dicit ſe Imperatorem, quãuis vellet eſſe: reſpondetur, quòd illud eſt falſum: quia Rex Franciæ eſt Imperator in ſuo regno: ſecundum Bald. in l. exemplo. C. de probati. & habet omnia iura Imperatoris: vt ſpecificè ſuprà in i. parte in xi. iure probatum extitit. Et ideo, dicitur habere ſupremam iuriſditionem: ſecundum Fran. Cur. in cōſi. xlix. col. xxxiii. & Corſe. in addi. ad Panor. in c. quæ in eccleſiarum. col. ii. de conſtitu. & eſt Monarcha in ſuo regno: ſecũdum Sozi. in conſi. lxvii. & clxv. & Bald. in eius addi. in proœ. ff. Bar. in l. infamem. §. fi. ff. de publi. iudi. & Inno. in c. cùm P. tabellio. de fi. inſtru.

Rex Frã. eſt in regno ſuo Imperator

ITEM, ad id quod dicit, quòd imò eccleſia poſſet delinquere, ſicut priuatus: reſpondetur, quòd verum eſt hoc quòd poſſet, ſed non ita faciliter: nam quo ad hoc, vt vniuerſitas teneatur de delicto, requiritur quòd ſingulares, communicato concilio, & præcedente deliberatione, iuerint ad delinquendum: ſecũdum Bar. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis. col. vlti. Abb. in c. dilectus. ii. & ibi, Ioan. de Oma. de ſimo. & in c. in geneſi. col. iii. de elect. Ioan. Andr. in c. clericis. §. fi. de pœnis. li. vi. in nouel. & ibi, Geminia. & Cardi. in cle. i. verſic. ciuitas. q. ii. de pœnis: vbi Ioan. de Lig. dicit ſe aliàs cum maximo honore defendiſſe ciuitatē Bononiæ coram Papa, vt non poſſet ciuitas tanquam rebellis puniri vel ſubiici interdicto: ex quo, non præcedebat collegialis deliberatio. De quo, latè per do. Iaſon. in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet. & dato quòd prælatus vel alii delinquerent in Regē, tamē eccleſiæ nullũ fieret præiudicium: per regulam, delictũ perſonę. de reg. iur. in vi. ſup. allega.

ITEM, ad id quod illa aduerſa fortuna alienantis, qui crimen committere poſsit, non eſt ſpectanda, l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obliga. reſpondetur, quòd licet aduerſa fortuna nō ſit ſpectãda, bene tamē futura ſunt conſyderãda, & circa ea quæ contingere poſſunt, prouidēdum eſt. l. Gallus aquilius. ff. de lib. & poſthu. cum ſimilib.

ITEM, ad id quod dicit, quòd propter hoc ponunt res ad manum Regis, & pecunias ab eccleſiis extorquent: vnde, tenentur actione iniuriarum: reſpondetur per præ-

dicta,per quæ apparet,quòd imò iure faciunt. Quare nemini dicuntur inferre iniuriam,cum suo iure vtantur. l. iniuriarum. §. i. ff. de iniur. cum simil. Ad alias eius leues rationes, faciles sunt responsiones. Vnde restat,quòd ecclesia seu alia manus mortua tenetur intra annum de acquisitis manum suam euacuare,vel cum Rege componere,aut finantiam in camera computorum Parisius de xl. annis in xl. annos soluere pro illo præterito tẽpore,quo illa tenuit, & manum deinde euacuare,nisi ea ecclesia tenuisset pacificè vltra xl. annos: quia finantiam soluendo,ad aliud non cogeretur: secundum Masuer. in §. item si ecclesia, de præscript. Si verò non compleuisset præscriptionem,non sufficeret finantiam soluere,imò manus euacuare teneretur, nisi cum Rege componat, in cuius est libertate eam recipere vel non. Et si non cõstat de alia cõpositione,sed tantùm de tollerantia, tanta & similis censetur inducta recõpositio. l. qui ad certum. ff. loca. cõsueuit tamen Rex,quãdo ecclesias cogit ad euacuandas manus,proximioribus illius qui bona concesserat concedere, vt præferantur aliis, dato simili pretio,quod est ęquũ: secundum Bald. in l. ii. C. de cõmu. re. alie. limitatur tamen istud ius duobus modis,secundum do. Guliel. Benedict. in repetit. c. Rainu. in verbo, & vxorem nomine Adelesiam. in v. decisi. nu. 595. Primò,in bonis pro fundandis aut ampliandis ecclesiis parochialibus aut earũ capellaniis,citra superfluitatem: quo casu,compelluntur priuati ad vendẽdas eorum domos iusto pretio,prout notatur in l. nec emere. C. de iure deli. & in l. i. de stud. liber. vrb. Rom. li. xi. latè per Cepo. in tract. de ser. vrb. prędi. titu. de sepulchro. pro quo stat ordinatio Philippi pulchri, anno 1303. in mense Februarii facta, secundum Stepha. Aufre. in suo tract. ordinationum regiarum. tit. de priuilegiis. arti. xvii. Secundò,limitatur in bonis ante ordinationem eiusdẽ Philippi pulchri acquisitis, quæ in ordine in tit. pręalleg. de priuilegiis est xiiii. vbi sic dicitur, Concedimus insuper de gratia speciali, Prelatis & ecclesiis, collegiis & personis ecclesiasticis, quòd de acquisitionibus factis nomine ecclesiarum retroactis temporibus, præstare finãtiam, vel extra manum suam ponere ac-

quisita minimè compellantur, sed ea possint licitè retinere &c. Tertiò, vltra eum limitatur istud ius, nisi ecclesia acquireret in suis locis & territoriis, quæ sunt de mero imperio, aut de feudalibus & censiuis ipsius: per ordinationem eiusdem Philippi, quæ est in d. titul. xviii. & incipit, Permittimus & volumus, quòd ecclesia &c. Ex quibus restat ista amortisatio, quæ in Francia practicatur declarata, quæ per Regem cōcessa debet approbari & verificari in camera computorum Parisius, de qua loquitur Panor. in ii. parte. consil. iii. in fi. Sed an hæredes teneātur amortisationem habere aut procurare de bonis simpliciter relictis ecclesiæ per testatorē: latè per Ioan. Gall. in q. lxxiiii. in suo tracta. questionum arrest. decisarum. Quæ pro tenui facultate mea dicta sufficient, finem imponendo.

Regalium Franciæ Caroli Degrassalii Iuris vtriusque doctoris clarissimi libri secundi,

FINIS.

¶ TRACTATVS CVM IVCVNDVS, TVM MAXIME VTILIS, IVRA SEU PRIUILEGIA ALIQUA REGNI FRANCIÆ CONTINENS, PER IOANNEM FERRAULT VTRIUSQUE IURIS LICENTIATUM EDITUS.

*

Primum Ius siue Priuilegium sequitur.

Rex Franciæ neminem recognoscit in temporalibus superiorem.



RIMVM liliorum Ius altum & præcipuũ serenissimæ coronæ Franciæ est, quòd Rex nullũ in temporalibus recognoscit, nec recognoscere tenetur. Et ideo scriptum est quòd nõ est feudum: & si feudũ debet dici, quòd nullum est ita francum sicut regnũ Franciȩ: quia nullam fidelitatem debet, quod est signum libertatis maximæ. Nam omnis fidelitas est libertati contraria, extrà, de priuileg. c. cùm olim. Et est illa seruitus quȩdam, Bald. in l. quotiens. C. de suis & legi. faciũt nota. in l. sicut. in prin. ff. de vsufruct. & quòd non subest Imperatori, expressè decidunt Io. Fab. Cy. & Iaso. in l. i. C. de sum. trini. Præpo. Alex. in c. ius Quiritum. i. distin. Spec. de appel. §. nunc tractemus. Quibus locis se resoluunt Regẽ & regnũ Frãciæ legibus imperialibus non ligari. Nam dictio, quos, posita in d. l. i. restringit: vt ibi latè per docto. facit l. ea tamen. de leg. iii. Et vltra rationes prædictas, ea ratione potissimùm: quia in regno Franciæ Imperator nõ habet territorium seu districtum quod idem est. §. porrò. iuncta gl. & ibi de sancto Gemi. c. vbi periculum. de elect. in sex. Et nos Francos, Imperator nunquam potuit neq; potest terrere: & sic extra territorium impunè ei nõ paretur. l. fi. ff. *Imperator ĩ regno F. non habet territoriũ.*

de iurisd.om.iud.& c.ii.de consti. Facit ad prædicta quod dicit Bal.consi. ccccxviii. dum dicit regnum Franciæ regi naturali instinctu, nec subiici imperio: sed haberi erga imperiũ, sicut erga nos est Polus antarcticus. Facit dictũ Iac. de Aluar. in ti.de pa.iur.fir.in prin.col.x.dicẽtis in terminis ꝓ regno Frãc. ꝙ nunq̃ fuit subiectũ Imperiali, nec est spes ꝙ obediat. Et si ll. Imperialib. vtimur, ille vsus permissus est eatenus quatenus lex regni nõ disponit. Nã dispositio l. Saliquæ, seu regni præualet & obtinet. Ita dicit Alex. in d.c.ius Quiritũ.ꝙ singulare est in Rege Franc.secus de aliis Regib⁹ qui fuerũt à Roma.deuicti, & tributarii redditi: de quibus aliqui denominant̃ in l. in nomi.dñi.C. de off.pręfe.pręt.Affri. Nec gloriant̃ Hispani: nam tex.lxiii. dis.c. Adrianus.solùm loquit̃ de Carolo Mag. qui erat rex Franco. & ex Francis (quia Carolus eos deuicerat) in tali priuilegio participare meruerũt. Vltra prædicta, ius Franciæ satis declaratũ extitit in c. per venerabilẽ.extr.qui filii sint legi.licet glo.dicat, ꝙ de facto, & nõ de iure Rex ipse superiorẽ recognoscat, tamẽ illi non est credendũ. Nam vt inquit Alex.c.ius Quiri.dist.i.illa glo.est Ioannis, qui fuit Theutonic⁹, & Imperatori subiectus: & sic tanq̃ suspectus spernẽdus est: erubescere enim debuit cõtra prędicta asserere, cùm sine l.loquatur, §. cõsideremus.in auten.de triẽ. & sem.col.iii. Nec debẽt gloriari Theutonici de ca.nolumus.xi.q.i.vbi Imper. vult Francos suis ll.astringi.nã illi⁹ c.conditor hoc facere potuit, quia erat Rex Franc. Carol⁹ dictus Magnus. Et ex eo c.quia Rex facere potuit & ordinare: diuersitatẽ tamẽ notauit. nã Frãcos expressit per dictionem, tam, q̃ est copulatiua diuersorũ: tex.cũ gloss.in l. mercatores.C.no.vecti.l.quicũq;.C.de hære.l.cũ scimus. C.de agric.& cen.lib.xi. Nec tales Theutonici hoc declarare possunt, cùm antequã in eos fuisset translatũ Imperiũ fuerat apud Frãcos, vt patet ex historiis, & ĩ c.venerabilẽ. de elec.glo.xiii.dis.c.quãdo. Ex quibus elici solẽt tres Imperii translationes. Prima à Græcis Constantinopolitanis in Germanos seu Frãcos tẽpore Leonis Pap. Secũda à Frãcis in Italos: & primus illorũ fuit Berengarius tẽpore Sergii Papæ. Et imperauerũt annis circiter 50. Tertia fuit ab Italicis

Qualiter, & quaten⁹ Frãcigenæ utantur legibus Imperialibus.

Nota tres Imperii translationes.

Italicis Theutonicos qui dicere voluerũt omnes sibi subesse nationes, quod nõ est verum etiã de iure: quia tantũ habent imperiũ occidentale: & sic nõ orientale. Et si illa pena eis de iure deficit: meritò & illa cœlestis regni Franciç. ar. l. quæ de tota. ff. de rei vẽdi. Et hoc satis declarauit Pa. Clemens 5. in extrauagan. quæ incipit, meruit. declarãdo diffinitionẽ Bonifacii 8. non præiudicare regno Frãciæ in tẽporalibus. facit dictũ Frã. de Zaba. in cle. vnica, de immuni. eccle. Et ius prædictũ versum est in cõsuetudinẽ: & est approbata talis cõsuetudo, & hactenus ab omnib⁹ pacificè obseruata, à tãto tẽpore ꝙ non extat memoria in cõtrariũ. Quæ cõsuetudo gratiæ est inductiua. c. nõ est. de cõsue. li. vi. iurisdictiõis attributiua. l. i. C. de emẽda. ser. l. viros. C. de diuer. off. li. xii. c. dilecti. ext. de arbi. c. si laic⁹. ext. de foro cõpe. Et priuilegii attributiua, l. fi. C. no. vectiga. de aqua quot. & æsti. ff. l. i. §. fi. c. sup qbusdã extra de verb. sig. ix. q. iii. c. cõquestus. Potuítq; talis superioritas præscribi, quia Frãcigenæ Romani Imperii nõ sunt, sed separati iudicãtur per gl. §. ius autẽ. insti. de pa. potesta. & sic cũ nunꝗ fuerint subditi, poterũt præscribere. faciũt no. in d. c. si laicus. in l. vẽditor. §. constat. ff. cõmunia pdi. de sta. & cõsue. cõtra libertatẽ ecclesiç. §. si vero dñs tẽporalis. col. x. & no. in d. l. viros. vide pro amplissima huius priuilegii discussione quæ tradit do. Igneus Rothoma. parlamenti præsidens in suo tracta. an Rex Franciæ recog. Impera.

Secundum priuilegium.

Rex Franciæ nomen habet pulcherrimum.

SEcundũ Ius altũ, seu præcipuũ, omnes diuitias excedens est, ꝙ nullus rex habet ita pulchrũ & excellẽs nomen: nã vulgo dici solet, ꝙ melius est bonũ nomen ꝗ diuitiæ multç, inquit Sapiẽs. & ratione excellẽtiç nominis maior reuerẽtia adhibẽda est, Pulchrũ est igitur & singulare bonum nomen habere, tex. in l. facta. §. si in danda. & ibi glo. ff. ad trebel. Et licet de regibus fiat mẽtio in iure. scilicet de Rege Angliæ. c. nouit. de iudi. & c. non est spon. De Rege Hungariç. c. nõ est. & c. licet. de voto & voti redẽp. c. intellecto. de iureiur. De Rege Gothorũ. xvii. di. c. cõsi-

lia §.hinc etiá.De Rege Scotiæ. de côuer.coniuga c. cariſsimus.de immu.eccle.ca. inter alia in ſubſcriptione. De Rege Nauarrę.c.ad noſtrã.de iureiur.De Rege Apulię & Siciliæ.c.veritatis.de iureiur.& cle.paſtoralis.de ſenté. & re iudi.De Rege Caſtellæ & Arragoniæ ſiue Hiſpanię.de iureiuran.c.quâto.Hi tamen tã excellentiſsimis nominib⁹. ſeu epithetis nô decorãtur ſicut Rex Frãciæ:nam vocatur glorioſiſsimus.c.hoc quippe.iii.q.vi. Excellẽtiſsimus. xi. q.viii.c.excellẽtiſsim⁹.illuſtris.d.c.nouit.de iud.in ſubſcriptione.c.nouit.de appellationi. Et meritò illuſtris ſecũdũ Bal.l.i.ff.de offi.pfec.præt.qa plures puincias ſiue plures ciuitates habet ſub ſe nu.12.ſcilicet Remen.Senon.Rhothamageñ.Turoneñ.Bituriceñ. Lugduneñ. Narboneñ. Tholoſanã,Auxitanã,Burdegaleñ.Viẽneñ.Biſuntiné.Et côprehenſis dictis puinciis in quibus ſunt ſedes archiepiſcoporũ,in dicto regno ſunt epiſcopi numero.ciiii.Et vocatur chriſtianiſsimus filius,vt in extrauag.Io.xxii.q̃ incipit,prodiẽs.& hoc ex gratia dei operãte propter famæ claritatẽ,fauorẽ deuotionis, & ſinceritatẽ fidei catholicę quæ ſemp in regibus Frãciæ viguit,vt patet in hiſtoriis Regum Francorũ.nã Clodo. de hæretico Gotho ſumpſit vltionẽ. Clotarius ſecũdus bello optimus atq; ſtrenuus pietatẽ colebat,religionẽ quoq; venerabatur.Dagobertus ob martyris Dioniſii venerationẽ aureũ feretrũ,additiſq; ad decorẽ multis variiſq; gẽmis:annuis inſup prouẽtibus ad ſacerdotum & miniſtrorũ tẽpli alimoniã deſtinatis: tapetes quoq; vnionibus variis intextos quib⁹ interior paries tegeretur attribuit.Pipinus Stephano ſummo pôtifici contra Aſtulphum Romanorũ regẽ graui tributo Romanos prẽmentẽ ſuppetias tulit:& Bononiã & Romãdiolam dedit.Spe.tit. de reſcriptis.§.nono.verſi.Itẽ quia obtentũ.Cui Pipino & poſteritati eius ille Stephanus benedixit, & eũ qui temeritate aliqua aduerſus Frãcos bello moueret, communione chriſtiana interdixit.Carolus Rex,qui & Imperator fact⁹, & propter eius magnitudinẽ, prudentiã,& virtutem magnus dictus eſt chriſtianorũ in numerũ ſanctorũ relatus eccleſiam auxit.Adrianũ & Leonẽ quartum ſummos pôtifices ab omni tributo & moleſtia liberauit.c. Adrianus.& c. in ſynodo.lxiii.diſt.& iuxta Alexãdri magni dictũ maluit

Quot ſint epi in regno Franciæ.

Epilogus qdam bene meritorũ quæ reges Frãciæ cũ ſedi apoſtolicætum cæteris locis & perſonis eccleſiaſticis diuerſis temporib⁹ exhibuerũt.

Carolus magnus

se disciplinis antecellere q̃ opulentiis. Cõsiderans ꝙ optimo principi gloriosum est habere ratione studiorum, obtinuit vniuersitatẽ Parisien. quæ inter omnes cõstat florens & famigerata. Nec florentissimã, illustrissimámq; Francorum nationẽ vlla fermè alias res peræquè facit. Is Carolus triennio priusq̃ moreretur testamentũ cõdidit, duab⁹ partibus totius pciosę suæ supellectilis ciuitatũ maiorũ præsulibus relictis. Tertiã liberis & nepotib⁹ & familiæ ꝓ vniuscuiusq; ratione attribuit. Ludouic⁹ qui pius dict⁹ est Imperator & Francorũ Rex, Lothariũ filiũ ecclesiæ libertates & prouentuũ iura violantẽ, ad restitutionẽ monet: & Romani põtificis seditionẽ conseruare iuramento astringit. Mirandúmq; de eo fertur ꝙ per dies quadraginta nullum neq; cibũ neque potũ pręter spirituale corporis & sanguinis viaticũ ad alimentũ acceperit. Et eius cronicis habetur ꝙ fuerunt eius imperatoris extrema omnia religionis, atq; fidei plena. Hugo dict⁹ Cappet diuino ministerio est rex factus, & per sanctũ Gabrũ aliàs Valeriũ deo reuelãte ei dictũ est, se vsq; in sempiternã, alii septimã generationẽ regnaturũ. Robertus eius fili⁹ ecclesiã veneratur ecclesiarum extructione hymnísq; & canticis, vt suffragiũ. O constantia martyrũ. Cũcti potens. immo suffragia docẽt Ludouicus ꝓpter corporis molẽ grossus cognominatus, permaximus seruorũ Christi amator fuit. Plerique suo tẽpore ordines, aut originẽ, aut magnũ sanctitatis incrementum acceperunt Cluniacensiũ, hospitaliũ, pręterea Pręmõstratensium, sanctissimę institutiones vitæ & morũ luminaria effulserũt, & diui Victoris cœnobiũ Parisiano suburbio situm à fundamentis extruxit. Ludouicus iunior dictus, crucis signo assumpto Turcas bello superauit. Philipp⁹ qui cũ ab initio ętatis Deodatus appellaretur, Augustus quoq; dictus est: tum propter egregiã sanctãque virtutẽ, tum quia adeptũ regnũ auxit. Sacro coronandi absoluto ministerio adhuc adolescẽs memor fuit q̃ impiè plerique per Franciã deierarent: & execrabili deum blasphemia prouocarẽt: animosiorem quàm imperatoriam (de qua autentico, vt nõ luxurientur homines contra naturam. col. vi.) descriptam legem tulit. Si quis eius impietatis reus compertus esset, in fluuium aut paludem demitteretur. In Iudæos seueritatẽ

maluit scientiis quã opibus excellere.

Ludouicus grossus cœnobium diui Victoris à fundamẽtis fecit extrui.

apud castrũ Brayũ exercuit ob Hierosolymitanã persecutionem & sustentationẽ trecẽtum mile libras Parisienses, milia insuper cẽtena domui hospitali, pauperibus milia viginti testamento reliquit, dedit, & legauit. Ludouicus sanctorum cathalogo inscriptus est vita sanctissima & miraculorum euidentia proclamãtibus. Philippus eius diui Ludouici filius synodũ sacram à Gregorio põtifice Lugduni celebratam tutauit: diu de Christiano statu pręcedente confabulatu. Philippus huius nominis quart⁹, dictus Pulcher, ecclesias & capellas dotauit, & inter alias Cenoman. capellam regiam de Vado maliuidi appellatã, nunc prohdolor desolatam, in qua voluit thesaurarium capellanos & clericos continuam facere residentiam (quod in desuetudinem abiit: quia per substitutos seu vicarios nũc sine rescripto regali sunt deseruientes, cõtra. l. nullus qui nexu generis. C. de decuri. lib. x.) ordinauit is paululũ quàm moreretur filios seruare charitatem, exhortatur, & eum voto hierosolymitano absoluere. Philippus septimus dict⁹ Valesianus ecclesiæ iurium, libertatúmque, & priuilegiorum protector & cõseruator fuit permaximus. Maleuolis ecclesiæ perturbatorum fallaciis & cauillationibus obuians inquit: Non modo nõ auferre ecclesiis sua iura, sed ea ampliare in animo est. Et propterea aliis quoque suffragãtibus meritis bonefortunatus primũ, deinde felix, postremò optim⁹ Christicola vocatus est. Ioannes (tametsi variam perpessus fortunam) se Vrbano Papæ filiali reuerentia obtulit, & cruce signauit. Carolus sextus pro ecclesiæ bono ecclesiarũ prouentus in tres partes distribui iubet: vnam, in ecclesiarum instaurationem: alterã, dissoluendis earum obligationibus & debitis: tertiam, quotidianis ministrorum vsibus assignauit. Scisma longæuum dissoluit, ecclesiastica iura ampliando. Carolus septimus sacrosancti concilii Basilen. auctor, susceptor, & approbator fuit ecclesiæ Gallicanę pręseruator. Ludouicus vndecimus eius filius, & si aliqua seua exercuit, magnã tamen deuotionẽ ad diuã Mariam habuit, ecclesias consecratas auxit, & oblationibus ditauit. Carolus octauus eius filius rex mitissimus, Alexandrum põtificem visitauit, & ei personaliter in missarum solẽniis seruire voluit. Ludouicus duodecimus magnis laudibus at-

tollendus esset, nisi adulationibus me crederet aliquis vsurum. vnũ tamen efferre volo, quòd propriis sumptibus Bononiam à Bentiuolo, Romandiolam à Venetis prædonibus occupatas sedi apostolicę & Iulio secũdo restituit, vniuerso orbi & apta sunt miracula: vnde rex cui de suo iusto titulo potestas huiusmodi miracula faciẽdi accedit, potest dicere illud euangelicum quod respondit dominus contra calumnias Iudęorum, Io. x. cap. Si mihi non vultis credere, operibus credite. c. studiis. de pręsum. c. quod dei timorem extrà de sta. mona. Quæ omnia gesta sine gratia operante & fidei synceritate peracta esse, nullus est qui dicere velit, & regni excellentiam à summo deo esse negare possit. Meritóque aliis dotibus profundissimísque iuribus regem & regnum Franciæ debere tutari.

Tertium Priuilegium.

Quicunque orat pro Rege Franciæ, habet decem dies indulgentiarum.

TErtium Ius altum & pręcipuum sequitur, quòd quicunque orat pro Rege Franciæ, habet decẽ dies indulgentiarum ab Innocentio quarto, vt recitat defunctus præceptor meus magister Cosmas Guymier, in prooemio pragma. sanctio. super verb. tueretur. Et sanctus Tho. in iiii. distin. xix. artic. iii. in solutione vltimi argumenti. Clemens centum dies indulgentiarum concessit orãtibus pro pace & salute regis & reipublicę Regni Franciæ, vt vidi & bullam legi in lib. liliorum. Et est bulla numero 33. hoc laudendum sanxit Baruch propheta. ca. i. sui libri.

Quartum priuilegium.

Rex Franciæ potest inconsulto Papa sub nomine mutui doni aut charitatiui subsidia imponere uiris ecclesiasticis, seu ecclesiis pro defensione regni.

QVartum altum Ius atque singulare nulli alii cõcessum est, quia licet iure communi principes laici non possunt subsidia imponere: nec sub nomine mutui

doni, aut charitatiui subsidii ab ecclesia virísque ecclesiasticis petere aut exigere inconsulto summo pontifice.cap. non minus.c.aduersus.cum sua materia.de immuni.eccle. Regi tamen Franciæ licet & viri ecclesiastici hoc præstare possunt exactione cessante, etiã inconsulto Romano pontifice pro vniuersali vel particulari regni Frãciæ defensione, si & periculosa necessitas imminet. cuius necessitatis ad regem maiorem annis viginti, & si minor ætate ad prelatorum clericorum & laicorum qui de eius sunt stricto cõsilio, seu maioris partis illorum honoratorum arbitriũ seu interpretationẽ spectat. & ita declarauit Bonifacius Papa, & hoc aliás accepi ex scriptis domini de Banza tunc consiliarii regis. Sed pro vero didici & vidi scriptũ in bulla in libro liliorum redacta, cuius tenor sequitur: & est talis.

Tenor bullæ apostolicæ insertæ libro liliorum.

BOnifacius episcopus seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, capitulis, & aliis personis ecclesiasticis, necnon & nobilibus viris, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, & cæteris per regnum Franciæ constitutis ad perpetuam rei memoriam. Et si de statu regni cuiuslibet in quo catholicæ fidei viget signaculum paternæ solicitudinis studio cogitemus: ad statum tamen Christianissimi Regis Franciæ in quo semper anteactis temporibus erga Romanam matrem ecclesiam viguit deuotionis integritas: reuerentiæ plenitudo splenduit, & feruentis obediẽtiæ prõptitudo: tã tósolertius arcẽ confidentiæ extẽdimus, & circa illud cogitationis nostrę versatur instãtia: quãto ipsũ vlteriori fauore ꝓsequimur, & syncerius gerimus in visceribꝰ charitatis. Dudũ siquidẽ pastoralis officii debitũ exequentes in fauorem ecclesiarũ, & ecclesiasticæ libertatis authoritate apostolica duximus statuendũ: ne prælati & personæ ecclesiasticæ cuiuscunq; dignitatis, status aut conditionis existant sub adiutorii mutui, vel doni nomine, Imperator, Reges seu prĩcipes, aut aliter ꝑsidẽtes ea imponere & exigere vel recipe ab eisdẽ ꝑlatis & ꝑsonis ecclesiasticis audeant certis

pœnis adiectis nihilominus in hac parte. Verùm nonnihil nostræ intētionis ignari, suæq; prudentiæ innitentes, huiusmodi constitutionē nostrā non rationabili aut æquitati consonæ, sed volūtariȩ interpretationi subiicere moliūtur: non attendētes, quòd ad eū qui condidit, interpretatio no scitur pertinere. Nos igitur huic morbo congruā intēdentes adhibere medelā: & vt cuiuslibet ambiguitatis scrupulus in hac parte tollatur, & veritatis puritas elucescat: authoritate præsentiū declaramus, ꝙ constitutio ipsa, vel eiꝰ prohibitio ad donaria, vel mutua, seu quęuis alia voluntaria prælatorū, & personarū ecclesiasticarū eiusdem regni cuiuscunque status, ordinis vel conditionis existant: omni prorsus coactione aut exactione cessante se aliquatiꝰ nō extēdat. Licet ad id forsitan charissimi in Christo filii nostri Philip. Frāco. Regis illustris, vel successorū suorum qui pro tēpore fuerint, aut officialiū eorūdem, seu ducū, comitum, baronum, nobiliū, vel aliorū dn̄orum tēporalium de regno prædicto requisitio ciuilis & amica procedat. Omniáq; feudalia, sensualia siue iura quælibet in rerū ecclesiasticarū datione retēta, vel alia seruitia cōsueta regi eiúsque successoribus, comitibus, baronibus, nobilibus, & aliis temporalibus dominis supradictis, tā de iure q̃ de cōsuetudine à personis ecclesiasticis debita: prædicta cōstitutio non includat, vel aliquatenus cōprehendat. Et ꝙ personæ ecclesiasticæ ꝓ ecclesiarū suarū vtilitatibꝰ cōpositionis aut trāsactionis vigorē in his cōtingat aliquatenus impediri. Cōstitutióq; eadē clericos clericaliter nō viuētes, sed se mercationibꝰ & mercimoniis præsertim inhonestis & vilibꝰ, vel scenis immiscētes actibus nō defendat. Adiicimus insuper huiusmodi declarationi nostræ, ꝙ si prędicto Regi ac successoribus suis pro vniuersali vel particulari eiusdē Regni defensione, periculosa necessitas immineret: ad huiusmodi necessitatis casum se nequaq̃ extēdat cōstitutio memorata, quin potius idem Rex ac successores ipsius possint à prȩlatis & personis ecclesiasticis dicti regni petere & recipere pro huiusmodi defensione subsidium vel contributionem: illúdque vel illā prælati & personȩ prædictȩ præfato Regi suísq; successoribus, inconsulto etiam Romano pōtifice teneanī, & valeāt sub quotæ nomine, aut aliàs

Eius est legē interptari, cui eam cōdidit. facit l. leges. C. de legi.

etiā impartiri,nō obstāte constitutione ꝑdicta seu,quouis exéptionis vel alio quolibet priuilegio sub quacūq; verborū serie cōfecto à sede aposto.impetrato. Eiúsq; necessitatis declaratiōe supradictę ipsi⁹ Regis & successorū suo rū cōsciētias onerari,eísq; innotescere,volum⁹:ꝙ qcqd re cipi vltra ipsi⁹defensiōis casum cōtigerit,in suarū recipiāt periculū aīarū.Sup quo nisi salubriter sibi ꝓuideāt, attēdere poterūt in quo periculo remanerét. Si verò defēsiōis ꝑdictę tēpore hmōi &aliis annū xx.ꝑfati nō excesserit suc cessores,declaratio necesśitatis eiusdē ꝑlatorū,clericorū& laicorū q de ipsorū successorū stricto cōsilio seu maioris ꝑtis ipsorū fuerint cōsciētiis,relinquat̄. Quorū similiter cōsciētias onerari volum⁹,eísq; plenius aperiri:ꝙ si qd vltra casum defēsiōis recipiet̄,eiusdē in dispēdiū salutis cōsiliariorū reciperet̄ ipsorū,illúdq; restituere teneant̄.Prętere a intētiōis nostræ nō extat nec existit ꝑ cōstitutionē ꝑdictā seu declarationē ꝑsentē,iura,libertates, frāchisias, seu cōsuetudines quę ꝑfatis Regi & regno,ducib⁹,comitib⁹,baronib⁹,nobilibus,qbusuis aliis potestatib⁹,dn̄is, editionis ꝑfatæ cōstitutionis tēpore,ac etiā ante illud cōpetere noscebant̄,tollere, diminuere, vel quouismodo mutare,aut eis in aliquo derogare, seu nouas seruitutes vel submisśio nes imponere.Sed iura,libertates,frāchisias & cōsuetudines supradictas & ꝑtactas Regi & aliis illęsa & integra cōseruare.Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā no stræ declarationis infringere,vel in eā temerario ausu attē tare.Si quis hoc autē attētare præsumpserit, indignationē oīpotētis Dei & beator. Pet.& Pauli apost.ei⁹ se nouerint incursurū.Datū apud vrbē veterē secūdo caléd.Augu.pōtificā.nostri anno iii.Idē Bonifa.pōtifi.sui anno xiii.Illud ius extēdit ꝓ redēptione personarū Regis,Reginę & filiorū.Et licet quidā doctores,vt narrat Pan.dicto c.nō min⁹ voluerint dicere hoc posse fieri iure cōmūi,fauore reipub. patrię,qa quilibet tenet̄ patriā suā defendere.l.ii.ff.de iusti.& in c.pe.de homi.ꝑsertim cū ipsi⁹defensione ꝓtegant̄ orphani & miserabiles personæ.Alii.tamē doctores multis rationibus fulciti cōtrariū sanxerūt . ideo bonū fuit supra hoc declarationem sedis aposto.habere: nec culpandi sunt qui tale negocium prosecuti fuerunt : quia bonarum

mentium est timere vbi culpa non est.

Quintum priuilegium.

Rex in ecclesiis hic infrà enumeratis capit regalia, & beneficia confert in regaliis uacantia.

QVintũ ius liliorũ est, ꝙ rex in eccle. capit regalia: & est hoc approbatũ in decreto Basilieñ.tit.de an na.ver.itẽ ꝙ dicta v.pars. & in his tueñ q antiqua cõsuetudine vsi sunt.c.generali.extra de elec.lib.vi.specialis est allegatio Spe.ti.de legato.§.nũc tractemus. versi.sed nũquid legatus. dũ specialiter loquiẽ de Rege Frãciæ & eius iure vendicãdi in quibusdã ecclesiis vacãtibus collationẽ beneficiorũ ad illas spectãtiũ: & ꝙ illo tẽpore etiã tẽporalia illarũ ecclesiarũ recipit. Et Bene dicit Spe. quibusdã ecclesiis, & sunt illæ ecclesiæ vt ex registris parlamẽti & cõputorũ accepi: scilicet in Archiepiscopatu Remẽsi regalia accipit: in episcopatibus Laudunẽ. Suessionẽ. Cathalonẽ. Tornacen. Morinẽ. Attrebatẽ. Ambianẽ. Nouiomẽ. Siluanẽ. Beluacẽ. Et sic in toto archiepiscopatu, excepto episcopatu Cameracẽ. Item in episcopatu Senonen. & diœcesanis qui sunt Parisien. Carnoten. Aurelianen. Niuernen. Antissiodoren. Trecen. & Melden. Et episcopatibus Cenomanen. & Andegauen. prouinciæ Turonen. In Archiepiscopatu seu prouincia Bituricen. tam pro ipso Archiepiscopatu, quã episcopatus Claromontẽ. Sancti flori. Tullẽ. Castrẽ. Carturcẽ. & Aniciẽ. Archiepiscopatus autẽ Lugdunẽ. prætendit episcopatus Eduẽ. capit Rex regalia. In episcopatu Cabilonẽ. & in toto ducatu Normanię tã pro Archiepiscopatu Rothomagẽ. quàm episcopatibus Baiocen. Abricẽ. Ebroicẽ. Sagiẽ. Lexouiẽ. Constantiẽ. & in aliis episcopatibus Regni potest habere iura regalia. Et in his tuẽ d'est, qa de nouo nõ vsurpat. arg. dicti. c. generali. Sed hîc non enumeraui, nisi ea quę declarata inueni: & vidi bullã de episcopatu Abruicẽ. quæ est Innocẽtii data Assisii anno xi. Aliam bullam Clementis ann. iii. vbi de præbendis & dignitatibus Remensi. ecclesiæ Alteram Grægorii de ecclesia Senonẽ. de quibus & aliquibus supradictis sunt bullæ in libro liliorũ sub quota lxxi. lxxii. lxxiii. lxxiiii. lxxv.

lxxvi. & lxxix. Et de episcopatu Cenomanen. pro Rege executus sum vacantæ dicto eiscopatu per dimissionem reuerendiss. in. Christo patris & domini domini Philippi de Luxemburgo cardinalis, in fauorem defuncti domini Francisci de Luxemburgo. Et per prouisionem quam idẽ reuerendissimus habuit per obitum dicti defuncti domini Francisci de Luxemburgo.

Sextum Priuilegium.

Rex Franciæ à nullo sui regni antistite potest excõmunicari, nec excommunicatus declarari.

SExtum sanctum ex gratia Dei Ius Altum procedens est, quòd licet principes seculares possint excõmunicari, & excommunicati declarari. cap. quoniam quidem. xviii. di. cap. non est. de spon, vbi de rege Angliæ fit mentio. Rex tamen Franciç à quocunque (maximè sui regni) antistite non potest excommunicari, nec excommunicatus declarari. Et illud Ius antiquũ declarauerunt Clemens v. in extrauagant. meruit. Martinus Papa qui de hoc bullam ad rei perpetuam memoriam declarando concessit. facit declaratio Ioã. xxii. in extrauagan. frequẽns. sub tit. de iudi. vbi declarat per priuilegiũ posse cõcedi, ne quis possit excommunicari nec ei interdici. Quod priuilegiũ etiã extẽditur ad eius officiarios: & hoc pro actu exercitii iurisdictionis temporalis. facit quod notatur lxxxix. distin. c. iudicatum. Nã idem priuilegium habet familia, ꝙ dominus. xii. q. ii. c. ecclesia. glos. c. clericum. xi. q. i. Et quod notatur. ff. ad municipalem. l. assumptio. & de hoc sunt ar resta in curia parlamẽti registrata. de an. Do. 1372. contra Archiepiscopũ Rothomagẽ. qui erat de domo Alenconii, de anno Domini millesi. ccc xcix cõtra officialẽ Remẽ. de anno Do. 1399. cõtra Archiepiscopũ Turonen. qui balliuos & seruiẽtes excõmunicauerãt. Dictũq; extitit vlterius cõtra dictũ Archiepiscopũ Turonẽ. ꝙ in monitionib' generalibus non cõprehẽderẽtur officiales regni, & ita declararet. Et an. 1507. Die Lune xvii. April. declaratũ fuit in parlamento, me præsente, ꝙ in monitione generali nõ cõprehẽdereẽ grapharius & cõmẽtarien. Castelleti de his

quę sciebāt tanq̄ officiales regii: & ita declarauit episcopi Parisien. procurator. Quæ omnia pro lege sunt seruanda. l. vnica. C. de senatuscon.

Septimum Priuilegium.

Non obstante quòd laici ecclesiis non debent præfici: tamen Rex Franciæ obtinet, ut obtinere poßit præbendas in ecclesiis sui regni.

SEptimum ratione vnctionis, & sue Christianitatis Ius est, q͂ licet laici in ecclesiis præfici nō debeāt, vt patet ex tex. c. dilectus. de cō cessione præbēdę. ca. fi. xxvii. dist. c. bene quidē. & vt ad hoc iura satis sunt nota. tamen Rex Frāciæ obtinet, & obtinere potest prębēdas in ecclesiis sui regni. de hoc per Pan. c. extirpādę. §. qm̄ vero. ext. de prębē. vbi fit mētio q͂ Rex Frāci ę est canonic⁹ ecclesiæ sancti Hilarii Pictauię ciuitatis. & hoc experiētia docet. Nā in ecclesia Cenomanen. habet prębenbā, cuius redditus remittit seruięntibus seu baiulis, in ecclesia beatissimi Martini Turonen. & in ecclesia Andegauē. & quādo præsens est, distributiones capit vt expertus sum.

Octauum Priuilegium.

Licet Ius conferendi præbēdas adeò sit spirituale, ut laico nō conueniat, nihilominus Rex Franciæ pleno iure confert beneficia, & dignitates ecclesiasticas.

OCtauum ius liliorum ex gratia Dei operante, & meritis præcedētibus esse dignoscitur, q͂ licet dicat Io. And. in c. ii. de prębē. li. vi. q͂ ius cōferēdi p̄bēdas sit adeò spirituale, quod nō cadit in laicū. xvii. q. vii. c. siquis deinceps. & c. fi. ext. de iure patro. nec laicus illud possit possidere. de pręscrip. c. caussam quę. & sic nec p̄scribere. c. si de possessione. de reg. iu. li. vi. tamen Rex Frāciæ pleno iure beneficia cōfert ecclesiastica, canonicatus & dignitates. c. dilectus. el. iii. de præbē. in quo fit mētio de decanatu Andegauē. de cōsue. c. cū inter. in parte decisa, vbi loquit̄ de collatione præbēd. ecclesiæ sancti Petr. de curia nostræ ciuitatis. Et in hoc multū fauēdū est Regi Christianissi. glo. sup verb. regalia. tit. de anną. in decreto Basiliē. facit gl, c.

imperium.x.dist.& talia beneficia nō subiacēt reseruatiōi Papę:& sic nec decreto Basilien.seu nominationib' vniuersitatū per no.Domin.de sancto Geminia.in d.c.ii.de pręben.in vi.Quod Ius Imperator nō habet,nec aliquis Dux Alemaniæ,salua pace Bal.in c.quāto.de iud.& Spec.in ti. de præbē.vers.itē no. Nam Imperator nō habet potestatē conferēdi,sed facultatē faciēdi recipi:& vocātur primariæ preces imperiales: & magna differētia est conferre vel facere recipi,vt per do.Io.And.in addi.ad Spec.d.tit. faciūt no.Pano.in c.fi.de cōces.præbē.vbi loquit tex.de Comitissa Flandriæ.quod c.debet intelligi de præsentatione,nō de collatione,&contra dictū Speculatoris, & dictum Imperatorem facit.c.imperium x.distinct.

Rex Frā. plus est priuilegiatus quām Imperator.

Nonum Priuilegium.

In electione prælati requiritur Regis consensus: qui si non adsentiat,non confirmatur electio.

NOnum liliorū ius profundū ab Adriano Pap.cū vniuersa synodo cōcessum, multis iam retroactis tēporibus cōsuetudine introductū esse dignoscitur,quòd in electionib' pręlatorū debet eius requiri assensus:& si nō pręstat assensum,non cōfirmatur electio.tex.singula.de Rege Franc.in c.Adrianus.in synodo.lxiii.dist.Mirādūq; est in eo videre quod legitur in c. hinc est. xvi. q.i.vbi dicit, quòd est xenodochiū, seu cœnobium in regno Frācorum cōstitutū,vbi sine regali prouisione, & monachorum electione,nullus abbas introducitur. nescio si intelligitur de abbatia S.Petri de cultura Cenonan. vbi in tract. electionis interest regius ꝓcurator, nō vt eligat, sed vt pacem & concordiā seruare procuret:maioríq; admiratione dignū, quòd Adrianus cū vniuerso clero ac populo, Carolo Magno eiúsq; successoribus concesit,& decreuit,quòd in archiepiscopatibus & prouinciis,nisi à rege laudetur & inuestiatur,episcopus à nemine consecretur:& quicūque cōtra tale decretū ageret, eum anathematis vinculo innodauit: & nisi resipisceret,bona eius publicari ꝑcepit,& etiā irreuocabili exilio puniri.tex.in fi.d.c.in synodo.& c.Adrianus.lxiii.dist.quę iura faciūt pro sentētia lata cōtra aliquos inobedientes.Nec obstat,vt quibusdā videtur,c.sciant cū-

In regno Frāc.episcop', nisi à rege laudatus, uel inuestitus à nemine cō secratur.

ќi. de elec. in vi. quia est ius propriũ regis Frãcorum: & illi nõ est specialiter derogatũ, & est bulla per quã est concessum iura Frãcorum regũ nõ auelli sine caussa, & expressa mentione, quę est cõsonãs. c. nouit. in prin. de iud. Et vltra prædicta facit gl. super verb. principes. c. de hoc. de symo. c. nobis. de iur. patr. gl. c. sacrosancta. c. cũ terra. c. quod sicut. de ele. Panor. in c. i. de consue. Io. And. Inno. & Bald. in d. c. quod sicut. quod potest induci consuetudine, vt ecclesia vacãte canonici nõ procedãt ad electionẽ, nisi prius morte prælati regi nunciata, & postulato assensu regio, de procedẽdo ad nouã electionem, & si fieret, cõfirmatio est quassanda. xviii. q. ii. c. abbatẽ. el. ii. & ibi gloss. Ita quòd si canonici eligũt regi suspectum, potest Rex appellare. Bal. d. c. quod sicut. Et ante confirmationẽ se potest opponere, si dubitat de proditione patriæ, vel reuelatione secretorũ, vt dicunt præfati doctor. & Inno. c. super his. de accusa. facit tex. in verb. verũtamen. in decreto Basilien. ti. de elect. Ad prædicta faciunt c. cum longe. c. reatina. c. nobis. c. lectis. lxiii. dist. Et siquis velit dicere Regem Hispaniæ habere tale ius, vt dicto c. cum longe. dico illum non habere, nisi ex participatione iuris Caroli Magni, qui (vt suprà relatum est) eos Hispanos vicit & rexit, & matrimonii fauore Bersoloniã & alias ei ciuiates dedit. Et si quod ius habuit Imperator per iura suprà allegata, hoc reuocatum est. §. verum eadem. lxiiii. distin. qui. §. solùm loquitur de reuocatione iuris imperialis; & Carol. Magnus hoc ius habuit, nedum vt Imperator, sed vt Francorum Rex, vt patet d. c. Adrianus. Et tale ius ei cõcessum est à Papa cũ vniuersa synodo: ideo Papa Stephanus dicti §. verum. & reuocationis auctor, sine vniuersa synodo reuocare non potuit: neque eius sententia præualet. argum. eorum quæ notantur c. in canonicis. xcix. distin. Nam fortius est quod per vniuersæ ecclesiæ statuta firmatum est. cap. puto. ii. quæst. vii. & est regula iuris, quòd omnis res per quascũque caussas nascitur, per easdem dissolui necesse est. Nec obstat prædictis c. ego Ludouicus. lxiii. distinc. Nam ibi solùm renuntiatio facta fuit de electione summi Põtificis. An autem tali iuri possit Rex renuntiare, præsentis non est speculationis, sed aliquid notatur per Bald. c. si generali. in versi. quæro vtrũ

Rex Franciæ.x.coll.in tit. si de feud.fuerit controu. inter domin.& agna. Vnum tamen non est omittendum, quòd regalia insignia de facili remitti nō possunt: nec alteri cōcedi. Neque enim est facile Regis locum tenere. cap. non est.c.ante omnia. cap. multi.xl.distinc. facit pro hoc iure, quia extraneus & alienigena in suo regno non potest beneficiari sine eius permissione.ita dicit gloss.in verbo, exterorum.in procemio pragmati. sanctio. facit quod notat Gessellinus in extrauagan. Ioan.xxii. quæ incipit, execrabilis.super verbo, diuersorum.dum dicit dominum temporalem obiicere posse cōtra promotionem seu prouisionem factam de incola alterius regni, quia alieni regni arcana scrutari non conuenit.l.penulti.C.de commer.& mercat. & indigenæ exteris sunt præponendi. Nam oriūdus non oriundo, & diœcesanus nō diœcesano præfertur, vt in regula cācellariæ.xv.facit quod nota.in c.fin.extra de peregrin.ca.bonæ.el.ii.de postula.præla.& c.hortamur. lxxi. distin.& debent præfici hi quos multò antè nota probabilisque vita commendat, & qui recta ratione probati fuerint.cap.episcopum lxiii.distin.

Alienigena non potest in regno Fr. beneficiari sine Regis permissiōe

Decimum Priuilegium.

Episcopi regni Franciæ tenentur Regi iurare fidelitatem & reuerentiam.

DEecimum ius liliorum mirandū & antiquū est contra iura, etiam scripta.cap. nimis.de iureiur.& c. fi. de re iudic. quod episcopi regni debent ei iurare fidelitatem seu reuerētiam: quam reuerentiā Rex Theodoricus in consilio reseruasse sibi declarat.§. hinc etiam.xvii.disti. In hoc tamen notandum existimaui, quòd si fidelitatem pro homagio accipimus, episcopi non debēt, d.c.nimis.de iureiur. nisi ratione rerum temporaliū & feudorum, vt per Panor.d.c.nimis. hoc enim certissimum est in iure, quòd episcopi, abbates, & alii clerici tenentes bona feudalia, & in feudum concessa, tenentur iurare fidelitatem, & facere homagiū Henri.Bohic.c.fi.de re iud. Bal. in prçludio feu. faciunt nota.in c.solitę.c.dilecti filii.de maior.& obedi.c. verum.de for.compe.c. cum ad verum. ibi cum pro cursu temporaliū.lxxxvi.dist.& de.capit, corra.c.fi.col. x.ita ꝙ

propter feloniam bona feudalia fisco applicãtur vita prælati aut clerici durante, quia venit contra legẽ & pactũ cui obedire tenetur ecclesia, quia in se & in alium est mater & cultrix iustitię. ti. episcopũ vel abbatẽ. in prin. & de aliena. feudi. c. fi. x. col. & in tali causa feudali rex est iudex competẽs per no. glo. §. debet. & ibi domi. c. romana. de appella. lib. vi. & in tali caussa feudali efficitur regni subiectus: in aliis autem non, sed reuerẽtiæ debitor. vt Bald dicto. c. nimis. propterea credo quòd isti episcopi & prælati aliter se habent iurando, quàm seculares principes & laici. Nam ipsi solẽt iurare stola ad collum posita, & manu ad pectus. Non autẽ habẽt manus inter manus Regis aut dignissimi cancellarii seu questoris: & laici iungunt manus inter manus Regis: & ideo dicitur fidelitas manualis. c. cũ inter vos. de re iud. Et ista manuũ iunctio aliquali ratione potest fulciri, quia manus significat potestatem. l. manumissiões. ff. de iust. & iur. Et significat arbitrium. l. penult. ff. de arbit. Et porrectio manus dextræ significat soliditatem: & ideo debent esse firmi ad authoritatẽ regiã conseruãdam, volũtariéq; ei obedire. quæ obedientia consistit in mandatorũ susceptione: & si ei non obtẽperatur, digna vltio succedit. Est enim generale pactũ societatis humanę obtẽperare legibus. c. q cõtra mores. viii. dist. xciii. dist. in summa. xxiii. quæ iii. c. qui culpat. fac. diui Hiero. sentẽtia, dũ inqt, Principibus & potestatibus fidem & reuerẽtiam seruari oportet: quã qui non exhibuerit, apud deũ præmia habere non poterit. xxiii. q. v. c. regũ. c. sicut apud carnales. facit ꝙ not. in l. fi. C. de exact. tribut. lib. x. De pœna aũt inobedientiũ diuersa iura statuũtur. Nã aliquãdo morte puniunt. c. ii. de maio. & obe. l. omne delictũ. §. cõtumaciã. ff. de re mili. facit quod scrib. Esdr. c. 8. quotquot trãsgressi fuerint legẽ, diligẽter plectent, siue cruciatu, siue pecunię mulctatione. Aliquãdo carcerib. pignorib' captis mãcipãtur. l. cũ eo. ff. ad l. Iul. pec. ibi, pignus capiẽdo & corpus retinendo. Aliquãdo domo ꝓpria priuãtur. ff. de interd. & releg. l. fi. Et aliquãdo dom' eorũ inobediẽtiũ diripiũtur. l. si is cũ quo. ff. com. diui. Aliquãdo bãniũtur. l. curatores. ff. de off. procõ. Cæs. Aliquãdo illis inuitis seruire cõpellũtur. l. si ad magistratũ. C. de decur. lib. x. donec cõsentiãt. xc. dist. c. si qs.

Episcopi & plati aliter ꝑstãt iuramẽtũ fidelitatis quã laici.

Generale pactum societatis humanæ, est obtẽperare legibus

xcii.dist.c.si quis episcopus. Et suscipiẽdi volũtas adsit.23. q.iiii.c.displicet. Et tales inobediẽtes nõ differãt se offerre c.dis.c.i.& vsq; dũ fecerint & adimpleuerint.xii.q.ii.c.apostolicos. Aliter tamẽ nobiles q̃ ignobiles cogẽdi sunt. Dicit enĩ canon, Inobediens rusticus tãto pẽsionis onere grauãdus est, donec ipsa exactionis suæ pœna compellatur ad rectitudinẽ festinare. xxiii.q.vi.c.iã vero. Aliquãdo iurisditione priuantur, eisq; denegatur audiẽtia.l.sed & si per prætorẽ.§.hæc autẽ actio.ff.ex qui.cau.maio.faciũt ad p̃dicta q̃ not.in ti.qui sunt rebel.in vsi.feud. Et tales prosequẽdi sunt incessanter, iuxt.illud Psal. Persequar inimicos meos, & cõprehendã illos, donec deficiãt. quę fictio donec infinitẽ accipitur.l.legatũ.ff. de an.leg.de iudi.c.cùm sit, xvii.q.vii.c.si plures. Obediẽtia vera ix.debet habere cõditiones, vt videri potest ex nota. Archi.viii.q.i.c.sciendũ, quas p̃sequitur Ludo.de Pen.d.l.si ad magistratũ.pro qua adipiscẽda, tenẽda est Bernar.sentẽtia, dicẽtis: Verus obediẽs nescit moras, nec mandata procrastinat, sed aures parat auditui, oculos visu, manus operi, pedes itineri, & sic se totũ interius colligit, vt imperãtis exteriꝰ expleat volũtatẽ.

Vera obedientia ix. debet habere cõditiones.

Vndecimum Priuilegium.

Rex habet cognitionẽ causarũ ciuilium inter personas ecclesiasticas in possessorio de caussis spiritualibus, uel caussam eis annexam habentibus.

VNDECIMVM liliorum ius altum & præcipuũ esse dignoscitur ex cognitione caussarum ciuilium inter personas ecclesiasticas in possessorio de causis spiritualibꝰ, vel annexã caussam spiritualibꝰ habẽtibus, & hoc ex antiquissima cõsuetudine procedit. Quæ consuetudo iurisdictionem tribuit. c.si laicus laicum.extra de fo.com. Etiam non capaci propter personæ excellentiam.ca. cum dilect.de arbi. Quam iurisdictionem regi Francię competentem nõ est intentionis summi pontificis tollere, vel diminure. c.nouit.extra de iudi. Et iudices sui de pleno possessorio retinẽdę possessionis in beneficialib.& aliis caussis spiritualibus cognoscũt. Licet iure cõmuni clericus coram iudice seculari non sit trahendus, & caussas spiritualis vel spirituali annexa, debeat corã iudice ecclesiastico tractari.

ctari.c.ii.extra de fo.cōp.& ita declarauit Martinus Papa multis ex causis in sua bulla contentis: cuius bullæ tenor sequitur, & est talis.

Sequitur tenor bullæ Martini Papæ.

MArtinus episcopus seruus seruorum Dei, ad futurā rei memoriam apostolicæ sedi æqua, & circūspecta prouisio quotūlibet, & iura & tranquillitatē confoueri satagens: cum verisimiliter timetur ne cupiditas improba se à vetitis abstinere nesciens statutis ordinationibus à se huiusmodi prodeuntibus laxato freno rationis abutatur, per prouisionis debitū remedium: nūc verò per optimū declarationis officiū nititur obuiare. Dudum siquidem prouidē considerātes quòd licet clerici ecclesiasticæq; personæ qui suas causas & querelas in his præcipuè, quę de iure vel cōsuetudine ad forū ecclesiasticū ptinere noscunt, eo tamen derelicto secularib⁹ iudicib⁹ se submittere seu ptes sibi aduersas ad forū de iure vetitū cōuenire vel contrahere pręsumebant: grauibus proinde pœnis tam spiritualibus q̄ tēporalibus, etiā iure disponente alligarētur, pœnas tamen ipsas non sine propriæ salutis periculo sæpius videbantur habere in cōtemptum. Nos qui ex debito pastoralis officii salutē quærimus singulorum: sup his opportunè ꝓuidere volentes, per alias nostras literas statuimus & etiā ordinamus, ꝙ quicunque ex clericis & personis eisdem de cętero reus talis prescriptionis existētis, nisi à pręmissis desisteret omni cōmodo concessionū & gratiarum sibi à sede prędicta concessarū careret. Ipséque in graues tunc expressas & alias iuris pœnas incurreret, prout in dictis literis plenius continetur. Cùm autē pro parte charissimi in Christo filii nostri Caroli Regis Frācorū illustris nuper nobis fuit expositū, quod à nōnullis vertitur in dubiū: an per huiusmo di nostrā concessionē derogare voluerimus iuri & iurisdi tioni regiæ: præsertim in casu possessorii retinendæ possessionis sup suis ecclesiis & beneficiis ecclesiasticis suorū regni Frāciæ & Delphinatus Vieneñ. per quā iurisditionē præfatus Rex sibi asserit licere in omni casu etiā iuridicè tueri possessores. Nos ad omne ambiguitatis tollendū dubium super his opportunè ꝓuidere volentes eiusdē regis

in hac parte supplicationibus inclinari authoritate apostolica: tenore præsentiũ declaramus nostrę intẽtionis nõ fuisse, neq; esse per dictã aut per aliã quãcunque cõstitutionẽ eidẽ regi & eius Regię iurisditioni, per quã (vt asseritur) tam Rex q̃ sui progenitores super omni possessorio à tanto tẽpore citra, ꝙ de eius cõtrario memoria hominum nõ existit, cõsueuerunt cognoscere, in aliquo derogari voluisse, aut velle quoque modo ipsosq; regẽ & iudices detinẽtes partes molestatas super earũ conseruatione ad suorũ beneficiorum possessionẽ ipsius Regis auxiliũ implorãtes (dũmodo in contẽptum iurisditionis & libertatis ecclesiasticæ, vt partes sibi aduersas in rebus ecclesiasticis diutius perturbarẽt, hoc nõ fecerint) pœnas in dicta nostra cõstitutione cõtentas, nullatenus incurrisse, aut debere incurrere quouismodo. Per hoc autẽ nullũ ius seu iurisditionem in præmissis cognoscendi eidẽ regi de nouo acquiri volumus, sed antiquũ si quod habebat tantũmodo conseruari. Nulli ergo hominũ liceat hãc paginã nostræ declaratiõis, constitutionis, & volũtatis infringere, & ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotẽtis Dei & beatorũ Petri & Pauli apost. se nouerit incursurũ. Datũ Romæ apud sanctos apo. Calen. Maii. põtificatus nostri anno 12. Eandẽ bullã inseruit Guido Papa in sua i. quæst. vbi de hoc etiã tractat, prout & in q. ccccclii. quæ incipit in materia possessoria. Quæ prædicta credo intelligẽda quãdo est questio meri facti seu violentiæ vel iniuriæ illatæ, & de impedimento tollendo, ne partes deueniãt ad arma. ar. §. si inter duos. l. æquissimum. ff. de vsufru. & ita intelligunt Inno. c. cùm dilecti. de elect. Io. And. c. fin. extra de foro cõpe. Panor. c. literas. de iuracalum. in anti. & Pe. de Anch. c. ea quæ. de re iud. lib. vi. ꝑ his vide quę tradidit nouissimè Philippus probus in trac. pẽsio. q. iii. partis iii. Et si quis velit dicere hoc nõ esse pcipuum ius, cũ & duces Britãniæ & Alẽconii tali iure vtantur, facilis est respõsio: quia à fonte regio procedũt, & eis ius cõcessum, & eorũ iurisditio à Rege depẽdent propter homagia & fidelitates: & ꝙ iurisditio à Rege Francię eis sit infusa, de duce Alẽconii satis notũ est. Sed quia Britones de hoc dubitãt, hîc narrare volui ꝙ Clotari⁹ Rex Frã

corũ ſextus filiũ propriũ multa mala in regno Franciæ facientẽ in Britãnia proſecutus eſt, & Britanniæ ducẽ filium adiuuantẽ bello deuicit, gladio peremit, & Britanniã ſibi ſubiecit. Indicalis Britõnũ princeps offenſam purgare volens, ad Dagobertũ venit quẽ Cypiaci agentẽ magnis muneribꝰ placuit, ſecũ omni gente ſua Regi Dagoberto & regno dedens, nõ alio animo q̃ quòd illa omnia ſub Dagoberti Francorúmq; perpetua ditione tenere cõceſſus eſt, & in verba Regis iurauit. Petrus de Droſco, aliàs Beẽne Regi Ludouico nũc cathalogo ſanctorũ adſcripto in villa Andegauẽ. anno Dñi 1231. homagiũ ſeu ſubmiſsionẽ fecit. Et quia ꝓpter longęuã ætatẽ hoſtiũ incurſionẽ & inimicorũ inuaſionẽ iura clarificata nõ erãt, ad cõcordatũ deuenerũt: qđ (ne obliuio nouũ bellũ iducat) hîc iterſerere deſtinaui.

Tenor accordii Regis Franciæ, & ducis Britanniæ.

LVdouicus Dei gratia Francorũ Rex: Vniuerſis præſentes literas inſpecturis & audituris, Salutẽ in eo qui eſt omniũ vera ſalus. Notũ poſteris noſtris fieri volumus: quod cũ aliàs dilectus cõſanguineus noſter Petrus de Droſco aliàs de Beenne dux Britãniæ (inſtigãte Henrico Anglorum Rege & eũ fouẽte) guerrã contra nos incœpiſſet, & quã plures partes regni noſtri deuaſtaſſet: Caſtrúmque noſtrũ de Belleſme manu armata cœpiſſet, & diu in ſua ſaiſina tenuiſſet, aſſerẽs in ipſum ius habere ratione quarundam petitionũ nobis aliàs ex parte ipſius exhibitarũ: & per nos ſibi ꝓ aliqua parte denegatarũ, tam ratione ſucceſsionis bonæ memoriæ Roberti patris ſui, atque fratris noſtri Germani quondã comitis Drocen. & Beẽne quã prætendebat in regno noſtro habere, q̃ aliàs. Nos ob hoc ſuis malitiis obuiare deſiderãtes, & populũ nobis ſubiectum ab ipſius oppreſsionibꝰ defendere cupientes, vrgẽte & impellente neceſsitate vim armatã induximus contra eũ Andegauũ venientes ꝓ reformandis illatis & ꝓpulſandis inferendis nobis per eũ iniuriis, & iuribus noſtris hæreditariis defendẽdis. Volẽtes potius ad ſuccurſum nobis adherentiũ ſibi patẽter occurrere, q̃ cõminata & incœpta nobis pericula in laribꝰ expectare. Cũ enim ibidẽ in expeditione guerræ noſtræ diuageremus, altitonantis gratia cooperante, ac

ratione, eundẽ ducem & successores Britãniæ duces ꝓmisimus, & tenore præsentiũ promittimus, & tenemur bona fide ꝓ nobis & successorib⁹ nostris Frãciæ regibus futuris temporib⁹ in perpetuũ fideliter iuuare, cõsulere, & cõfortare, ac suã partem tenere cõtra suos aduersarios quoscũq;, exceptis Romana ecclesia & eius vicario. Omniáque sua regalia iura, & syndicatus, ac superioritates prærogatiuas, nobilitates, & frãchisias quęcũque seu quascũque inferius latius declaratas, illęsa seu illęsas seruare, & sine aliqua diminutione custodire in futurũ bona fide ꝓmittimus iuxta posse, videlicet suũ parlamenti, ius regale quod in ecclesiis cathedralibus sui ducatus sibi ab antiquis temporibus spectat & pertinet, vt cõmuniter dicebatur. Ac ipsarum ecclesiarum cathedraliũ & aliarum ecclesiarũ ac virorum ecclesiasticorum viduarũque orphanorum gardiã, seu saluegardiam, ac publicorum itinerum sui ducatus tuitionem cõmissionẽ mouendi & faciendum guerram hostibus suis, si & quatenus opus esset defendendi, seu ꝓhibendi dilationem armorũ in ducatu suo fabricãdi, & fieri faciendi monetas suas albas & nigras, prout sibi & suis successorib⁹ placuerit: puniẽdi & executioni deputãdi falsos monetarios: habendi & exercendi omnimodã iustitiã per se & suos senescalos, bailliuos, & alios iustitiarios suos, prout sibi eos cõstituere & deputare placuerit, saluegardias dãdi, portus marinos habẽdi, marina naufragia cum eorũ fracturis emendis & emolumẽtis ex fractura nauiũ. Et ratione præmissorum pecerorũ & naufragiorum, ac ob defectũ breuetorum seu sigillorũ marinorum capiẽdi in villis, hauris, & portis sui ducatus, & in mari circumadiacen. obuian. quo quomodo ꝑcipiendi, habẽdi, & leuãdi totiens quotiẽs hoc in eisdẽ locis seu eorũ altero cõtigerit cõfiscatiões bonorũ morti dãnatorũ ad caussã hæresis seu hæreticę prauitatis, bonáq; vacãtia per exhæredationẽ thesauros absconditos & reptos. Piscaturas in mari & in fluuiis dulcib⁹ sui ducat⁹, & desiccatiões in terra ac pisces regales in mari Britãnico captos, breuetos etiã seu sigilla bretetorum, videlicet salui cõduct⁹ ac victualiũ à nauigãtibus seu mercãtibus ꝑ mare Britãnicũ, in eorũ mercãtiũ saluatione, & fauore ab ãtiquis tẽporibus ꝑ certã cõpositionẽ ob hoc aliàs ordinatos, tã in

Hæc oĩa in terris aliorũ dñorũ, ducũ, comitũ, & baronum regni ꝑtinent ad regẽ, ut supra ĩ stilo parla. ĩ plerisq; locis.

portis, hauris & villis sui ducatus, q̄ etiã Burdegal. & in rupella, criminosos deponẽdi & forbãnisandi ac remittẽdi & absoluendi ab omnibus criminibus, ipsos quoq; depositos seu forbanisatos reuocãdi prout eidẽ duci & suis successoribus Britãniæ ducibus videbitur faciendũ. Quæ quidẽ iura regalia, prærogatiuas, superioritates, nobilitates, & frãchisias, omnia & singula supradicta ad dictũ ducẽ solũ & insolidũ ab antiquis tẽporibus pertinẽtia, & per ipsum ducẽ sibi & successoribus suis specialiter in nostri præsentia reseruata, vt superius dictũ est specificata, & eorũ quodlibet ꝑmisim⁹ eidẽ duci, & etiã tenore præsentiũ bona fide promittimus, & tenemur pro nobis & nostris successorib⁹ Francorũ Regibus sine aliqua læsione vel diminutione facienda seruare & fideliter custodire, vt dictũ est. Quib⁹ sic actis, reseruatis, specificatis, & hinc inde promissis, idẽ dux in signũ illius submissionis ipsam declarãdo voluit, tunc ꝙ à suo Britãniæ parlamẽto de cætero appellarẽ, seu ressortum deuoluerẽt ad nostrũ Franciæ parlamentũ in duobus casibus subsequen. duntaxat: quãuis antea idẽ dux nec sui prædecessores nõ cõsueuerũt vnq̄ vsq; tũc tale homagium seu submissionẽ nobis, nec nostris prędecessoribus fecisse, vt notoriè & publicè dicebatur. Primùm videlicet ꝙ à falso & prauo iudicio seu sentẽtia iniqua in suo parlamento Britãniæ futuris tẽporibus latis, appellabitur de cætero ad nostrũ parlamentũ. Secũdò ꝙ ab eodẽ duce ob defectũ seu denegationẽ iuris, ipso tamẽ duce sup hoc primitus in ꝓpria persona, si bono modo & in loco tuto poterit inueniri tribus vicibus, & ꝑ interualla tẽporis sufficiẽter summato & requisito, ipso duce hoc renuẽte, & (quod absit) denegãte, & ob caussam ressorti ipsorũ duorũ punctorũ seu casuum, & nõ aliàs: idẽ dux fecit nobis, tũc primũ homagiũ, seu submissionẽ & obediẽtiã sui ducatus Britanniæ, siue fidelitatis iuramentum pro se & suis successoribus, saluis & exceptis suis prædictis iuribus regalibus, superioritatib⁹, ac prerogatiuis quibuscũq;, & eorũ singulis per ipsum ducem (vt superius est dictũ) reseruatis, & integraliter retẽtis modo & forma prædictis: & sicut ipse & sui prædecessores ipsa habere solebãt, antiquis tẽporibus ante huiusmodi submissionẽ, quæ etiã nos authoritate nostra regia, & ex

In duobus tantùm casib⁹ hic expreßis appellatur à parlamẽto Britanniæ ad parlamẽtum frãciæ

certa ſcientia eidem duci, & ſuis ſucceſſoribus Britanniæ ducibus, tenore præſentiũ inquãtum ſit opus reſeruauim⁹ & reſeruamus. Et inſuper fuit declaratũ & ſpecificatũ, tũc inter nos & dictũ ducẽ ad finem euitãdi omnes diſſentiones q̃ ob hoc in futurũ oriri poſſent (quod abſit) ꝙ appellãtes à dicto duce agẽdo & defendẽdo nõ debeãt exceptione aliqualiter gaudere ſub ꝓtectione regia, niſi in caſibus in quibus extiterint appellãtes duntaxat: imò in omnibus aliis ſuis cauſis tam agẽdo q̃ defendẽdo remanebũt iuſtitiabiles dicti ducis, prout erant: & eſſe cõſueuerãt ante huiuſmodi homagiũ ſeu ſubmiſsionẽ nobis (vt dictũ eſt) factis, nõ obſtãtibus ipſorum appellationibus. Vlterius verò fuit appunctatũ & declaratũ inter nos & dictũ ducẽ, ꝙ nec dicti appellãtes, nec aliæ perſonæ nõ appellãtes cuiuſcũq; cõditionis extiterint, poſſunt aut valeãt, dictum ducẽ nec ſuos ſubditos per ſimplicia adiornamẽta, nec aliàs corã nobis ſeu gẽtibus noſtri parlamẽti adiornare ſeu conuenire, niſi in caſu appellationis ob defectũ iuris ad curiã noſtram ritè interpoſitæ, vel à prauo vel falſo iudicio, ſeu ſententia iniqua in parlamento dicti ducis latis, vt ſuperius plenius eſt declaratũ dũtaxat, & non aliàs. Et ſi cõtigerit (q̃d abſit) cõtrariũ euenire: nec idẽ dux, nec ſui ſubditi tenebunt̃ ob hoc nobis aut gẽtib. ꝑdicti noſtri parlam. aliqualiter obedire: nec nos ſeu ſucceſſores noſtri ob hoc in futurũ ipſos ſeu eorũ alterũ increpare aut punire. Oĩaq; & ſingula ꝑdicta in noſtris ꝑſentib. literis cõtẽta, hinc inde rata habẽtes & grata. Eáq; de vnanimi cõſenſu voluim⁹ atq; volumus, laudam⁹, approbamus & etiã cõfirmam⁹. Et cõtra ea in futurũ aliqualiter nõ venirę iurauim⁹, & ex vtraq; parte iuramus, quod vt perpetuę robur obtineat firmitatis pręſentes literas ſigilli noſtri fecim⁹ impreſsione muniri. Actũ in villa noſtra Andegauẽ. an. Do. 1231. Demũ Caroli ſeptimi tẽpore, idẽ Carolus Petrũ Britonũ ducẽ ſuorũ anteceſſorum more admiſit. Magnũq; facũdiæ donũ Britonibus cõtulit Gallia, quod opinor ſatyricũ ſanxiſſe dum ſcripſit,

Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos.

Duodecimum Priuilegium.

Solus Rex facit conſtitutiones ſeu leges in regno Franciæ.

DVodecimum Ius aliqualiter respiciés est, quod Rex ipse solus facit constitutiones seu leges in regno Fräciç, And. Barba. c. nemini. de off. deleg. Bal. c. i. de cöst. Est enim iure certissimū, ꝙ si populus regitur solo Rege, ille solus potest statuere, cōdere, & cōstituere. Constitutio vel edictū est, quod tantū Rex, vel Imperator cōstituit. ii. di. c. cōstitutio. Nā salutē reipubli. tueri, nulli magis credidit diuus Augustinus cōuenire, nec aliquē magis sufficere ei rei quā Cæsarē. arg. l. i. in fi. l. ii. & l. iii. in princ. ff. de offi. præfe. vig. facit, quia antiqua lege regia, quæ Saliqua nūcupatur, omne ius, omnísq; potestas in regē translata est. Et sicut Imperatori soli hoc cōuenit in subditos: vt. l. fi. C. de legi. Ita & regi cū Rex Fräciæ omnia iura Imperatoris habeat, quia (vt dictū est) nō recognoscit in tēporalibus superiorē: vt lata & ampla est decisio Angeli de peru. in l. imperiū. ff. de iuri. om. iudi. intelligendo prędicta cōplexiuè, secus distributiuè: quia per eius distributionē, siue feudorū concessionē possunt duces, barones, & alii domini castellani non excedēdo metas iurisditionis concessa facere edicta: vt per Bal. nota. in l. nulli. C. de senten. & interlocu. om. iudi.

R. F. i sub ditos suos oïa iura iperatoris habet.

Decimumtertium Priuilegium.

Rex Franciæ potest eligi in Imperatorem.

DEcimūtertiū Ius præcipuū est, ꝙ licet (vt suprà fuit exaratū) imperiū sit à Francis translatū in Theutonicos. vt p c. venerabilē. extra de elect. in antiq. nō possit eligi Imperator de aliis nationibus quā de Alemania: tamen Rex Franciç potest eligi in Imperatorē & est capax, nec posset Papa impedire. Ita dicit Bald. in terminis dicto capit. venerabilem. dicens quòd Carolus fuit de Alemania & de genere, & sic eius posteri tales censendi sunt. Et licet Bald. nihil alleget, potest induci iuris determinatio q̄ est ad hoc ꝙ quis sit capax legati, sufficit ꝙ sit de fami. l. peto. de leg. i. Nec prohibitio cōprehēdit illū qui est de genere seu familia. l. fideicommissum. §. peto. de leg. iii. iuxta doctor. decisione in l. ea lege. C. de condictio. ob cau.

Carol' magn' erat ex Alemania, & de genere Alemanorum.

Decimumquartum priuilegium.

Rex Franciæ restituit famam.

DEcimúquartú est, q͏ Rex Fráciæ restituit famã. & de hoc est expressa declaratio Héri. Bohic, qui de rege Fráciæ loquitur in c. cũ te. de re iudi. illa motus ratione qa nõ recognoscit superiorẽ: quæ ratio cõfirmat̃ ex dictis Inno. Io. And. Pan. & Feli. d. c. cũ te. & decisio. Bal. c. iniuria. de. pa. iur. firmã. colla. x. qa nõ recognoscẽs superiorẽ, talẽ & tãtã potestatẽ habet qualẽ Imperator: vt sunt verba Bar. l. infamẽ. ff. de pu. iud. per. l. hostes. ff. de cap. & postli. reuer. Et nullus alius potest. §. de qua. l. i. ff. de postu. quod verũ cẽset̃r de gratiosa restitutione & in tẽporalibus. Nã licet Papa possit famã restituere dic. c. cũ te. hoc solũ habet locũ in terris ecclesię quo ad tẽporalia. Ita expressè dicit Inno. d. c. cũ te. in fi. suę lecturę. Alia enim est restitutio famę iuridica: & de hac nõ in proposito, sed potest haberi recursus ad iura supra allegata: & C. vbi, & apud quos. in integrum resti. postu. l. fi.

Decimumquintum priuilegium.

Papa nõ legitimat aut restituit in regno Fráciæ, sed sol⁹ Rex.

DEcimũquintũ superiori iuri proximũ est, q͏ licet Papa legitimet & restituat etiam in tẽporalibus. c. authoritatẽ xv. q. vi. talis legitimatio nõ extenditur in regno Fráciæ, qa ille solus legitimát in regno suo quo ad tẽporalia. vt c. per venerabilẽ. q fil. sint legiti. Aliàs esset vsurpare alienã iurisditionẽ quod esse nõ debet. d. c. nouit. de iudi. Diuisum imperiũ cũ Ioue Cæsar habet: talis est cõmunis doctorũ decisio. in d. c. per venera. & c. naturales. si de feu. fue. contro. x. colla. Bal. in l. i. C. de iur. aureo. an. & potest Rex nõ successibiles facere succedere. Bal. in prœmio. C. nec statuto hoc posset induci à populo, vel ciuitate: & sic tale ius non possunt vẽdicare ciuitates Italię & Venetiarũ vt probabiliter potest sustineri ex not. in. l. omnes. ff. de iust. & iur. c. i. & ibi Pe. de anchar. de cõsti. facit: qa clausula derogatoria principis potentior est derogatoria statuti. authen. nauigia. C. de furtis.

Decimumsextum priuilegium.

Rex Franciæ potest non successibiles facere succedere.

Solus Rex potest in regno dare custodiam siue saluægardiam.

DEcimũsextũ regiũ ius nulli alii in regno cõpetés est, q sol' Rex potest dare custodiã siue (vt Frãcorũ verbis vtar) saluęgardiã. ita scriptũ est in lib. registrationũ siue ãtiquarũ ordinationũ existẽte in castelleto Parisi. Io. de pla. de rege Frã. loquẽs, specialiter cõcordat in l. cũ sæpe. C. de eroga. mili. ãno. lib. xii. & existimo ratione sustineri posse: qa in literis saluęgardiæ nõ est necessaria expresio inimicorũ, sed sufficit generalis. & in regno nulli licet generaliter loq nisi regi, facit dictũ Bal. in suo cõmẽtario pacis cõstãtiæ. c. i. ver. dispẽsationẽ. Itẽ tales saluęgardiæ fundãtur ꝑ æquitate generali seruãda, & sic soli regi reseruãda. ar. l. i. C. de legi. & cognitio seu coertio suis iudicib' specialiter reseruat. arg. l. ii. ibi, etiã si clericus. C. vt nemo priua. ti. prędiis & c. Et si domini temporales & eius officiales dãt securitatẽ, seu, vt vulgus loquit, treugas, nõ est simile. Nã tales treugę seu securitas nõ possunt dari nisi sacramẽto præcedẽte: vt per Io. fab. institu. de fideicõmis. hære. §. posthoc. narratione periculi facta. Itẽ nõ possunt dari nisi de speciali certa & determinata, vt de persona ad personã §. ne potẽtiores. & ibi Alberi. de rosa. l. illicitas. ff. de offi. præsi. faciunt nota. C. de præpo. sacri cubili. l. iubemus. ibi lęsis implorandi præsidii facultatẽ denegari nõ cõuenit. li. xii. Et in autẽ. de man. prin. §. sed neq;. & tales treugę altero de tribus modis dantur. Vno modo per personæ publi. adhibitonẽ. arg. l. ii. C. de erog. mili. anno. & l. fi. quod facere potest iudex aliqualiter se informando. arg. l. fi. C. de offi. milita. iudi. & l. fi. ff. de iudi. sicut quãdo mittit in possessionẽ. l. is cui. §. missus. ff. vt in poss. legat. aliàs incideret iudex in pœnã nedũ offic. sed etiã patrimonii. per. l. ne qs C. de offic. rec. prouin. Secũdo per titu. appositionẽ, id est per signa: vt dicto tit. C. vt nemo priua. tit. prædiis & c. faciũt not. Bar. in l. factũ. ff. de re. diui. & similiter requiritur summaria caussæ cognitio per Bar. dicta. l. fi. C. de eroga. mili. anno. Tertio per promisionem & iuramentũ quod nihil mali faciet. l. præsenti. ibi de sua cõscientia. C. de his q ad eccle. cõfugi. in auten. de mona. §. si vero intra trienniũ. ibi debere iurare quod nihil mali faciet. Prædictę autẽ solẽnitates in regis saluęgardia nõ sunt necessariò obseruandæ. vt practicanti faciliter ostenditur.

Decimumseptimum priuilegium.

Solus Rex & nullus alius potest imponere nouum uectigal etiam in suis terris & proprio domanio seu patrimonio.

DEcimũseptimũ ius regiũ est, ꝙ ipse sol⁹ & nullus ali⁹ potest imponere nouũ vectigal etiã in sua terra seu proprio domanio & patrimonio, in terminis de rege Frãciæ loquit̃ Salyce. in. l. i. C. noua. vectigal. impo. nõ posse. Ita in terminis dicit Pe. Iacob. in sua practica aurea sub ti. de mu. quod imponi. perso. ꝓ re. Alii autẽ reges & domini tẽporales possunt exigere in tit. quæ sint rega. x. colla. Sed nõ imponere, nec quocũq; colore aliã exactionẽ facere etiã pro vtilitate patriæ. Ioã. Fab. in l. nõ quidẽ. C. noua vectiga. etiã subditis cõsentiẽtibus: & de hoc est ordinatio regia ꝓpter timorẽ cõspirationis, timorẽ metus & compulsionis dominorũ: & quia interest regi subditos habere locupletes & illos reddere frãcos: itẽ quia talis vectigalis impositio posset inducere perturbationẽ vel diminutionẽ tributorũ vel collectarũ regis quo casu potest inhibere: qa scriptũ est fisc⁹ ante oĩa sua iura ꝑcipiat: iuxta satyrici Iuuena. dictũ, iiii. Satyra. Quicquid cõspicuum pulchrũq; est equore toto res fisci est. facit §. cogens. in auten. de manda. prin. coll. iii. gl. in l. de iure. ff. ad munic. faciũt not. in §. in sup. c. sæpe alle. per venerabilẽ. qui fi. sint leg. Et quod in simili dicitur de vasallo, qui nõ potest se subiicere, nec cõsentire in aliũ iudicẽ quàm in iudicẽ feudi inscio domino, & in diminutionẽ iurium. §. & post operis. & ibi Paul. de Castro, Alexan. de Imo. l. i. ff. de noui operis nuntia.

Decimumoctauum Priuilegium.

Quamuis usus procuratoris sit necessarius, ut qui suæ causæ adesse nolunt, uel non possunt, eũ in iudicio sistant: tamen nulla ciuitas etiam communem bursam habens, potest se congregare, & pro eius utilitate disponere sine expressa licentia Regis.

DEcimumoctauũ profundũ ius regium est, ꝙ licet vsus procuratoris sit necessarius, vt qui adesse nolunt, vel nõ possunt, in iudicio sistant, l. i. §. fin. ff. de procura. & maximè nomine vniuersitatis. l. fi. ff. qđ cuius. vniuer. Tamẽ nulla ciuitas etiã bursam cõmunẽ habens, potest se cõ-

gregare, & ꝓ suæ ciuitatis vtilitate disponere, sine expressa licentia à Rege optépta. Ita dicit Io. Fa. obseruari in regno Ffáciæ. insti. de rer. di. §. vniuersitatis. facit ad prædicta Bart. in l. fi. ff. de colle. illic. in l. i. C. de metro. beri. lib. xi. dicens ꝙ cõmunia ciuitatis vel comitatus nõ possunt se ipsas diuidere in plura sine licentia eius cui subsunt. Facit tex. & q̃ ibi no. c. cũ tẽpore. de arbit. notat Fel. c. dilecti. aliàs cũ dilecti filii. de maio. & ob. & Ias. in l. debitorũ. C. de pac. quia de facili possent fieri illicitæ cõuẽtiones. Bar. in l. actor. ff. ré ra. ha. Ex quib⁹ monopolia sequunť & seditiones, ex qua seditione sequiť regni sectio seu diuisio, & ex sectiõe desolatio: qa scriptũ est, Oé regnũ in se diuisũ des.

Decimũnonum Priuilegium.

Nemo in regno Franciæ de portu armorũ cognoscit, nisi Rex.

DEcimũnonum Ius regium est, quia nullus in regno de portu armorũ cognoscit, nisi Rex: vt habetur in præalleg. registro Castelleti, & in terminis de Rege Fran. Pet. Iac. tit. de mu. quod impo. re. vel loc. & est additio sub tit. de succesio. regni Franc. dicẽs, ꝙ bene fecit Rex Fráciæ in eo ꝙ retinet sibi iurisditioné & punitionem in toto regno suo. Si villa contra villã, vel dñs castri cõtra aliũ insurgat cũ armis, vel si in villa fiat seditio: scilicet ꝙ minores insurgát cõtra maiores cũ armis, vel aliàs delinquũt cũ coadunatione gẽtis, vel aliàs, sicut tẽpore Ludo. xi. fuisse narratur in villa Andega. & anteactis tẽporib. in ciuitate Parisieñ. Et prædictum ius regium locũ vendicat, licet delinquentes sint sub iurisditione alicuius comitis vel baronis: vt dicit præfatus Pet. quòd Rex Fráciȩ habet hoc ex vetustate quæ vicẽ legis obtinet. l. i. §. fi. ff. de aquâ plu. arcen. Nullus enim aliter posset sufficere illi rei, nisi ipse Rex ad refrenandum vel cõpescẽdum talem illicitã armorum cõgregationẽ, quæ ratio in simili cõsideratur. ff. de offi. præfec. vigil. l. i. in fi. l. ii. & l. iii. in princ. C. de episcop. audi. l. addicto supplicio. Item ȩquum est solũ regem cognoscere debere: nam solus prohibet portationẽ armorum. vt in ti. vt vsus armo. insci. prin. C. lib. xi. & in auté. de armis. Ideo ex quo solus prohibet portationé armorũ, solus in hoc offenditur: ita declaratur in instructiõe curiȩ parlaméti quȩ

Seditio in urbe Andegauen. tempore Ludouici xi.

aliter stilus vocatur in arti.i.sub tit.de cau.eccle.perso.sub quo tit.multæ decisiones de portu armorũ demõstrantur.

Vigesimum priuilegium.


Ad coronam Franciæ non potest succedere fœmina, nec masculus ex ea descendens.

Vigesimum sanctum & laudãdum ius serenissimæ coronæ est, quòd in eo nõ succedit fœmina, nec masculus ex ea descẽdens, quod est singulare: nec dico singulare respectu legũ imperialium, quia hoc est de iure communi. §.hoc notãdum cum sua materia.de his qui feu.dare. pos. x.colla. Et per no. Bal.in l.si defunctus.C. de suis & legit. Et istud ex tribus probatur. Primò, ex conformitate legis datæ filiis Israel. Num.xxvii.c.vbi scribitur lex successionis, Si homo mortuus fuerit, filius ei succedat &c. Secũdò, lege saliqua, quæ est vera lex Frãcorum, condita tempore Pharamũdi primi regis Frãcorum, sedente in cathedra Petri Bonifacio i.& imperante Honorio i.anno pietatis dominicę 420. Nã cùm Franci ad Rhenũ vsq; peruenissent, ferisque moribus viuerẽt: quatuor ex Sicambris spectatos proceres selegit, qui populo legem ferrẽt: Vsucastum, Lozocastum, Sologastum, Visogastum: qui cõmuni gentis & procerũ authoritate freti, legem cõscripsere. quam Pharamũdus promulgauit: & est nominata saliqua, vt quidã asserere voluerint. à loco Saletham, vbi cõdita est. Nec desunt qui à sale deriuatã esse tradunt: nam sicut cibi condimẽtũ custósq; sal est, ita saliqua lex Frãcorum morib⁹ condimẽtum extitit vitæ melioris: cũ ante editam legem incõposite viuerẽt, nihil satis temperãter operãtes fortior obtinebat. Tex.autẽ legis est in tit.de allode. lxii.c.pri.libr.in fi.sub hac verborum serie, Nulla portio hæreditatis de terra saliqua mulieri veniat: sed ad virilem sexũ tota hęreditas perueniat. Terra autem saliqua dicitur, quæ adhęret coronę. Sapiẽtes sic interpretati sunt: quia authores dum loqbãtur de allode, semper intelligebãt de terra siue hęreditate subditorum, quę datur & recipitur in allodiũ: iuxt.tit.de allo. x.colla. Et ideo ad differẽtiã terræ allodialis, terrã regiam, saliquam appellãt: quia lex saliqua à principibus cõstituta, primò formam succedẽdi & modum regẽdi in terra regia

docuit. Tertiò, istud speciale sumptũ existimaui ex cõsuetudine & obseruatione quæ est optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de legi. quia in regno nunq̃ succedit fœmina: nec ex ea descẽdens. Nam successio non est per saltũ: ideo expedit quòd grad᷒ ante se sit successibilis. Et destructo ordine destruitur ordinabile. ff. de serui. rust. prædi. l. tria prædia. & ad destructionẽ antecedẽtis, sequitur destructio consequẽtis. ff. de off. eius cui mãda. est iuri. l. i. §. huius rei. Et vt facilior sit cognitio illius obseruationis antiquæ & iudiciorũ subsecutorum (ex quibus potest induci cõsuetudo) quæ ex registris curiæ parlamẽti trium statuũ regni ex cronicis extraxi, declarare hoc loco destinaui. Philippus diui Ludouici filius, duos filios habuit: Philippũ qui cognominatus est Pulcher: & Carolũ Comitem Valesii, Bellimõtis, Carnotẽ. Alenconii & Pertici: q postea Andegauię & Cenomanię Comes & fact᷒ & dictus est. Philippus Pulcher Frãcorum & Nauarræ Rex, tres filios & tres filias genuit: Ludouicũ dictũ Hutin primogenitũ, qui vno anno: Philippũ dictũ lõgum, qui perlustrũ: & Carolum pulchrũ, qui per septẽnium regnauere: Margaretã quã matrimonio copulauit cũ Ferrãdo primogenito regis Castellę: Isabellam maritatã Edouardo Anglorũ regi, huius nominis secũdo, cognominato de Kuernã. ex quo matrimonio natus est Edouardus v. dictus Vindesoze, qui regnũ querelauit. Tertiã filiam Catharinã habuit, quæ ante nuptias in virginitate moritur. Præfatus Ludouic. Hutin filium habuit Ioãnem, qui ante coronationẽ mortuus est: & ideo nõ ponit inter Reges. Similiter vnã filiam habuit, quam matrimonio dedit Carolo comiti Ebroicẽ. vnde ille Carolus pessimus Rex Nauarræ, dicto Ludouico Hutin successit. Et Frãcorum regnũ adeptus est dictus Philippus longus, non autẽ ille Carolus pessimus Rex Nauarrę, ex muliere descẽdẽs: licet in regno Nauarræ successerit. itaq; iudicatũ extitit. Philipp᷒ lõgus filiam vnicã habuit, in matrimonio datã Comiti Attrebatẽ. Cui Philippo dictus Carolus Pulcher successit, nõ autẽ prædicta filia: & si in proximiori gradu esset. Dict᷒ Caro. Pulcher sine liberis vxore pregnãte decessit. Vnde disceptatio insurrexerat quis interim dũ reginæ part᷒ expectaretur, pro regẽte acciperet.

Duo erant qui sibi iure prætēdebant, & sibi deberi asserebant. Philip. Valesius, & dictus Edouardus iii. ex Isabella Philip. Pulchri filia nat⁹. Philippo maximè suffragabatur: quòd ipse masculino gradu Carolo Pulchro maximus habebatur. Edouardo autē, quòd à fœmina esset proximior gradu. Et quia nullo tēpore visum est per fœminā Fräcorum imperiū moderari: his rationibus Philippus Valesius regno præficitur, & postea rex coronat⁹ est: ab ecclesia tutatus, & ab illo Edouardo approbatus est: qui Edouardus fidelitatem cum cōsensu Anglorū pro Ducato Guieniæ in verba regis iurauit. an. 1329. Idem iudicatū est cōtra Henricum regē Anglorū. Et sic tria iudicia reddita sunt incōcussē seruata cōtra Carolū regem Nauarræ pessimum, Edouardum & Henricum: quæ iudicia reddūt consuetudinem verā approbatam & indubitatā: & sufficeret binus actus per no. docto. in l. de quibus. ff. de legib. Sicq; obseruatum cognoscitur ex tēpore. Nam inuictissimus & Christianissimus Rex Ludouic. xii. succesit Carolo viii. Regi mitissimo: & nō Anna sapiens Caroli soror, Borbonii ducis relicta. Ex quib⁹ gloriari debēt Franci: sicut & ille Thales Milesius qui maximas gratias agere dicebat, quòd vir esset, non fœmina. Quanquā in prædictis fuerint enarrata iura præcipua: de aliis tamen nō detrahitur. Nā concurrit cū omnibus principibus in priuilegiis prærogatiuis, & dignitatibus de quibus per Bal. in l. requisita. C. de diuer. rescript. Et multa sunt alia priuilegia q̄ regię maiestati cōpetūt: nec hoc in libro nec alibi exprimenda. Quapropter finē operi numero vigesimo dedi: vigesimū numerū existimās sufficere, vt illo expleto anno iux. l. ii. C. de his q ve niā ætat. impetra. videant reges & sciāt cętera sua iura ampliare, tutare, & defendere.

Opusculum de Priuilegiis & prærogatiuis regni Francorum pertractans, fœliciter finit.




PONSET·LE·PREVX:

